REPERTORIUM

AXIOMATUM, SENTENTIARUM REGULARUMQUE

UTRIUSQUE JURIS LOCUPLETISSIMUM

ALPHABETICO ORDINE DIGESTUM

Studio, et labore

CAROLI ADVOCATI CHIAPPINI

UNIUS EX CONSILIARIIS PRAEFECTIS TUENDAE ADVOCATORUM PICENORUM DISCIPLINAE; NEC NON EX PRO-JUDICIBUS IN TRIBUNALI APPELLATIONIS SUPER PICENAS PROVINCIAS MACERATAE SEDENTI





MACERATAE
EX PRAELO ALOYSII VIARCHI
SUPERIORUM PLACITU
1844.

LECTORI BENEVOLO

Quidquid laboriosi assumitur, bona spe, uti gloriosum suscipitur. Spes mea, benigne Lector, in hoc evulgando Opere, humanitati tuae praecipue innititur. Memor illius benignitatis, qua mea Opera (*) propriis laboribus, ac sumptibus in lucem edita annis 1835, et 1837 suscepisti, eadem comitate praesens *Repertorium Axiomatum, Sententiarum, Regularum-*

(*) Il Procuratore. Il Prontuario della Procedura Civile segnata dal Moto Proprio 10 Novembre 1834.

que utriusque Juris, quod tibi libenti animo offero, a te acceptum iri spero. Id si feceris, me totum ad majora inflammabis. Vale

Maceratae Kalendis Februarii 1844.

CAROLUS ADV. CHIAPPINI

LEGES, ET J. CONSULTI

quos pro Repertorio meo consului.

ALMERS SEBASTIANUS - *Axiomata juris*
ANCARANO (DE) PETRUS - *De regulis juris*
ASINIJ JOH. BAPTISTA - *Flores utriusque juris*
BARBOSA - *Axiomata*
BATTENDIER - *Regulae juris*
BLASIUS JOH. LEONHARDUS - *De regulis juris*
BONJOUR JACOBUS - *Axiomata, et Aenigmata Legum*
CAMPANI - *De regulis juris*
CANISIUS HENRICUS - *De regulis juris*
CHAERIANI - *Regulae juris*
COCCEJUS - *De regulis juris*
COLERI CHRISTOPHORUS - *Axiomata, seu sententiae ex utroque jure, ordine alphabetico digestae*
COLLIBUS - *De reguls juris*
CONCILIUM (S.) TRIDENTINUM
CORPUS JURIS CIVILIS
CORPUS JURIS CANONICI
CUJACIUS JACOBUS - *Comment. in Tit. XVII. de divers. Reg. Jur. Antiq. Lib. 50. Digest.*
DECIO PHILIPPUS - *De regulis juris*
DUBOIS - *Regulae juris*
DUENAS PETRUS *Regulae juris*
DYNI - *Regulae juris*
EREDRI - *Axiomata*
FALCONI - *Regulae juris*

GLASERI PHILIPPUS FRIDERICUS - *Axiomatum, sententiarum, et regularum flores*
GOMESIJ LUDOVICUS - *Regulae juris*
GOTHOFREDI PETRUS - *Axiomata, seu Proverbia*
GRIBALDI - *Axiomata, seu flores Legum*
GUDELINI - *Regulae juris*
HALLERO JOANNES - *Axiomata, seu Sententiae ex Decretis Canonicis Collectae*
LANCELLOTTI - *Regulae juris ex jure Pontificio*
MATTHAEUS - *De regulis juris*
MONTANUS - *De regulis juris*
NICOLAI - *Regolae juris Civilis, et Pontificii*
ROBERTI - *Axiomata juris controversis*
SOCCINUS - *Regulae juris*
STURCIUS - *De regulis juris*
TABORIS - *Axiomata, et Loci comunes*
ULNERI - *Regulae juris*
WORBURG - *Axiomata, seu Aphorismi univers. jur.*
ZENNERUS - *De regulis juris*

ABBAS

Abbas solus habet potestatem in Monasterio suo. 18 *q.* 2. *Nullam*

Abbas non potest regere plures abbatias simul. 21 *q.* 1 *C. Unum*, *et de relig. domib. C. Ne nimia*, 16. *q.* 1. *Clericus*

Abbas criminosus, deponi potest per Episcopum invito Conventu. 18 *q.* 2. *Si quis.*

Abbas non exemptus non potest obligare, nec alienare res Eclesiae, sine consensu Episcopi. 12 *q.* 2. *Abbatibus.*

Abbas non potest praesidere diversis Monasteriis. *Extr. de religios. dom. C. ultim*; *et in sum. confes. C. de Apostat. q.* 25.

Abbas exemptus, sine licentia Papae cedere non potest. *Extr. de renunciat. cap. ult.*

Abbas non exemptus subest correctioni, et dispositioni Episcopi. 18 *q.* 2. *C. Abbates*, *C. Abbatibus et C. Si quis*

Abbas non ab Episcopo ponitur, sed a Monacorum Congregatione eligitur. 18 *q.* 2. *Abbas*; *et Cap. seq.*; *Cap. Cum dilectus de consuetud.*, *Cap. Abbate de Verb. significat.*

Abbatem potest Capitulum confirmare. *De consuetud. Cap. Cum dilectus*

Non licet abbati alienare, vel obligare res Eclesiae absque consensu Episcopi. 12 *quaest.* 2 *Abbatibus*

ABESSE

Vid. *Absens*

Paria sunt pupillum abesse, vel adesse sine tutore. *Leg. Si pupillus ff. ex quib. caus. in possess. eat.*

Paria sunt a loco abesse, vel sui copiam non facere. *Leg. Eum qui circa ff. de priv. cred.*

Non concludit hoc adesse, quod contingit abesse. *Leg. Neque natales. Cod. de probat.*

Abesse non dicitur, qui fugit. *Leg. Servus qui. ff. de legat.* 3.

Abesse videtur quod abfuturum est. *Leg. Si quis* 2 *ff. de neg. gest.*

Abesse videtur res, quam alii daturus sum. *Leg. Plane* §. *quod si rem ff. de legat.* 1.

Qui studiorum causa abest, abesse non videtur. *Leg. quaesitum* 76 *ff. de legat.* 3.

ABIGEUS

Vid. *Grex*

Non dicitur abigeus nisi decem oves, vel quatuor porcos, vel unum equum, aut bovem abigit. *Leg. fin. ff. de abigeis*, *Leg. Unic. Cod. de Abigeis*

ABLATIVUS

Ablativi absoluti important conditionem. *Leg. Si Servus* §. *qui margaritam ff. de legat.* 3, *Leg. a Testatore ff. de condit. et demonstr.*

Ablativi casus, in accusativos resolvuntur. *Nov.* 66 *Tit.* 21.

ABORTUS

Abortum foetus animali causantes, incurrunt excomunicationem Episcopo reservatam. *Gregor. XIV. Const.* 8 *Sedes Apostolica*

Abortus procuratio aequivalet homicidio. 2 *quaest.* 3 *Consuluisti*, 32 *quaest.* 2 *Quod vero non*, *Cap. seg. et Cap. Sicut.*

ABSENS - ABSENTIA

Vid. *Abesse*

Publice interest absentes a quibuscnmque defendi. *Leg. Servum quoque in princ. ff. de procurator.*

Absentem defendere nemo cogitur invitus. *Gloss. in Auth. Qua in provincia Cod. Ubi de crim. agi oportet.*

Absens damnari potest. *Leg. Cum absenti Cod. de requir. reis*

Absentia ejus qui reipublicae causa abest, neque ei, neque alii damnosa esse debet. *Leg.* 140 *ff. de regul. jur.*

Absentis contemptus, plus facit quam si praesens esset. *Leg. Sabinus* 28 *ff. comm. divid.*

Absenti Juramentum remitti potest. *Leg. Generaliter Cod. de reb. cred.*

Absentium consensus non requiritur, ubi plures sunt praesentes. *Nov.* 120 *Titul.* 4 *de alien. cap.* 6.

Necessitas absentiae, excusationem praestat. *Concil. Trid. Sess.* 23 *Cap.* 1. §. *Ne vero.*

Absens dolum committere potest. *Leg. Praetor* 4 §. 1. *usq. ad* 7 *ff. de vi bon. raptor.*

Absens recipi potest inter reos. *Leg. Miles* 11 §. 2 *ea quae, ff. ad Leg. Jul. de adulter*; *Leg. Si Maritus* 15 §. 1 *Legis Juliae ff. eod.*

Absens Reipublicae causa, abesse videtur pro sua Civitate *Leg. Cum* 30 *ff. de acquir. haered.*

Absens excusatur a tutela ad tempus. *Leg. Si tutor* 9. *ff. de tutel.*

Absentis loco est furiosus. *Leg. Furiosus ff. de reg. jur.*

Absenti tutor dari potest. *Leg. Tutelae* 1 *ff. de tutelis.*

ABSOLUTIO - ABSOLUTUS - ABSOLVERE

Vid. *Reus*

Melius est nocentem absolvere, quam innocentem condemnare. *Leg. Absentem ff. de poenis*

Absolvere potest, qui potest condemnare. *Leg.* 3 *ff. de re jud.*

Absolvere non potest, qui condemnare non valet. *Leg. Nemo qui condemnare ff. de reg. jur.*

Absolvere debet potius judex in dubio, quam condemnare. *Leg. Arrianis ff. de act. et oblig.*, *Leg. Semper in obscuris ff. de reg. jur*, *Cap.* 3 *de probat.*

Absolutus a toto, absolutus etiam a parte intelligitur. *Leg. Si quis* 7 *ff. de except. rei jud.*; *Leg. In toto* 103 *ff. de reg. jur.*

Absolutus ex duabus causis, absolutus intelligitur maxime ex secunda causa. *Leg. si quis* 18 *ff. de except. rei judic.*

Absolutus simpliciter, censetur absolutus ex causa ex qua debeat fieri. *Leg. ead.*

Absolvere potest, qui potest ligare. 21 *dist. Cap. Inferior*; *Leg. Nemo ff. de regul. jur.*

Ille qui ligat, debet absolvere. 24 *quaest.* 1 *Si Petrus*

ABSURDITAS — ABSURDUM

Vid. *Intellectus*

Absurdum intellectum, ab omni dispositione rejiciendum. *Leg. Nam absurdum, ff. de bon. libert.*, *Leg.* 1 §. *Unde quaeritur ff. de public.*

In omni dispositione, vel actu interpetratio fieri debet, ut absurditas evitetur. *Leg. fin. in princ. Cod. de usu rei jud.*, *Leg. Divortio ff. soluto Matrim.*, *Leg. Ita si* 39 *in fin. ff. de oper. liber.*

Dato uno absurdo, aliud facile sequitur. *Leg. Ratas Cod. de rescind. vendit.*

Omnis dispositio ita sane intelligenda est, ut absurditas excludatur. *Leg. de pupillo* §. *Si quis forte ff. de nov. oper. nunciat*, *Leg. penult. ff. ad exhib.*

Verba generalia restringi debent, ut omnis absurditas evitetur. *Leg. Scire oportet.* §. *Aliud ff. de excusat. tutor.*

Absurdum ne sequatur, dispositio quantumvis generalis, est restringenda. *Leg.* 2 *Cod. de noxal. action.*

Absurdum sequitur ab absurdo. *Leg. Fructus* 7 §. 1 *ff. solut. matrim.*

ABUNDANS — ABUNDARE

Vid. *Superflua*

Non soleut quae abundant vitiare scripturas. *Leg.* 9 *ff. de reg. jur.*

Necessariorum praetermissio nocet; non abundans cauthela. *Leg. Testamentum Cod. de testam.*

Abundans cauthela, non nocet· *Leg. eadem*; *Leg. penult. Cod. de evict.*

Abundans cauthela nihil addit, minuit, aut vitiat. *Leg. Pediculis* 32 *ff. de aur. et arg. legat.*

ABUSUS

Vid. *Res.*

Publice interest, neminem suis rebus abuti. §. *Sed et major. Instit. Quib. qui sui jur. etc.*

Abusus privilegii reprobatur, et per abusum perditur. 84 *dist. ubi ista, et Cap. Privilegium* 11 *q.* 3.

Abusus clavium Praesbyteri damnabilis est. 11 *q.* 3. *Ipsi, et Cap. Plerique*

Liberum esse debet cuique disponendi de rebus suis, ut id etiam abutendo facere liceat. *Leg.* 2 *ff. si quis a parent. fuer. manum*, *Leg. Sed et si lege* 25 *alias* 28 §. *consuluit. ff. de petit haered.*

ACCEPTILATIO

Acceptilatio, solutionis vim habet. *Leg. Si unus* 27 *ff. de pactis*

Acceptilatio operari plus non debet, quam solutio. *Leg. Qui* 17 *ff. de acceptilat.*

Acceptilatio in personam facta, ipsam personam non egreditur. *Leg. Si ex* 16 *ff. de accept.*

Acceptilatio debiti, amissio est. *Leg. Rem* 31 *ff. de novation.*

Acceptilatio prodest alteri correi, si uni sit facta. *Leg. Liberationem* 3 *ff. de liberation.*

Acceptilatio resolvitur in pactum. *Leg. Cum emptor* 5 *ff. de rescind. vend.*

Acceptilatio, liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit. *Leg.* 19 §. 1. *ff. de acceptilat.*

Si aquiliana stipulatio intervenerit, omnibus ex causis liberatio fit. *Leg.* 18 §. *ff. eod.*

Aquiliana stipulatio, omnes praecedentes obligationes novat, et perimit. *Leg.* 4 *ff. de transact.*

Solvisse videtur is, qui acceptilatione solutus est. *Leg.* 16 *ff. de acceptilat.*, §. 1. *Istit. Quib. mod. toll. oblig.*

Vid. *Qualitas.*

Accessorium semper, et indistincte, cedit principali. *Leg. Cum* 28 *ff. de aur. et arg. legat.* 1., *Cap. Accessorium, de reg. jur. in* 6.

Regulariter dignius, et pretiosius, minus dignum ad se trahit, nisi dignius accessorie concurrat. *Leg. Justissime ff. de edil. edict.*, §. *in aliena*, §. *Si tamen aliena*, *et* §. *Litterae*, *Istit. de rer. divis.*

Regulariter concurrentibus qualitate extensiva, et intensiva, praefertur intensiva nisi ad extensiva accessoria refertur. *Leg. majorem ff. de pactis.*

Quidquid rei pignoratae accedit, pignoratum intelligitur. *Leg.* 18 §. 1 *ff. di pign. act.*

Accessiones rei praecario datae, in eadem causa habentur. *Leg.* 10 *ff. de precario.*

Destructo principali, destruitur et ejus accessorium. *C. Inter dilectos in fin. de fid. Instrum.*, *C. qualiter de electione*, *Leg. qui creditorem ff. ad S. C. Maced.*, *Leg. qui contra ff. de fidejussor.*

Accessorium sequitur naturam sui principalis. *Leg. fin. Cod. de non num. pecun. Leg. fin. ff. de constit. pecun.*, *Leg. etiam. Cod. de jur. dotium*, *Regul. Accessorium*, *de reg. jur. in* 6.

Accessorium corruit, sublato principali. *Leg. qui liberis. ff. de vulg. et pupill. subst*; *Leg. Cum principalis ff. de reg. jur.*, §. *fidejussores Istit. de fidejuss. et* §. *Si quis Ancillas. Instit. de legat.*

Accessoria rei rem venditam, consequi debent. *Leg. Si haeres* 5. *ff. de act. empt.*

Accessoria non possunt esse sine principali. *Leg. Marcellus* 25 *ff. de fid. et mand.*, *leg. Sticum* 38 *ff. de fidejussor.*

Accessoria non praestat qui principali nomine non tenetur. *Leg. Julianus* 9 §. 7 *ff. ad exhib.*

Accessorium, principale non rumpit. *Leg. Si quis* 16 *ff. de vulg. et pupill. substit.*

Accessorium, principali extincto, durare potest aequitate praetoria. *Leg. Patet* 15 *ff. de castr. pecul.*

Accessorium non tenet, si principali non tenet. *Leg. Si quis* 17 §. 1 *ff. de acquir. possess.*

Accessorium sequitur causam sui principalis. *Leg. Item* 9. *ff. de usufr.*
Accessorium unum, trahit ad se aliud. *Leg. qui fundum* 40. *ff. de contr. empt.*
Accessorium vitiato, non vitiatur principale. *Leg. Repeti* 5. *ff. quib. mod. usufr. etc.*
Accessorium valet, ratione principalis validi. *Leg. Item* 6. *ff. stipulat. servor.*
Accessoriis ea veniunt, et in accessoriis ea praestantur, quae in re principali. *Leg. Quod si nolit* 31. *ff. de aedilit. edict.*
Accessorie quaedam veniunt, quae principaliter non veniunt. *Leg. Ea quae* 6. *Cod. famil. arciscund.*

ACCIDENS — ACCIDENTALIS

Vid. *Qualitas — Subjectum*
A communiter accidentibus, sequitur praesumptio veritatis. *Leg. neque Natales. Cod. de probationib.*
Ad communiter accidentia, lex se facilius adaptat. *Leg. Nam ad ea ff. de legib.*
Accidens non mutat naturam subjecti. *Leg. Naturalem* §. *Apum ff. de Legib.*
Diversitas accidentium, non inducit specificam differentiam. *Leg. fin. ff. de fund. istruc.*
Ubi remanet eadem causa, et substantia, licet aliquod accidens varietur, non variatur dispositio. *C. Inter corporalia. De translat. Episcop.*
Accidentia, et qualitates, possunt adesse, vel abesse praeter subjecti corruptionem. *Leg. Pro voluntariis ff. de impens. in reb. dotal. fact.*
Accidens sine subjecto esse potest. *Leg.* 4. *in fin. ff. de act. empt.*
Accidens non mutat rei substantiam. *Leg. Naturalem* §. *apum ff. de acq. rer. dom.*
Causa naturali praefertur accidentali. *Leg. qui habet infin. ff. de testam. tutel.*
Accidentia non migrant de subjecto in subjectum. *Leg. quis ergo, ff. de peculio.*
Accidentia extrinseca possunt adesse et habesse citra subjecti corruptionem. *Leg. Falsa ff. de condit. et demonstrat, Leg. Pacta conventa ff. de contr. empt.*

Ubi datur concursus naturae et accidentis, semper natura praefertur. *Leg. qui habet in fine ff. de test. tutel.*

Accidentia concreta, secundum naturam subjecti regulantur. *§. quaedam Istit. de rer. division.*

Accidentia plurimum conferunt ad rerum cognitionem. *Leg. 1. et Leg. quod si nolit. §. qui mancipia ff. de Edilit. Edict.*

Qnod accidentaliter evenit, non est adeo attendendum. *Leg. Si quis nec causam ff. de reb. cred.*

ACCINGERE

Accingendus de proximo, habetur pro accincto. *Leg. Ex eo tempore ff. de test. milit.*

ACQUIRERE

Licitum est unicuique ingeniose sibi bona acquirere. *Leg. fin. Cod. si quis aliq. testari prohib. vel coeg.*

Acquirere non dicitur, cui cito res auferri potest. *Leg. Nemo 5. ff. de in integr. rest.*

Acquiruntur paterna filiis. *Leg. Filius 22. ff. de inoffic. testam.*

Acquirit, qui se liberat ab obligatione. *Leg. Species. 11. ff. de accept.*

Acquisitio ipsa, et causa acquirendi differunt. *Leg. Usucapio 3. ff. de usucap.*

Acquisita non videntur, quae parum durant. *Cap. 32. Si vero Col. 4. Nov. 22. tit. 1. de Nupt., Leg. Cum ratio 7. §. 4. praeterea ff. de bon. damn.*

ACCUSARE — ACCUSATIO — ACCUSATOR

Accusator pro actore. *Auth. Col. 5. Nov. 69. Tit. 78. ut omnes étc., cap. 3. si vero*

Accusator in sua accusatione temere vagari non debet. *Leg. Item 16. de dolo.*

Accusans condemnare videtur. *Leg. Filium 37. ff. de liberal. caus.*

Uxorem a marito posse de adulterio accusari, non e contra *Leg. 1. Cod. de adulter.*

Accusatore non probante, reus absolvitur. *Leg.* 1. *ff. ad S. C. Turpill.*, *Leg. qui accusare Cod. de edend.*

Accusatus non potest reaccusare accusatorem suum, post nomen rei receptum inter reos. *Leg. Is qui reus ff. de pub. jud*; *Leg. Neganda Cod. qui accus. non poss.*

ACTIO

Vid. *Actor — Agere — Probare — Reus.*

Omnes actiones, quae morte aut tempore pereunt, semel inclusae judicio, salvae permanent. *Leg.* 139. *ff. de reg. jur.*

Actio aliam tollit. *Leg. cui insulam* 30. *ff. locat. conduct.*

Actionem nemo consequi debet ex sua improbitate. *Leg. In hac* §. 2. *et* 10. *si mecum ff. ad exhiben.*

Actiones suas remittentibus, non est dandus ad ea regressus. *Leg. quaeritur.* §. *si venditor ff. de edilit. edict*; *Leg. fin. ff. de remiss. pign.*, §. *Si quis itaque. Istit. de bon. possess.*, *Cap. Ex transmissa de renunciation.*, *Cap. Ex ore de privil.*

Actionem habens, rem habere dicitur. *Leg. Rem in bonis. ff. de acquir. rer. dom.*, *Leg. qui actionem ff. de reg. jur. Leg. Id apud se* 143 *ff. de verb. sign.*

Actio cui conceditur, multo fortius retentio. *Leg. Si per retentionem. Cod. de usur.*

Actio cui conceditur, multo fortius exceptio. *Leg.* 1. §. *Qui superficiem ff. de superficieb*, *Leg. Invitus* §. *cui damus ff. de reg. jur. Cap. qui ad agendum de regul. jur. in* 6.

Actio extinguitur si creditor succedat debitori. *Leg. Debitori Cod. de Pact.*, *Leg. Mutianae in fin. ff. de cond. et demonstr.*

Actio personalis non datur contra tertium possessorem. *Leg. fin.* §. *fin. ff. de contrah. empt.*, *Leg. Eum qui. Cod. de act. et oblig.*

Actionem nemo ex dolo suo acquiri. *Leg. Divus* 14. *ff. de furtis.*

Favorabilior est exceptio, quam actio. *Leg.* 1. §. *Nam cui damus ff. de superficieb.*, *Leg. Pure* §. *fin. ff. de doli except.*

Major actio, minori praefertur. *Leg. ult. Cod. de ordin. jud.*

Paria sunt rem habere, vel actionem ad rem. *Leg. qui actionem ff. de regul. jur.*, *Leg. Rem. in bonis ff. de acquir. rer. dom.*

Actio utilis, et directa differunt. *Leg. Ex legato, ibi Glossa in verb. utilibus Cod. de legat.*

Facilius dari exceptionem, quam actionem. *Leg.* 1. §. *cui damus ff. de superficieb.*

Ex pacto nudo, actionem non competere. *Leg. Juris gentium* §. *sed cum nulla ff. de pactis.*

Penales actiones ad haeredem non transire. *Leg. haec actio ff. de serv. corrupt.*

Minus est actionem habere, quam rem. *Leg.* 204. *ff. de reg. jur.*

Actio inutilis cedenti, reputatur inutilis et cessionario. *Leg. Apud Celsum* §. *de Authoris ff. de doli except.*, *Leg. Ut fidejussor. ff. de fidejussor.*

Actio personarum spatio 30 annorum tollitur. *Leg. Sicut.* §. *omnes. Cod. de praescript.* 30. *etc.*

Ex pacto nudo non oritur actio. *Leg. Jurisgentium* §. *sed. cum nulla ff. de pactis.*

Inanis est actio, quam inopia debitoris excludit. *Leg. Nam is ff. de dolo malo*, *Cap. Olim. de rest. spol.*

Actio Semel extincta, non reviviscit. *Leg. qui res.* §. *aream ff. de solution.*, *Leg. Si unus* §. *sed si pactum ff. de pactis*, *Leg. Electio Cod. de noxal. act.*, *Leg. Inter stipulantem* §. *Sacram. vers. nec revocari ff. de verb. oblig.*, *Leg. Moevius* §. *duorum ff. de Leg.* 2., *Leg. Haeredibus, ubi gloss.* 1. *ff. ad S. C. Trebell.*

Sine actione, nemo in judicio experitur, nec alium cogere potest. *Leg. Si pupilli* §. *videamus ff. de negotiis gestis*, *Leg. quoties* §. *si temporali. ff. de admin. tutor.*

ACTOR

Vid. *Exceptio — Probare — Reus.*

Sicut actor tenetur probare suam intentionem, ita reus suam exceptionem. *Leg. Ut creditor. Cod. de Probation.*

Actor forum rei sequitur. *Leg.* 2 *Cod. de jurisd. omn. judic.*, *Cap. Experientiae*, *et Cap. Si quis cum Clerico*, 11 *quaest.* 1., *Leg. fin. Cod. ubi in rem actio*, *Leg.* 2 *Cod. Ubi*, *et apud quem*

Actor reconventus eumdem habere, et contra se judicem non dedignetur. *Leg.* 2 *Cod. de Sentent. et interlocutor, et Leg.* 22 *Cod. de judic.*, *et ubi quis ff.*

Actor numquam auditur, nisi sua intersit. *Leg. Si patroni §. fideicommissariam ff. ad Trebell.*

Actore non probante, reus debet absolvi. *Leg. qui accusare Cod. de edend., Cap. Unic. Ut eclesiast. benef., et §. Verius, in fin Gloss. Istit. de legatis*

Actor qui bene probavit, non est compellendus jurare. *Cap.* 2 *de probat.*

Actor, et reus non debent ad imparia judicari. *Leg. Cum pater §. evictis ff. de legat.* 2, *Leg. Cum oportet Cod. de bon. quae liber., Leg. Petente Cod. de tempor. in integr. rest.*; *Leg. fin. Cod.* de *fructib. et lit. expens.*

Actori onus probandi incumbit. *Leg. Cum* 5 *Cod. de bon. quae liber.*

Actor tenetur aedere reo instrumenta ad exceptionem fundandam. *Leg. Non est novum, et Leg. Justum. Cod. de aedendo*

Quod reo non licet, nec actori licere. *Leg. Unic. §. pen. ff. Si quis jus dic. non obtemp*; *Leg.* 41 *ff. de reg. jur.*, *Reg.* 52 *de reg. jur. in* 6.

ACTUS

Vid. *Causa - Defectus - Favorabilis - Interpretatio - Omissio - Perplexitas -*

Actum dubium in meliorem partem accipiendum. *Leg. Cum creditor ff. de furtis*

Actus non eventu, sed a causa judicatur. *Leg. Verum, et Leg. Qui injuriae ff de furtis, Leg. Si Servus §. Et si puerum ff. ad Leg. Aquil.*

Actus regulatur a fine in quem dirigitur. *Leg. Si quis in aliena, vers. Nemo enim ff. de acquir. rer. dom., Leg. Verum ff. de furtis*

Actus quantumcumque favorabilis, contra voluntatem agentis, minime sustinetur. *Leg. Si idem Servus ff. de legat.* 2, *Leg. Si cui pure, in fin. ff. ad Trebell., Leg. Verbis ff. de vulg. et pupillar. substit.*

Actus agentium sunt in patiente bene disposito. *Leg.* 1 *Cod. de haered. istit, Leg. in Omnibus* 2 *ff. de act. et obblig.*, *Leg. Si ego* 1 *ff. Si certis petat.*

Actus purus, plenior est conditionali. *Leg. Si ita scriptum. 2 ff. de haered. istit.*
Actus qui pure valere non potest, resolvitur in conditionalem. *Leg. Si haereditas §. Si furiosus, et sequen. ff. de testam. tutel.*
Actus conditionalis, non nisi impleta conditione perficitur. *Leg. Haec. venditio in princ. ff. de contrah. empt.*
Actus simpliciter gestus, censetur factus eo modo quo debuit, *Leg. Gallus §. quidam recte ff. de lib. et posth.*, *Leg. Si haereditas §. Servus alienus ff. de test. tutel.*
Actus geminatus plus operatur quam simplex. *Leg. Cum scimus. 1 Cod. de Agric. et Cens.*
Actus naturalis efficacior, et potentior est violento. *Bart. in Leg. Et per jusjurandum §. Qui ita ff. de acceptil.*
Actus judicialis potentior est extrajudiciali. *Leg. Pacta novissima Cod. de Pactis*
Actus jocosus non disponit. *Leg. Divus ff. de milit. Test*; *Leg. fin. Cod. de testament.*, *Leg. Sicut. Cod. de lib. caus.*
Actus simulatus nullius est momenti. *Leg. Simulate. ff. de ritu nuptiar.*
Actus attribuitur disponenti, non exequendi. *Leg. Unum §. 1 ff. de Legat 2*,
Actus fatalis non relevat, ubi voluntas desideratur. *Leg. 1 in fin. ff. de condict. et demonstrat.*
Actus quantumcumque prius et favorabilis, in alterius praejudicium non subsistit. *Istit. quib. Manumiss. non lic.*, *in princ.*
Actus necessarius magis excusat, quam voluntarius. *Leg. qui insulam in princ. ff. locati*
Actus a juris necessitate dependens, non secundum hominis voluntatem, sed justum arbitrium regulātur. *Leg. Si Arrogator §. Sed ad impuberi ff. de Adopt.*.
Actus non dicitur illi praejudicialis, cui non principali, sed in consequentiam praejudicat. *Gloss. in fin. in Cap. Quamvis de pact. in 6.*
Actus sequens, praecedentem intentionem declarat. *Leg. Si hi qui. Cod. de Adult.*, *Bart. in Leg. Caetera §. fin. ff. de legat. 1.*
Actus juratus valet meliori modo quo potest. *Leg. Cum pater. §. Filius ff. de Legat. 2.*

Actus si non valet eo modo quo fit, nec valet eo modo quo potest. *Leg.* 1 *ff. de jur. Codicill.*

Actus involuntarium, praemium non meretur. *Leg. Ita tamen. §. Qui suspectam ff. ad Trebell.*

Actus necessarius, nullum habet meritum. *Leg. rem legatam ff. de adim. legat.*, *Leg. Unum ex familia §.* 1 *ff. de Legat.* 2, *Leg. Proxime ff. de ritu nuptiar.*

Actus qui potest sine certa solemnitate expediri, licet illa solemnitas minus legitime interveniat, non vitiatur. *Leg.* 1 *in princ. Cod. de re uxor. act*, *Arg. in Leg. Qui testamento §. per contrarium ff. de testam.*

Actus etiam invalidus, ab agente non impugnatur. *Leg. Post mortem ff. de adeption.*

Actus momentaneus, non est considerandus. *Leg. Qui sic. ff. de solution.*, *Leg. Quidquid calore ff. de reg. jur.*

Actus necessarii interpositio, non impedit continuationem. *Leg. Continuus in princ. ff. de stipulat.*, *Leg. Haeredes §. fin. ff. de testam.*, *Leg. Cum antiquitas Cod. eodem*

Actus nullus, nullum parit effectum. *Leg. Si aut nullum. Cod. de legit. haered.*, *Leg. Non dubium Cod. de Legib.*

Actus, et potentia simul esse non possunt. §. *Sic itaque. Instit. de action.*

Actus potentiam excludit. *Leg. Si ita fuerit*, *vers. non enim ff. de manumiss. test.*

Actus in dubio, ex causa magis necessaria factus intelligitur. *Leg. Cum ex pluribus ff. de Solution.*

Actus non habens effectum secundum intentionem disponentis, reiterari debet donec consequatur effectum. *Bald. in Leg. Invitus in fin. Cod. de Procur.*

Non valet actus cujus effectus in tempus prohibitum confertur. *Leg. Quod Sponsae. Cod. de donat. ant. nupt.*

Actus ambigui eamdem fere naturam, vel promiscuam habentes, ex signis, et accidentibus distinguuntur. *Leg. Illud §. tractari*, *ff. de jur. Codicill.*, *Leg. Seja ff. de dot. praeleg.*, *Leg. Non Codicillum Cod. de Testam.*

Actus in dubio, magis proprio, quam alieno nomine factus reputatur. *Leg. Et magis ff. de solution.*

Actus in dubio, factus censetur loco, et tempore licitis. *Bart. in Leg. Non solum. §. sed ut probari. ff. de nov. oper. nuntiat.*

Actus in dubio censetur potius ex causa necessaria, quam voluntaria factus. *Leg. Aristo §. 1 ff. de jur. delib., Leg. Pater filium in fin. ff. ad Leg. falc., Leg. Miles §. fin. ff. de adult; Leg. Proxime ff. de rit. nuptiar, Leg. Si Cum dotem. §. Si pater ff. Solut. Matrim., Leg. Hujusmodi §. cum pater. ff. de legat.* 1.

Actus a digniori sui parte denominatur. *Leg.* 1 *in princ. ff. de stipulat.*

Actus non non a confirmato, sed a confirmante denominatur. *Leg. Testamento* 1. *ff. de testam. tutel.*, *Leg. Si quis priore. ff. ad Trebell.*

Actus non a faciente, sed ab eo cujus contemplatione fit, nominatur. *Leg. Profectitia in princ. ff. de jur. dot.*

Actus caeptus in conditionibus etiam favorabilis causae, pro completo non habetur. *Leg. Arescusa ff. de Stat. homin.*

Actus annullatio, paena est agenti. *Leg. Turpia* 1 *in princ. ff. de legat* 1, *Leg. Senatus ff. de contrah. empt*; *Leg. Non dubium. Cod. de Legib.*, *Leg. fin. Cod. de posth. haered. istit.*

Actus perveniens ad casum a quo non potest incipere, vitiatur. *Leg. Pluribus.* §. *Et si placeat ff. de Stipul.*

Actus consumatus non vitiatur, licet perveniat ad casum suo principio repugnantem. *Leg. Si quis alicui ff. de acquir. haered*; *Leg. Si gaudentius Cod. de contrah. empt.*, *Leg. Patre furioso ff. de his qui sunt sui, vel alien. jur.*

Actus perfectus, per contrarium eventum non resolvitur. *Leg. Donationes. ff. de donation.*

Actus contra legis prohibitionem factus, nec effectum habet, nec nomen ullum meretur. *Leg. Fin. Cod. de Sentent. et peric. recit*, *Leg. Non dubium Cod. de Legib.*

Actus individuus, unico contextu perfici debet. *Leg. Haeredes palam* §. *fin. ff. de Testam.*, *Leg.* 1 §. 1, *et Leg. Continuus in princ. ff. de Stipulat.*

Propter unitatem finis et effectus, idem actus reputatur. *Leg. Qui pupillam* §. *fin.*, *et Leg. Vim passam* §. *incesti. ff. de Adult.*

Actus, facti plenior est, quam verbi. *Leq. nostram*. *Cod. de testament.*, §. *penult. Istit. quib. mod. testam. infir.*, *Cap. Degradatio. de paenis in* 6.

Actus peccans in forma, redditur nullus. *Leg. Cum his §. Si Praetor. ff. de transact.*

Aliis non nocere, quod inter alios actnm est. *Leg. quia non debet ff. de jurejuran.*

Actus peccans in materia, valet meliori modo quo potest. *Leg. Si unus §. Si acceptilatio ff. de Pactis.*

Actus attribnitnr ordinanti, non exequenti. *Leg.* 2. *Cod. de vet. jur. enucl.*, §. *Cumque hoc, in proem. Istit.*

Actus non a nomine, sed ab effectu judicatur. *Leg. Insulam ff. de praescrit. verb.*, *Leg. cum manu sata §. fin. ff. de contrah. empt*; *Leg. Si Olei, ibi Glos. Cod. Locati.*

Actus qui integre valere non potest, per consumationem reconciliatur. *Leg. Si a furioso ff. si cert. petat.*

Actus invalidus, et nullus aequiparantur. *Leg. Si aut nullum Cod. de Legit. haered.*

Actus conditionalis non est proprie talis. *Leg.* 1 *ff. de donation.*, *Leg. Si hominem in fin. ff. de usucap.*

Actus favorabilis, vel odiosus, judicatur secundum principalem agentis intentionem. *Leg. qui exceptionem ff. de condict. indeb.*

Actus incontinenti facti, censentur invicem correspectivi. *Leg. Si ventri §. in bonis ff. de privil. creditor.*, *Leg. lecta vers. dicebam ff. Si cert. petat.*

Actus efficaces fieri nequeunt, nisi legum forma abservata. *Leg. in princ. ff. de stipulat*, *Leg. tradictionibus Cod. de pactis.*

Actns qni moltiplici intentione geri potest, debet ab egente, praemissa protestatione declarari. *Leg. At si quis §. Sed interdum, vers. oportet ff. de relig. et sumpt. funer.*

Actus nullus propter inhabilitatem agentis, supervenienti habilitate non confirmatur. *Leg. Si minor ff. de serv. export.*, *Cap. Si eo tempore. de rescript. in* 6.

Actus correspectivi ejusdem juris, et rationis habentur. *Bald. in Leg. Petens. Cod. de pact.*

In omni dispositione, vel actu attenditur principale, non consecutivum. *Leg. Si quis nec causam. ff. Si cert. petat.*

Diversa ratio, reformat actum. *Leg. Interpositas. Cod. de Transact.*

In actu iterabili, diversitas loci vel temporis, argnit facti diversitatem. *Leg. Nunquam plura. ff. de priv. delic.*, *Leg. Si communem ff. de servit urban. praed.*

In actu non iterabili, diversitas loci vel temporis, contrarietatem inducit. *Leg. 1 Cod. qui accus. non pot, Cap. Cum tu. Extr. de testim.*

In actis viventium, sola destinatio non facit implementum. *Leg. Si nondum Cod. de furt.*

Omnis actus a fine judicatur. *Leg. Rem non novam. Cod. de Jud.*

Sublata voluntate, omnis actus est indifferens. *Leg. Faedissimam Cod. de adult.*

Actus eo loco factus videtur, in quem ejus confertur effectus. *Leg. Contraxisse ff. de action. et oblig.*

Qualis est actus, talis praesumitur animus. *Leg. Si non convitii. Cod. de injur.*

Omnem actum ab agentis intentione judicandum. *Leg. 1. Cod. ad Leg. Corn. de Sicar.*

Actus viventium suspendi posse, non ultimas voluntates. *Leg. fin. ff. commun. praedior.*

Reciprocos actus, communibus regulis non includi. *Leg. Quod autem §. si vir. ff. de donat. int. vir. et uxor., Leg. De fideicommisso Cod. de transact.*

Actus semper debet denominari a digniori. *Leg. 1. in prin. ff. de verb. oblig.*

Actus quilibet, duo requirit voluntatem, et potestatem. *Cap. cum super. de offic. delegat.*

Praeparatio ad actum, operatur quem ipse actus. *Bald. in Leg. Pignori causa Cod. de pign. act.*

Actus agentium non operatur ultra intentionem eorum. *Leg. non omnis ff. Si cert. petat.*

Acta faciunt rem notoriam. *Leg. fin. Cod. de re jud., Cap. Ex insinuatione. de appellat.*

Actum nihil dicitur cum quid superest ad agendum. *Leg. cum Syllanianum Cod. de his quib. ut indig., Leg. pen. Cod. ad Syllan., Leg. Titia ff. de verb. oblig.*

Actum frustratorium, nemo praesumitur facere. *Leg. 1 in fin. ff. ad municip., Leg. unic. Cod. de Thesaur.*

Actum celebrare, et ei consentire paria sunt. *Leg. utrum et leg. seq. ff. ad leg. pompej. de parricid.*

Actum qui gerit, in dubio praesumitur magis velle ut ille valeat, quam pareat. *Leg. Quoties ff. de verb. oblig., Leg. quoties ff. de reb. dub., Leg. quoties ff. de reg. jur., Leg. 3. ff. de mil. testam.*

Actus praesumitur factus in executionem praecedentis tractatus, seu mandati, quando non exprimitur alia causa. *Leg. 3 §. Verum ff. de manumiss., leg. qui in aliena §. si qui putabat ff. de acquir. haered., leg. Pignori §. fin. ff. de usucap.*

Actus regulariter adscribitur ordinanti, non exequenti. *Leg. Item eorum §. decuriones ff. quod cujusque univ. nom., leg. unum §. 1 ff. de legat. 2, leg. 2 §. omnia Cod. de vet. jur. enucl.*

Actus non potest existere sine substantia. *Leg. cum hi. §. praetor ff. de transact., leg. cum precario ff. de precar., Cap. Tua nos. de sponsal.*

Actus omnis, justificatur propter scientiam, et patientiam Superiorum. *Leg. quis sit fugitivus, §. ego puto, et leg. quod si nolit 31. §. qui assidue ff. de edil. adict., Cap. nisi essent. de praebend.*

Actus non dicitur perfectus, quando est partim factus, et partim non. *Leg. 2 ff. de orig. jur.*

Actus merae voluntatis, excludit juris necessitatem. *Gloss. in leg. Solent §. fin. ff. de offic. Procons, et in leg. Cum de in rem verso ff. de usur.*

Actus legitimi, non recipiunt diem, neque conditionem, et ideo non possunt stare in suspenso. *Leg. actus legitimi ff. de reg. jur., Cap. actus legitimi de reg. jur. in 6.*

Actus in dubio, debet interpretari validus. *Leg. quoties ff. de reb. dub., leg. quoties ff. de verb. oblig., leg. Si quando ff. de legat. 1.*

Actus dispositio interpretari debet, ut videatur provisum causae magis necessariae, quam utili. *Leg. cum ex pluribus ff. de solut.*

Actus corruit, omissa forma legis. *Leg. cum hi. §. si praetor. ff. de transact., leg. traditionibus cod. de pactis, Cap. cum dilecta de rescript., Cap. quia propter. de elect.*

Actus a principio nullus, nullum producit juris effectum. *Leg. 4 §. condemnatum ff. de re jud.*

Actus perfectio, consistit in conclusione. *Leg. contractus. Cod. de fid. instrum., leg. Si voluntate Cod. de rescind. vend.*

Actus in dubio, videtur factus nomine proprio, non alieno. *Leg. Et magis ff. de solut, leg. Et Papinianus ff. mandati leg. Si ita stipulatus fuero. §. Crhysogonus ff. verb. obligat, leg. Pro haerede ff. de acquir. haered.*

Actus quando ex duplici capite fieri potest, ex utiliori, et firmiori factus censetur. *Leg.* 3 *ff. de testam. milit*, *Leg. cum pater ff. de jur. dot.*

ADEAQUATUS

Adaequatorum eadem est juris dispositio. *Leg.* 1 *ff. de legat.* 1.

Quando duo adequantur per legem antiquam, quidquid lex nova disponit in uno, censetur etiam disponere in altero. *Bart. in leg.* 2 *ff. de legat* 2.

ADDICTIO

Addictio quasi emptio est. *Leg. a Divo Pio* 15 §. 3 *ff. de re jud.*

ADFIXUS

Adfixa, et inaedificata, partes aedificiorum esse videntur. *Leg.* 21 *ff. de instruct. vel instr. legat.*

ADIMPLERE

Quod potui noli, quod volui adimplere nequivi. *leg. multum interest. Cod. Si quis alt. vel sibi*, *leg. Si genero Cod. de jur. dot.*, *Cap. Super Abbatia. De legatis.*

ADIRE — ADITIO

Vid. *haeres.*

Aditio consistit in animo. *Leg. is qui* 13 *ff. de aequir. haered.*

Paria sunt neminem instituere, vel institutum nolle adire. *Leg.* 2 §. *quisquis ff. de vulg. et pupill.*, *Istit. quae ab int. def. in princ.*

Haereditatis aditionem, sub conditione fieri non posse. *Leg. actus legitim ff. de regul. jur.*, *leg. cum qui* §. *final. ff. de acquir. haered.*

Scindendo, adire non potest. *leg.* 1 *ff. de acquir. vel omitt. haered.*

Si nemo adit haereditatem, omnis vis testamenti solvitur. *Leg.* 181 *ff. de reg. jur., leg.* 1 *§. ult. ff. ut in possess. legator., leg.* 9 *ff. de test. tut, leg. eam quam cod. de fideicom.*

Semel adita haereditas, omnis defuncti voluntas rata constituitur. *Leg. Si patroni §. qui fideicommiss. ff. ad S. C. Trebell.*

Aditio haereditatis retrotrahitur ad tempus mortis. *Leg. Si ex re* 28 *ff. de stipul. servor., leg.* 54 *ff. de acquir., vel omitt. haered.*

ADJECTIO

Adjectio inutilis, vitiatur, ac non vitiat. *Leg. Paedius* 7 *§.* 2 *ff. de receptis arbitr.*

Adjectio operatur, ut conjuncta faciant, quorum neutrum per se faceret. *Leg. Instipulatis* 4 *ff. de usuris.*

Adjectus solutionis recipiendae gratia, adjectus non censetur ut ei acquiratur obligatio. *Leg. Si quis* 57 *ff. de solutionib.*

Adjectum initio contractus contra ejus naturam, ab initio ipsum contractum vitiat. *Leg. Per.* 14 *ff. de usu et habitat.*

ADJECTIVUS

Quando praecedunt duo substantiva, adjectivum sequens, utrumque determinat. *Leg. Extat ff. quod met caus.*

ADJUNCTUS

Ratione adjuncti conceditur, quod simpliciter non concederetur. *Leg. Interdum ff. de aqua plur. arcend.*

Quod profertur cum adjuncto, non est proprie tale. *Leg. filius fam. §. meminisse ff. de donation.*

ADVENTITIUS

Vid. *Peculium.*

Adventitii casus non sunt computandi. *Leg. Julianus ff. qui, et a quib. etc.*

ADULTERIUM — ADULTER

Adultera Virum repetere non potest, nisi et ipse sit adulter. *Cap. Constitutus. do convers. conjug.*

Adultera poenitens, reconcilianda est Viro. *Cap. Gaudemus. de conver. conjug.*

Adulterium non committitur ab ignorante. *Cap. Propositum. Qui cle. vel voven. ubi glos. in verb. insciam.*

Adulterium sine dolo non committitur. *Cap. Fraternitatis. de frigid. et malef. ubi gloss. in verbo fornicario modo, Leg. penultima ff. ad Leg. Jul. de adult.*

Adulteri confessio, nocet alteri. *Gloss. Cap. Ordinatos* 59. *dist.*

Adulteri confessio, facit contra alterum praesumptionem. *Leg. Denunciasse* §. *quaeritur ff. de Adulteriis., Cap. Significasti de adult.*

Adultero absoluto, et adultera debet absolvi. *Leg. Denunciasse* §. *fin. ff. ad Leg. Jul. de adult.*

Adultera non dicitur, quae vim passa est. *Leg. Vim passam* 39 *ff. ad Leg. Jul. de adulter. Leg. Si uxor* 13 §. 7. *Si quis ff. eod.*

Adulterium committi per alium non potest. *Leg.* 1 *Praetor ait,* §. 25 *quid igitur ff. de vi, et vi arm.*

ADULTUS

Adulti meliorem suam conditionem facere possunt, sine authoritate tutoris. *Leg. Contra* 29 *ff. de pact.*

ADVERSATIVA

Adversativa dictio, et in jure, et in facto, praecedentibus adversatur. *Leg. Si haeredi. ff. de cond. et.*, *Bart. in Leg. transigere in princ. Cod. de transact.*

Adversativa copulata, non juris, sed facti diversitatem ostendit. *Leg. Sed et si lege. ff. de pet. haered.*

ADVOCATUS

Vid. *Judex.*

Advocati agant quod causa desiderat, temperent se ab injuria. *Leg.* 6 §. 1 *Cod. de postulan.*

In statu Ecclesiastico, tenentur Advocati gratis pauperibus patrocinari. *Paul. V. Constit.* 71. *Universi*

Non licet Advocato, convenire de quota parte litis. *Leg. Sumptus* 53 *ff. de pactis*, *Leg. Litem* 15 *Cod. de procurator.*, *Paul. V. Constit.* 71. *Universi*

Quaestioni de facto respondere, non est Jurisconsulti. *Leg. Ut responsum. Cod. de Transact.*

Non debet Advocatus revelare secretum causae. *Leg.* 1 §. *is qui depositum*, *ubi Bart. ff. de falsis*, *Leg.* 1. *ff. de praevericat.*

AEDIFICIUM

Aedificium cedit solo. *Leg. Quid omnium* 50 *ff. ad Leg. Aquil.*, *Leg. Adeo* 7 §. 10 *ff. de acquir. ver. dom.*, *Leg. Paulus* 14 *ff. de dolo mal. et met. except.*

AEQUALIS — AEQUALITAS

Vid. *Par.*

Quod ad jus naturale attinet, omnes homines aequales sunt. *Leg.* 32 *ff. de divers. reg. jur.*

Aequalitas semper servanda est in judiciis. *Cap.* 1 *de reg. jur. in* 6°, *Leg. Qui accusare Cod. de edend.*, *Cap. Cum inter. de except.*, *Cap. Noviter. de judiciis.*, *Leg. Non debet. ff. de reg. jur.*, *Leg. fin. Cod. de procurat.*

AEQUIPOLLENS

Vid. *Forma.*

In formis non admittitur aequipollens. *Leg. Qui per salutem. ff. de jurejur.*

Non refert quid ex aequipollentibus fiat. *Leg. Fideicommissa* §. *Si cui ff. de Legat.* 3.

Ubi requiritur specialis mentio, non sufficit aequipollens. *Bart. in Leg. Si quis in princ. ff. de Legat.* 3.

Paria sunt aliquid impleri formaliter, vel aequipollenter. *Leg.* 3 *Cod. de istit.*, *et substit.*, *Leg. fin. Cod. de donat. quae sub modo*, *Leg. Gallus* §. *Et qui si tantum*, *ff. de liber. et posthum.*

Ubi modus consideratur, aequipollens non admittitur. *Leg. Qui haeredi ff. de condit. et demostr.*, *Leg. Qui per salutem ff. de jurejuran.*

Nihil refert, quid ex aequipollentibus fiat. *Cap. Licet de testibus*, *Leg. fin. Cod. Mandati*

Aequipollentium orationum, eadem est vis, ac potestas. *Leg. Titia* 19 *ff. de ann. legat.*

AEQUITAS

Vid. *Benignitas — Rigor.*

Aequitas in paribus causis, paria jura desiderat. *Leg. fin. Cod. ad leg. falcid.*, *Cap. Cum dilecta. De confirmat.*

In his quae de bono et aequo tractanda sunt, plerumque sub auctoritate juris scientiae perniciose erratur. *Leg. Si servum*, §. *Et Celsus adolescens ff. de stipulat.*

Aequitas non scripta, scripto rigori succumbit. *Leg. Placuit Cod. de Jud.*, *Leg. Prospexit ff. qui, et a quib.*

Justum est inhaerere rigori, sed justius aequitatem amplecti. *Leg. Si filius qui patri*, *ff. de vulgari et pupill. substit.*

Judex aequitatem ante oculos semper habere debet. *Leg. Quod si ephesi*, *ff. de eo quod cert. loc.*

Aequitas novae causae, novum remedium postulat. *Leg. Plane, ff. Ut in possess. legator.*, *Leg.* 1 *Cod. de re judic.*

Ubi jus deficit, aequitas supplet. *Leg. In summa* §. *Item. ff. de aqua pluv. arcend.*

Aequitas eadem ubi est, ibi jus idem esse debet. *Leg. haeres ff. de fidejussorib.*

Aequitatem rigori praeferendam. *Leg. Placuit Cod. de Jud.*, *Leg. Servus* 61 §. 6 *ff. de furtis*, *Leg. Cum servum* 34 §. *hinc ff. de oblig. et action.*

Ubicumque aequitas suadet, subveniendum. *Leg. Divus. ff. de in integr. rest.*

Paria sunt dicere, est speciale, vel de aequitate. *Gloss. in Leg. Qui res.* §. *Aream in verb. in perpetuum*, *ff. de solutionib.*

Paria sunt dicere, haec lex procedit de aequitate, illa de rigore; vel dicere haec corrigit illam. *Gloss. in Leg. Cotem ferro.* §. *fin. in princ. ff. de publican.*

In omnibus quidem, maxime tamen in jure, aequitas spectanda est. *Leg.* 90 *ff. de divers. reg. jur. ant.*

Ubi aequitas evidens poscit, subveniendum est. *Leg.* 7 *ff. de integr. restit.*, *Leg.* 83 *ff. de regul. jur.*

Aequitas scripta, praefertur rigori scripto. *Leg. Placuit Cod. de judic.*, *Leg.* 1 §. *Si ego ff. si pars. haered. petat.*, *Leg. majores ff. de pactis*, *Leg.* 1 *Cod. de legib.*, *Cap. fin. de transaction.*

AESTAS

Incipit aestas ab aequinotio verno. *Leg.* 1 §. 32 *ff. de aqua quotid.*

AETAS

Aetas debitoris, non infringit jus creditoris. *Leg. Sub praetextu. Cod. de haereditar. action.*

Contrahentes debent habere aetatem de tempore datae, nec sufficit si postea haberent executionis tempore. *Cap. Si eo tempore*, 9. *de rescript. in* 6.

Aetas excusat in penalibus. *Leg.* 1 *et* 2 *Cod. si adv. delict.*, *Leg.* 1 *Cod. de falsa moneta.*, *Leg. Ferre ff. de reg. jur.*

AFFECTATIO

Affectatio non prodest, nec attenditur. *Leg.* 2 §. *ult. ff. Si quis caut.*, *Leg.* 1 *Cod. Qui milit. poss.*

AFFECTIO — AFFECTUS

Vid. *Incertus*

Affectio non patitur, nec ejus ratione condemnatio augetur. *Leg. Si servum ff. ad leg. aquil.*, *Leg. Praetia verum*, *et leg. Falcidia hoc esse ff. ad leg. Falcid.*

Affectio cadit in speciebus, non in genere, vel quantitate. *Leg. Nummis. ff. de in lit. juram.*, *Leg. Si fundus. ff. ad leg. falcid.*

Paritas affectionis, omnem removet suspicionem. *Leg. Non solum* §. 1 *ff. de rit. nuptiar.*

Non cupiditatibus, sed justis affectionibus indulgendum. *Leg. Illud. ff. de manumis. vindicta*

Affectus non punitur, nisi sequatur effectus. *Leg. Cogitationis ff. de poenis*, *Leg.* 1 *in fin. ff. quod. quis. jur.*

Affectio nulla cadit, nec considerari in ignotum potest. *Leg. Non est ferendus. ff. de Transact.*

AFFIRMATIO — AFFIRMATIVA

Vid. *Negativa* — *Propositum*

AFFLICTIO — AFFLICTUS — AFFLIGERE

Afflictio non est afflicto danda. *Gloss. in Auth. Navigia in verb. Incurrissent. Cod. de furt. et serv. corrupt.*, *Leg. Navis* §. *cum autem ff. ad leg. Rhod. de jactu*, *Leg. Divus Marcus in pr. ff. de off. praesid.*

Aequissimum est vi afflicto subvenire. *Leg.* 1 §. 1 *ff. de vi, et de vi arm.*

Affligit qui mandat ut affligatur. *Leg.* 152. §. 1 *ff. de regul. jur.*

Afflictio solvitur morte. *Leg. fin. Cod. ad leg. Jul. majest.*

Afflictiones duas, uni et eidem infligi iniquum est. *Leg. Quod si nolit.* 31 *ff. de aedil. aedict.*

AGENS — AGERE

Vid. *Actio* — *Exceptio* — *Finis* — *Interesse* — *Malum* — *Prior* — *Scriptura* — *Simulatio.*

Agens et patiens non concurrunt in eodem subjecto. *Leg. Uranius ff. de fidejuss.*, *Leg. Ille a quo* §. *Tempestivum ff. ad S. C. Trebell.*

Si cum lege non agimus, erubescimus. *Nov.* 18. *Cap.* 1 *in princ.*

Annalia ad agendum, perpetua esse ad excipiendum. *Leg. Pure*, §. *fin. de doli except.*

Nemo invitus agere, vel accusare cogatur. *Leg. Invitus ff. de reg. jur.*, *Leg. Unic. Cod. ut nemo init.*

Qui agit, certus esse debet cum sit in potestate ejus, quando velit experiri. *Leg.* 43 *ff. de regul. jur.*

Qui agit debet rem diligenter explorare *ibid.*

Ex impossibili conditione praesumitur nihil agi voluisse. *Leg.* 31 *ff. de act. et oblig.*

Si id quod ago non valet ut ago, valet tamen eo modo quo valere potest. *Cap. Unic.* §. *idem. De despons. imp. in* 6.

Ubi majus est periculum, ibi cautius est agendum. *Leg.* 1 §. *Sed et si quis ff. de Carbon. Edict.*, *Cap. Ubi. de elect. in* 6.

Agentes, et consentientes pari poena puniuntur. *Leg. Jubemus*, §. *Aeconomus Cod. de Sacr. Ecles.*, *Cap.* 1 *de offic. deleg.*, *Cap. Qui cum fure. de furtis*

Agenti incumbit onus probandi. *Leg.* 2, *et leg. Verius ff. de probat.*, *Leg. Actor.*, *et Leg. Frustra Cod. eod.*, *Leg. fin. ff. de rei vindic.*, *Leg. Qui accusare. Cod. de edend.*

Agens nomine suo, repromittit. *Leg. Qui bona fide* 13 §. 15. *ff. de damn. infect.*

Agere videtur, qui auctoritatem praestat. *Leg. Genere prim. ff. de administr. tutor.*

Agere permittitur filio propter absentiam patris. *Leg. Si longius* 18 *ff. de judic.*

Agere improprie dicitur, qui denuntiat. *Leg. In executione* 85 §. 4 *ff. de verb. oblig.*

Omnis agens, agit propter finem. *Leg.* 1 *ff. solut. Matrim.*, *Leg. Ea quam*, *ubi Bald. in pr. Cod. de fideicomm.*

ALIENABILIS — ALIENATIO

Vid. *Venditio.*

Alienatio dominium transfert. *Leg.* 1. *Cod. de fund. dot.*

Nudum praeceptum, seu probibitio alienandi sine causa factum, alienationem non impedit. *Leg. Pater filium* 38 §. *Julius ff. de legat.* 3.

Alienabilis res semel facta, perpetuo manet alienabilis. *Cap.* 2 *de faudis.*

Alienatum non dicitur, si non durat alienatum. *Leg. Si pro parte* §. *versum ff. de in rem verso.*

Alienationem factam in fraudem legis, de jure non valet. *Leg. Si libertus ff. de jur. patron.*

Qui potest invitis alienare, multo magis et ignorantibus, et absentibus potest. *Leg.* 26 *ff. de reg. jur.*

ALIMENTUM

Vid. *Filius.*

Paria sunt aliquem occidere, vel ei alimenta denegare. *Leg. Necare ff. de lib. agnoscend.*

Alimenta sunt ingratis deneganda. *Gloss. in Leg. Si patrem in verbo promerueris. Cod. de alend. liber. ac parentib.*

Alimenta sunt parentibus praestanda. *Leg.* 1, 2, 3, *e* 4 *Cod. de alend. lib. ac parent.*

Alimenta relinquere, et educare idem est. *Leg. Rogatus, final. ff. de alimen. et cibar. legat.*

Nomine alimentorum continentur ea, sine quibus nutriri corpus non potest. *Leg. legatis ff. de alim. et cibar legat.*

Alimenta praestita pietatis respectu, non repetuntur. *Leg.* 27 §. 1 *ff. de negot. gest. leg.* 11 *Cod. eod., leg.* 32 §. 2 *ff. de condict. ind.*

Pater tenetur alere filium, maxime post triennium. *Leg. Nec filium cod. de patr. potest, leg. pen. et fin. Cod. de alend. liber.*

Alimenta debita jure actionis, debentur etiam quod quis habeat aliunde. *Bar. in Leg. libertis quos* 18 *ff. de alim. et cibar legat.*

Alimentorum nomine comprehenduntur vestes, et habitatio. *Leg. ult. et antepenult. ff. de alim et cibar. legat., Cap.* 7 *caus.* 10 *quaest.* 2 *ubi gloss. in verb. victu.*

Alimenta danda sunt secundum qualitatem personarum. 7 *Caus.* 10 *quaest.* 2 *ubi gloss. in verb. victu.*

Alimenta jure sanguinis cessant, ubi is cui debentur, habet unde se nutriat. *Leg.* 5 §. *sed si filius, et* §. *solent. ff. de liber. agnosc.*

ALIUS

Vid. *Factum — Res.*

Aliud pro alio, invito creditore solvi non potest. *Leg.* 2. §. *mutui datio, et ibi gloss. fin. ff. de constit. pecun., Leg. Item liberatur* §. *Qui paratus ff. quib. mod. pign., leg. Eum a quo* 16· *Cum leg. seq. Cod. de solut.*

Alius potest pro me, quod per me non possum. *Cap. Quia propter. de election.*

Inter alios res acta, aliis non praejudicat. *Cap. Inter dilectos. de fid. instrum.*

Alium pro alio punire iniquum esse. *Leg.* 8. *ff. ad leg. Falcid.*

Aliis quae feceris, tibi facienda sunt. *Leg. Cum haereditas. ff. de admin. tutor.*

ALLEGARE — ALLEGATIO

Allegare speciale sine ratione, est refugium miserorum. *Gloss. in Leg. Filium quem Cod. familiae erciscund.*

Allegans qualitatem, illam probare tenetur. *Leg. non ignorat. Cod. qui accus. non poss.*

Allegatio partis, non facit jus. *Cap. Dilectus* 34 *de praebend.*; *Gloss. magna, vers. vel die tertio, in Leg.* 1 *Cod. Quando non pet. part.*

Quod quis allegare tenetur, debet probare. *Leg.* 1 *in prin. ubi gloss. verb. decenter. ff. de dilation.*

Allegare sufficit naturalem rationem sine lege. *Leg. fin. ff. de poenis*

Allegans impossibile, non auditur. *Leg. Confessionibus ff. ad leg. Aquil.*

Allegans contraria, non auditur. *Leg.* 1 *Cod. de furtis, leg. Titiae ff. de condit. et demonstr.*

Allegans turpitudinem suam, non auditur. *Leg. Transactione finita Cod. de transact.*, *leg. Si creditoribus in fin. Cod. de serv. pign. dat. man.*

ALTARE

Vid. *Episcopus*

Altare unum non debet discoperiri, ut aliud vestiatur. *Leg. Assiduis. §. Exceptis Cod. qui pot. in pign.*, *Cap. Cum causa. de praebendis*, *Cap. ad Apostolicae. de donat.*

Qui altare servit, de altare vivere debet. *Cap. cum secundum. de praeben*, *Cap. ex his XII. q.* 1.

Altare in Ecclesia consecrata, non potest erigi sine licentia Episcopi. *Cap. Quamvis Chorepiscopis* 4 *dist.* 68, *Cap. Nullus Presbyter* 25 *de consecr. dist.* 1.

ALTER

Vid. *Alius — Factus*

Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri. *Leg. Non debet. ff. de reg. jur*, *leg. Debitorem pactionibus. Cod. de pactis.*, *Cap. Non debet* 22 *de reg. jur. in* 6.

ALTERNATIVA

Vid. *Conditio.*

Alternativa ponitur inter aequalia, vel parum distantia. *Leg.* 1 *ff. de reb. dub.*

In alternativis sufficit alteram partium adimpleri. *Leg. Si haered. ff. de condit. istitut. leg.* 110 §. 8 *de reg. jur.*

In alternativis, debitoris est electio, et sufficit alterum adimpleri. *Reg.* 70 *de reg. jur. in* 6.

AMBIGUITAS — AMBIGUUS.

Vid. *Dubium* — *Obscuritas* — *Verbum* —

Quando verba dispositionis sunt ambigua, causa disponendi inspicienda est. *Leg. Uxorem in princ. ff. de legat.* 3.

Verba ambigua secundum intentionem proferentis accipiuntur. *Leg. Si quis intentionem ff. de judic.*

Semper in ambiguis, nobilior praesumptio capienda est. *Leg. Quintus ff. de don. inter vir. et uxor.*

In rebus ambiguis, quod minimum est sequimur. *Leg. Apud Julianum §. Scio. ff. de legat.* 1, *leg. Semper in obscuris ff. de regul. jur., Cap. In obscuris. de reg. jur. in* 6.

Ambiguis in rebus, non debet esse absolutum judicium. *Cap. habuisse.* 33 *dist.*

Ambiguum non dicitur, cum in rebus nulla sit difficultas. *Leg. Ille aut ille §. cum in verb. ff de legat.* 3.

Ambiguitas, vel dubietas in meliorem partem est interpretanda. *Cap. Estote. de reg. jur.*

Ambiguum pactum, pro emptore adversus venditorem interpretamur. *Leg. Cum manu* 30 *ff. de contrah. empt.*

Ambigua dicuntur quae confusa sunt. *Leg. Cum* 29. *ff. de solutionib.*

AMICITIA

Amicitia magna, idem operatur quam conjunctio sanguinis. *Leg. Cum allegas. Cod. de castr. pecul.*, *Gloss. in Cap.* 2 *de testam. in* 6.

AMOR

Amor dicitur plus descendere, quam ascendere. *Gloss. in Leg. Liberi in fin. Cod. de inoff. testam., Leg. Isti quidem §. fin. ff. Quod met caus.*

Amoris furore nihil vehementius. *§. Illud in Auth. Quib. mod. nat. effic. legit.*

AMPLIARE — AMPLIATIO

Vid. *Augmentum* — *Verbum*

Quae statuta sunt ad restringendum, operari non debent

ampliationem. *Cap. fin. de verb. sign., Leg. Rem legatam ff. de adim. legat.*

ANIMA — ANIMUS

Vid. *Clamor — Intentio — Mens — Voluntas.*

Qualis est actus, talis praesumitur animus. *Leg. si non convitii. Cod. de injur.*

In omnibus ab animo dependentibus, magis attenditur intentio, quam factum. *Leg. Etiam §. 1 ff. solut. matrim. leg. 1 §. Divus ff. de sicar.*

Verba, magis declarant animum, quam facta. *Leg. Recusari ff. de acquir. haered., leg. Re conjuncti. ff. de legat* 3.

Furiosus non potest desinere animo possidere. *Leg. Si is qui ff. de aquir. posses.*

Anima per quadraginta dies infunditur in masculis, in foemina vero per octuaginta. *Gloss. fin. in Cap. 1 dist.* 3, *Leg. Si mulierem ff. de Sicariis.*

Ex delatione armorum, praesumitur quis habere malum animum. *Gloss. §. Si quis rusticus, vers. Mercator. De pace tenen. et ejus violator in usib. faeud.*

Anima praetiosior est corpore. *Matth.* 5, *et Luc.* 12, *Cap. Sedulo* 39 *dist.*

Anima omnibus rebus est praeferenda tamquam magis praetiosa. *Cap. Praecipimus* 2 *quest.* 11, *Leg. Sancimus Cod. de Sacr. Ecles.*

Animus ab operibus operantis dignoscitur, et talis praesumitur, qualem facta demonstrant. *Leg. fin. §. fin. ff. de dolo.*

Animus hominis qualis fuerit dignoscitur ex iis quae antea, vel post gesta fuerunt. *Arg. Leg. Sed et Julianius §. penult. ff. ad Macedon., leg. Si Servus plur. §. final. ff. de legat.* 1.

ANNALIS

Annalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. *Leg. Pure §. fin. ff. de doli except., leg.* 4 *Cod. qui admitti.*

Annale silentium, scientia mediante, habet vim refutationis. *Feudor. libr. tit.* 9 *qual ol. pot. sua alienat. §. donare.*

ANNEXUM

Annexi, et connexi, idem est judicium, etiamsi annexum sit majoris valoris. *Cap. Cum singulis, cum gloss. verb. annexi. de praeb. in 6., Gloss. verb. Annexa in Cap. Quanto. De judic.*

ANNULLATIO

Vid. *Nullitas*

Ad annullandum actum idem operatur tacita legis prohibitio, quam expressa. *Abb. in Cap. Dilectis* 1 *de praeben-*

ANNULUS

Annulus in muliere inducit matrimonium. *Cap. Si quis uxorem, et Cap. Si quis desponsaverit* 27 *quaest.* 2, *Cap. Nostrales* 30 *quaest.* 5, *et Cap. Illud quoque. de praesumpt.*

ANNUS

Annus quilibet continet in se dies 365, et sex horas. *Leg. Cum haeres* §. *Sticus ff. de manumiss.*

Annus coeptus, habetur pro completo. *Leg. Si ita* 41 *ff. de manum. testam, Leg. Cum vos.* 1 *Cod. Qui actat., leg. Denique* 3 §. 4 *ff. de minor. Vig. quinq. ann, leg. Ad Rempublicam ff. de mun. et honor.*

Annus utilis, non currit ei, qui non potest agere. *Leg. Quoties.* 37 §. 4 *ff. de solution.*

ANTECEDENS

Vid. *Consequens — Sequens. — Velle —* Voluntas.

Concesso antecedenti, conceditur et consequens. *Leg.* 2. *ff. de jurisd. omn. jud., leg.* 1 § 1 *ff. de usufr. pet., leg.* 3 §. *Qui habet. ff. de serv. rust. praed.*

Remoto antecedenti, omne ejus consequens removetur. *Leg. Veteres ff. de itin. actuque privat.*

Qui vult antecedens, vult consequens quod sequitur ad illud. *Leg. Quamvis. Cod. de fideicommiss.*

Antecedenti destructo, nullum est dare consequens. *Leg.* 1 §. *hujus rei ff. de offic. ejus.*

Praecedentia declarant sequentia. *Leg. Si Servus plurium in fin. ff. de legat.* 1.

ANTIQUITAS

Vid. *Pactum.*

Antiquitatis veneranda authoritas. *Cap.* 3 *Illud etiam, de appellat. auth.*

Antiquitas non dat privilegium. 22 *dist.* 93 *ubi Gloss. in verb. Praesumptum*

APPELLARE — APPELLATIO

Vid. *Convictus — Sententia.*

Appellandi usus quam sit necessarius, nemo est qui nesciat. *Leg.* 1 *ff. de Appellat.*

Qui appellat, prior agit. *Leg.* 29 *ff. de judic.*

Appellatione pendente, nihil innovetur. *Leg.* 1 *ff. nihil innov. app. pen.*

Qui approbat sententiam, renunciat appellationi. *Leg. Ad solutionem Cod. de re jud.*

Appellatio semper censetur permissa, nisi probetur prohibita. *Leg. Et in majoribus.* 20 *Cod. de appellat*; *leg. Si is quem* 4 *Cod. de liber. caus.*, *leg.* 2 §. *Si is ff. quand. app. sit.*

Appellatio unius, prodest aliis eadem sententia condemnatis. *Cap. penult. de appellat.*

Appellare, tertio non licet. *Leg. Unic. Cod. ne liceat in una ead. caus.*

Appellationis beneficium, comune est omnium damnatorum. *Leg. Cum* 3 *ff. rem rat. hab.*

Appellans frustratorie, Judicem offendit. *Gloss. in Cap. Si quis* 27 *dist.* 5 *in verbo. Sententiam*

Appellans a gravamine, juste appellat. *Gloss. in Cap. Biduum* 29 *Caus.* 2 *q.* 6. *in verb. Adversus.*

Qui petit dilationem ad solvendum dicitur, sententiam approbare, et appellationi renuntiare. *Leg.* 5 *Cod. de re judicat.*

APPROBARE — APPROBATIO

Vid. *Appellatio — Confessio — Confirmatio — Rathiabitio*

Quod qui in se approbat, in alio reprobare non posse. *Leg. In arenam Cod. de inoff. test.*

Nemo est audiendus contra illud quod approbavit. *Leg. Quod generaliter Cod. de non num. pec.*, *leg. Sicut. Cod. de act. et oblig.*

Qui petit dilationem ad solvendum, approbat debitum. *Leg. Ad solutionem Cod. de re jud.*

Approbare quis non potest, quod semel impugnavit. *Leg. Dispensatorem ff. de solution.*

Approbatum semel, non potest amplius reprobari. *Leg. Pomponius ff. de negot. gest.*

Approbatur quod non reprobatur. *Leg. Si ab initio* 10 *ff. qui satisd. cogan.*

Approbandum omnibus, quod omnes tangit. *Leg. Cum adoptio* 77 *ff. de adopt.*

Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. *Reg.* 29 *de reg. jur. in* 6.

ARBITER

Vid. *Dominus — Judex.*

Rei suae quilibet est moderator et arbiter. *Leg. in re mandata Cod. Mandati, leg. legis Aquiliae debitori ff. ad leg. Aquil., leg. Etiam §. licet in dotalibus ff. solut. matrim.*

Arbiter, arbitrium delegare non potest. *Leg. Non distinguemus* 32 *ff. de recept. arbitr.*

Arbiter excedere non debet hoc in compromissum. *Leg. Quid tamen* 21 §. 1 *ff. de recept. qui arbitr.*

Arbiter mutare sententiam non potest. *Leg. Quale* 19 §. 2 *ff. eod.*

Arbiter recusari potest ex supervenientibus inimicitiis. *Leg.* 32 §. 12 *ff. eod.*

Recusari potest jus ex causis, lite pendente. *Leg. Proprio* 4 *Cod. de jurisdict. omn. jud.*

ARBITRIUM

Libero arbitrio non praescribi. *Leg.* 1 §. *ad haec, et ibi gloss. in verbo pro socio, Cod. de annal. exception.*

Arbitrio judicis relinquitur, quod in jure definitum non est. *Leg.* 1 *ff. de jur. delib., leg. In venditione ff. de bon. auct. jud. possid., Cap. De Causis.* §. 1 *de offic. delegat.*

Arbitrium, decennio tacite comprobatur. *Leg. A Divo* 15 *ff. de re judic.*

Arbitrium in dubiis spectamus. *Leg. Si cum* 32 *ff. de fidejussor. et mandator.*

Arbitrium claudicare non debet. *Leg.* 32 §. 9 *Si Servus. ff. de recept. qui arbitr.* , *et Leg.* 21 §. 10 *ff. eod.*

Arbitrium in dubio, interpretamur boni viri arbitrium. *Leg. Si in lege* 24 *ff. locat. conducti.*

Arbitrium generale, restringitur ad bona, et honesta. *Leg. Praefectus* 63 *ff. de rit. nupt.*

Arbitrio libero alicui dato, non videtur dolus permissus. *Leg. Si non* 6 §. 3 *ff. de reb. auct. jud. poss.*

ARBOR

Vid. *Fructus.*

Arbor solo conjuncta, immobilis res est. *Leg. Pomponius* 1 *ff. de rei vindic.*

Arboris appellatione, radices continentur. *Leg. Obligationis* 44 §. 1 *ff. de act. et oblig.*

Arbores quae sunt in fundo, non dicuntur corpus separatum ab ipso fundo. *Leg. Quaero* 39 *ff. de act. empt. et vend.*

ARGUMENTUM

Vid. *Contractus.*

Argumentum a contrario, dicitur esse potissimum in jure. *Leg.* 1 *ubi not. ff. de offic. ejus* ; *Leg. Qui testamento §. Mulier. ff. de testam.*

Argumentum a communiter accidentibus, validum est in jure. *Leg. Certi condictio §. Si nummos ff. si cert. pet* ; *leg. Certi juris. Cod. de judic.*

Argumentum a solitis, validum est in jure. *Leg. Illud. ff. de exc. tut.* ; *leg.* 2 *ff. de spons.* , *leg. Cum de in rem verso ff. de usur.*

Argumentum a malorum dictis, sumere licet. *Cap. Accusatores.* 8, *et ibi gloss.*, 3 *q.* 5, *Arg. Cap. pen.* 21 *dist.*, *Cap.* 12 *quaest.* 13.

Argumentari licet ab absurdo. *Leg. Si testamento* 49 §. 2 *ff. de fidejussor.*, *Leg. Quia sunt ff. ad leg. Aquil.* , *leg. Existimo* 95 *ff. de verbor. oblig.*

In argumentum trahi nequeunt, quae propter necessitatem aliquando sunt concessa. *Reg.* 78 *de reg. jur. in* 6.

ARMA

Vid. *Animus.*

Armorum appellatione generica, non tantum gladii; sed fustes, lapides, et quidquid nocere potest, intelligitur.

Leg. Armatos 9 *ff. ad leg. Jul de vi puplic.*, *Istit. de Interdictis*. §. 6.
Arma clericorum sunt lacrhimae. *Cap. Ex multa* §. *de Clericis.*, *de voto*, *et vot. red. ubi gloss. in verbo inhabiles.*

AROMATARIUS

Aromatarii non possunt contrahere societatem cum phisicis, et chirurgis. *Gregor. XIII. Cost.* 29 §. 13.
Privilegium habent prioritatis, contra quoscumque privilegiatos. *Clem. VIII. Cost.* 47.

ARRHA

Arrha argumentum est venditionis contractae. *Leg. Cuicumque* 5 §. 15 *ff. de instit. act.*
Arrham emptor poenitens amittit, venditor reddit in duplum. *Leg. Quod saepe* 35 *ff. de contrah. empt.*

ARROGANTIA

Nephandorum hominum arrogantia, modis omnibus opprimi debet. *Leg. Unic. Cod. de privat. carcer.*

A R S

Arte non concedi, quod naturaliter denegatur. *Leg. Ubi repugnantia* §. 1 *ff. de reg. jur.*
Ubi natura vel ars operatur, frustra hominis ministerium requiritur. *Leg. Si in duobus* §. 1 *ff. Quemadmod. testam. aper.*
Frustra quaeritur ars, ubi natura operatur. *Leg. ut supra.*
Ars naturam imitatur. §. *Minorem Istit. de adopt.*
Ars, et natura nihil frustra operantur. *Leg. Qui bis idem ff. verb. oblig, leg. non cogendum* §. *Sabinus. ff. de procurat.*
Credendum est cuilibet perito in arte sua. *Leg.* 1 *ff. de ventr. inspic.*
Artem cuique suam exercere, nulli verecundiae, aut pudori esse debet. *Auth. Coll.* 4, *Nov.* 44 *Tit.* 23 *de tabellion. Cap.* 1 §. 1.

Artem non exerceat, qui illam ignorat. *Cap.* 17 *Coll.* 3 *Novell.* 17 *Tit.* 4 *de mand. princ.*

ASSENSUS

Vid. *Consensus.*

Assensus trahitur ad annexa super re in qua est consensus. *Leg. Si de certa. Cod. de transact.*

Assensus nocet in expresso tantum. *Leg. Talis ff. de legat.* 1.

ASSERERE — ASSERTIO

Assertio dubia, et obscura non relevat in aliquo ita asseverantem. *Leg. Fulcinius* §, *ita ff. ex quib. caus. maj.*

Sine lege, vel efficaci ratione, non est aliquid asserendum contra jus regulare. *Cap. Legitur* 24 *quaest.* 1, *Cap. Consuluist.* 20. 2 *q.* 5.

ASSUETUS

Vid. *Consuetus*

Assueta fieri, facile praesumuntur. *Leg. Certi* §. *si nummos. ff. si cert. petat.*

Durum est, assueta relinquere. *Cap. Dilectus*, *de tempor. ordin.*

AUCTORITAS

Auctoritatem majorum etiam in illicitis excusare. *Cap. Dixit.* 14 *quaest.* 5, *Leg. Juste ff. de acquir. posses.*

Auctoritate propria neminem jus sibi dicere posse. *Leg.* 1 §. 1 *ff. Quod legat.*, *leg. Unic. Cod. ne quis in sua caus. jud.*

Peritorum in arte, auctoritas sequenda est. *Leg. Septimo ff. de Statu homin.*

Auctoritas legis necessaria est, sed non glossae, vel doctoris. *Leg.* 1 *Cod. de legib.*

Auctoritatem in re sua, praestare nemo potest. *Leg. Curatorem* 19 *ff. de auctor. et cons.*

Auctoritatem interponere dicitur, qui jubet, vel approbat. *Leg. Qui autem* 6 *ff. quae in fraud. cred.*

AUFERRE

Quod differtur, non aufertur. §. *Libertus*, *ubi gloss. Instit. de sing. reb. fid. vel*; *leg. Quoties. Cod. de prec. In-*

per. offer., *leg. Quamvis ff. de arbitr.*, *Cap. Ancillam* 32 *q.* 2, *Cap. Nemo disperandus est. de poenit.*, *dist.* 7.

Auferre, et detinere injuste, eadem esse jura reputant. *Cap. Decimae. Caus.* 16 *q.* 1, *Gloss. in Cap. Saepe. de rest. spol. vers. injuste detinere*

Auferre, et non dare idem est. *Cap. Sicut. dist.* 47, *Gloss. in Cap. Saepe. de rest. spol.*, *vers. injuste detinere.*

AUGMENTUM

Vid. *Beneficium.*

Idem judicamus de augmento, quod de principali. *Leg. Cum fundus ff. de legat.* 2.

Aucti, et augmenti idem est judicium. *Leg.* 3 *ff. de jur. dot.*

Quae sunt statuta ad augendum, operari non debent diminutionem. *Cap. fin. de Verbor. signif.*, *Leg. Rem legatam ff. de adim. legat*, *leg. Si a milite ff. de test. milit.*, *leg. Si Ruffinus Cod. eod.*

Augmentum debet esse ejusdem qualitatis cum suo principali cui accedit. *Leg. Etiam Cod. de jur. dot.*, *leg.* 3 *ff. eod.*, *leg. Inter socerum ff. de pact. dotal.*, *leg. Si convenerit.* §. *si nuda*, *ff. de pign. action.*

Augmentum fit cum omnibus suis qualitatibus. *Leg. Item quaeritur* §. *qui impleto ff. Locati*, *Leg. Labeo la* 2. *in pr. ff. de arbitr.*

Privilegium principali concessum, extenditur ad ejus augmentum. *Cap. quia circa. De privil.*, *Cap. Ex parte*, *et Cap. pen. de decim.*, *Bart. in leg. Si ita ff. de aur. et arg. leg.*

Augmentum, et diminutio pari passu ambulant. *Leg. Si ex toto in pr. ff. de legat.* 1.

Augmentum dotis, eodem privilegio munitum, quo et ipsa dos. *Leg. Etiam* 8 *Cod. de jur. dot.*

AURUM

Aurum pollicitur ab aere. *Gloss. in leg. Mortuorum* 12 *in verb. Jus. Cod. de reb. cred.*

Aurum est inter metalla pretiosius. *Nov.* 120. *Tit.* 3 *de alien. Cap.* 3.

Aurum separari potest ab aere ab artificialibus. *Leg. Pomponius* 5 §. 2 *sed et si*, *ff. de rei vindicat.*

Auri appellatione, non contineri pecunia signata. *Leg. Quintus Mutius* 29 §. *An cui ff. de aur. et arg. legat.*

Qui legat aurum, non intendit nummos aureos legare. *Ead. Leg. in princ.*, *ubi gloss.*, *et cit* §. *An cui*

AVARITIA — AVARUS

Vid. *Cupiditas*

Avaritia in senectute juvenescit. *Cap. in juventute. de praesumpt.*

Avaritia est idolorum servitus. 20 *Caus.* 1 *q.* 1, *Concil. Trid. de refor. Sess.* 22 *Decret. Quanta cura, in princ.*

Avarus dicitur ille, qui non tenenda tenet. *Gloss. in Cap. Ex parte. de consuetudine, in verbo prodigalitatis.*

Avaritia est omnium malorum radix. *Concil. Trid. de refor. Sess.* 22 *Cap.* 11.

Avaritia ab Ecclesiasticis tollenda. *Concil. Trid. Sess.* 21 *Cap.* 1 *in princ.*

AVUS

Appellatione patris avus quoque demonstratur. *Leg,* 201 *ff. de verb. sign.*

Appellatione parentis etiam avus, et proavus continentur. *Leg.* 51 *ff. eod.*

Id quod filia parit, non avo, sed patri esse suo oneri; nisi pater aut non sit superstes, aut egens est. *Leg.* 8 *ff. de agnosc. et alend. liber.*

Avus propter filium, nepti dotem dare debet. *Leg.* 6 *ff. de collat. bon.*, *leg. Avus* 33 *ff. de pactis.*

Avunculus praefertur consobrino. *Leg. Avunculo* 6 *Cod. commun. de Success.*

AUXILIUM

Quae de novo emergunt, novo indigent auxilio. *Leg. De aetate* §. *ex causa. ff. de interrog. act.*, *leg. Plane ff. ut in posses. legat.*, *leg.* 1 *in pr. ff. de ventr. inspic.*, *Cap. Pastoralis. de exception*; *Cap. Caeterum. de juram. calumn.*

Auxilio ordinario praesente, non recurritur ad extraordinarium. *Leg. Post.* 1 §. *per hanc.* 2 *ff. de rei vindic.*

Auxilium ejus frustra quis implorat, quem offendit. *Nov.* 117 *tit.* 18 *ut liceat matr. et aviae*, *Cap.* 16 *is quoque.*

BAPTISMUS — BAPTIZANS — BAPTIZARE.

Baptismus omnem peccati maculam tollit. *Gloss. in Cap. Omnes qui. dist.* 98.

Baptismus delet actualia cum originali. *Cap. Ut ostenderet. de consecrat. dist.* 4.

Ba ptismus est omnium Sacramentorum janua. *Gloss. in Cap. Quicumque dist.* 77 *Verb. Baptizari*

Baptismi forma corrupte prolata, non vitiat ipsum. *Gloss. in Cap. Satis de consecrat. dist.* 4.

Baptizare seipsum nemo potest. *Gloss. in Cap. Baptizandis. Caus.* 1 *q.* 1 *verb. Moliantur*, *et Gloss. in Cap. Baptismi de consecrat. dist.* 4 *verb. Necessitatis.*

Baptizatus jocose, non est baptizatus. *Gloss. in Cap. Spiritus Sanctus. Caus.* 1 *dist.* 1 *in verb. integr. interrogationibus.*

Baptizatum se dicenti, creditur. *Gloss. in Cap. Praesbyteri dist.* 68 *Verb. Et consecrentur.*

Baptizare potest paganus. *Gloss. in Cap. Praeter hoc. dist.* 32 *Verb. Malum. et in Cap.* 22, *et* 23 *de consecrat. distinct.* 4.

Laici necessitate cogente, baptizare possunt. *Cap.* 20 *de consecr. dist.* 4 *ubi Gloss.*

Baptizari licet in omni aetate, et tempore. *Concil. Trid. de refor. de Baptismo Can.* 12.

Baptismus rite collatus, non iteratur. *Concil. Trid. de refor. Sess.* 7 *de Sacram. Can.* 9., *de Baptism. Canon.* 11, *et Sess.* 14. *Cap.* 2.

Baptismo suscepto, vota non sunt irrita. *Concil. Trident. Sess.* 7 *Can.* 9.

BENEFACERE

Benefacere invitus nemo cogitur. *Cap. De judaeis* 45 *dist.*, *Cap. Ad fidem* 23 *q.* 5.

Benefacere tenemur benefacienti. *Leg. Sed si lege.* §. *consuluit. ff. de petit. haered.*, *leg. Si vero non remunerandi* §. *idem Papinianus ff. mandati*, *leg. Si non sortem* §. *Libertus ff. de cond. et demonstr.*, *Cap. Cum in offic. de testam.*, *Gloss. in Leg. Venia* 2 *verb. naturali. Cod. de in jus vocand.*

BENEFICIUM

Vid. *Clericus — Episcopus — Excomunicatio — Favor — Interpretatio — Successor.*

Beneficium propter aliquem concessum, in eumdem minime retorquendum. *Leg. Si judex in fin. ff. de minor.*

Beneficia Principum, in alterius injuriam non tribuuntur. *Leg. Nec Avus Cod. de emancip. liber.*

Lex suum, non tuum tibi denegat beneficium. *Leg.* 1 *Cod. Si adver. vend. fac., leg. Ex asse ff. ad S. C. ad Trebell.*

Frustra beneficium legis implorat, qui in legem committit. *Leg. Auxilium in fin. ff. de minorib., Cap. Bonae in princ. de electione.*

Non offendit jus comune ille, qui beneficio non vult uti. *Leg. Scire debes. Cod. ad leg. Falcid.*

Neminem ex suo benefacto iu periculum trahi. *Leg. Ne ex liberalitate ff. de re judic.*

Beneficia late, privilegia stricte interpretrari. *Leg. fin. ff. de constit. princ., leg. Si quando Cod. de inoffic. testam., leg. Quod vero contra ff. de legibus etc., leg.* 2 *Cod. de noxalib. act.*

Auferendum nemini esse beneficium juris. *Gloss. in leg. Sacratissimi* 9 *ff. ad S. C. Tertyllian.*

Unicuique contemnere licet ea, quae pro se introducta sunt. *Leg. Si judex ff. de minor.*

Invito beneficium non datur. *Leg.* 69 *ff. de reg. jur., Leg. fin. Cod. Und. legit.*

Ubi personae conditio locum facit beneficio, ibi deficiente persona deficit beneficium. *Leg.* 68 *ff. de reg. jur.*

Beneficia Principis, plenissime interpretare debemus. *Leg.* 3 *Cod. de constit. Princ., leg. Quod vero ff. de legib., leg. Si quando Cod. de inoff. testam.*

Beneficia duo habens, et cedens uni, non dicitur alteri cedere. *Leg. Si domus ff. de servit. urb. praedior.*

Beneficii appellatione, nou venit Curatum. *Cap. Cum illis de Praeb. in* 6.

Papa in beneficialibus habet omnimodam potestatem, et in illis potest ad libitum disponere. *Cap.* 2 *de praeb. in* 6, *Clem.* 1 *ad fin. Ut lit. pend.*

Juvari non convenit beneficiis, et non decipi. *Gloss. Cap.* 1 *de commod.*

Beneficium concessum principali, trahitur ad augmentum. *Cap. Quia circa de privileg.*

Beneficium ecclesiasticum non potest licite sine institutione canonica obtineri. *Reg.* 1 *de Reg. jur. in* 6.

Beneficia concessa legibus, non est necesse a praetore postulare. *Leg. Si quis* 12 *ff. de manumiss. testam.*

Beneficio sine culpa, nemo privari debet. *Gloss. in Cap. Inventum est. Caus.* 16 *q.* 7 *verb. nisi gravari.*

Beneficio privatur, qui privatur officio. *Caus.* 1 *q.* 3 *Sed adhuc, ubi Gloss.*

Nemo de suo cogatur facere beneficium. *Dist.* 83 *Providendum, ubi glos. in verb. inferas.*

Beneficia plura, sine dispensatione non potest quis habere. *Cap. Dudum* 2 *de election.*

Beneficii collatio facta publico aleatori, est invalida. *Cap. Inter dilectos* 11 *de excess. praelat.*

Beneficia conferat Episcopus, si neglexerit patronus. *Cap. Eam te de jure patron.*

Beneficium non detur nisi residere volenti. *Cap. Quia nonnulli de Cler. non resid.*

Beneficii collatio facta irregulari, nulla est. *Gloss. Cap. penult. verb. ad aleas. de vit. et honest, Cleric.*

A beneficiis debent removeri clerici incontinentes. *Cap. Clericos de cohabit. clericor.*

Beneficium quis non debet amittere, nisi convincatur de crimine. *Cap. Si constiterit, de accusation.*

Beneficium sibi ipsi, nullus dare potest. *Cap. Cum ad nostrum. de Institutionibus.*

Beneficium ecclesiasticum non potest licite sine institutione canonica obtinere. *Reg.* 1 *de reg. jur. in* 6.

Beneficia non vacantia, nemini concedi vel promitti possunt. *Cap. Detestandae. de concess. Praebend. in* 6.

Indultum a jure beneficium, non est alicui auferendum. *Reg.* 17 *de reg. jur. in* 6.

Beneficia, haereditariam successionem, abhorrent. *Concil. Trid. de Benefic. Sess.* 25 *Cap.* 7. *de refor.*

Beneficio conferri non potest inquisito, vel infamato antequam se purgaverit. *Cap. Tantis.* 81 *dist., Cap. Omnipotens* 4. *de accusat.*

BENEPLACITUM

Vid. *Rescriptum.*
Morte concedentis expirat beneplacitum. *Cap. Si gratiose. de Rescript. in* 6.

BENIGNE — BENIGNIOR — BENIGNITAS

Vid. *Æquitas — Rigor*
Benignitatis ratio, juris rigori praefertur. *Leg. Si tibi pecuniam in fin. ff. Si cert. pet*; *leg. Si tibi, ff. de donationib.*
Benignius est nocentem absolvere, quam innocentem condemnare. *Leg. absentem ff. de poenis*
In re dubia, benignior interpretatio sequenda est. *Leg. Proxime in med. ff. de his qui in testam. delen.*
Benigne idem est, quod juris rigore praetermisso. *Gloss. in leg. Si statu liber. in princ ff. de statu liber.*
Benignitas praeferenda rigori. *Leg. Si fuerit ff. de reb. dub.*
Benigniori interpretationi sunt quaerenda. *Leg. Rapienda* 128 *ff. de reg. jur.*
Benigniorem sententiam in re dubia sequi oportet. *Leg. Proxime* 3 *ff. de his quae in testam.*

BIGAMUS

Bigami sunt inhabiles ad ordines suscipiendos. *Cap.* 1 *de bigamis, et Cap. Unic. de bigamis in* 6.
Bigamus est inhabilis ad beneficia tam obtenta, quam obtinenda. *Cap. Unic. de bigamis in* 6.
In Bigamia, Episcopus dispensare non potest. *Cap. Unic. de Bigam. in* 6, *et Concil. Trident. Sess.* 23 *de refor. Cap.* 17.

BONA—FIDES

Vid. *Fides — Possessor — Praescriptio*
Bona-fides non patitur, ubi bis idem creditum exigatur. *Leg. Bonafides ff. de reg. jur.*, *leg. Bona-fides ff. depositi*, *Reg.* 83. §. 3 *de reg. jur. in* 6.
Qui contra mercatur, bonam-fidem praesumitur non habere. *Reg.* 82 *de regul. jur. in* 6.
Bonae-fidei defectu, usucapionem non interrumpi, secus possessionis. *Leg. Naturaliter*, *et leg. Si is qui pro em-*

ptore, §. *Si quis bona-fides ff. de usucap.*, *leg. Unic.* §. *Illo procul dubio. Cod. de usucap. transfor.*

Bona-fides non patitur, bis idem deduci. *Leg. Si noxali* 31 §. 3 *ff. de peculio.*

Quisque in omni contractu, bonam-fidem praestare debet. *Leg.* 59 §. 1 *ff. Mandati*

Cum de bona-fide agitur, non congruit de apicibus juris disputare. *Leg.* 29 §. 4 *ff. Mandati*

Bona-fides quae in contractibus exigitur, aequitatem summam desiderat. *Leg.* 31 *ff. depositi*

BONUM

Vid. *Dos* — *Pater* — *Patrimonium* — *Res*

Bona non dicuntur, nisi deducto aere alieno. *Leg. Mulier bona ff. de jur. dotium, leg. Non possunt ff. de jur. fisci, leg. Subsignatum.* §. *bona ff. verb. sign.*, *leg. fin.* §. *Si autem. Cod. de bon. quae liber.*

Bona qui non habet, luit in corpore. *Leg. Ult. ff. de in jus voc.*, *leg.* 1 §. *fin. ff. de poenis.*

Bona praesentia, et futura in generali obligatione, et hypotheca bonorum, continentur. *Leg. fin. Cod. quae res pign. oblig. poss.*

Vir in bonis paraphernalibus nullum babet jus, nec exercitium uxore prohibente. *Leg.* 8 *Cod. de pact. conv.*

Bona dotalia non sunt in bònis mariti computanda. *Bart. in Leg. Lucius* §. *idem respondet. ff. ad municip.*

Bonum facere nemo cogitur. *Gloss. in Cap. Nimium sunt. Caus.* 23 *q.* 4 *in verbo. Cogi*

Bona prima, per sequentia mala mortificantur. *Gloss. in Cap. Non est. de poenitent. distinct.* 2 *Verb. benefaciet.*

Bona mortificata, per poenitentiam reviviscunt. *Gloss. in Cap. Si averterit. de poenitent. distint.* 4.

Proprie bona dici non possunt, quae plus incomodi, quam comodi babent. *Leg.* 83 *ff. de verb. signif.*

Bonorum nomine tam mobilia, quam immobilia dicuntur. *Cap. Relatum* 1 *de testament.*

Id bonorum cujusque esse intelligitur, quod aeri alieno superest. *Leg. Non possunt ff. de jur. fisci.*

BONUS

Vid. *Malus*

Bono melius invenitur. *Leg. Ubi autem ff. de stipulat.*

Non sufficit abstinere a malo, nisi fiat quod bonum est. *Leg. In illa ff. de stipulat.*

Malum facere videtur qui non studet ad bonnm. *Leg. Qui liberos in fine, ubi Gloss. ff. de rit. nupt.*

Bonum publicum, privatorum commodum anteponitur. *§. Sancimus in Auth. de restit. et ea quae*

Bonarum mentium est culpam timere, ubi culpa non adest. *Clem. Exivi, §. Quia vero, de verb. signif.. Cap. 2. de observ. jejun.*

Ubicumque agitur de bono et aequo, non est curandum de apicibus juris. *Leg. Si fidejussor §. quaedam ff. Mandati, Cap. Dilecti, extrav. de judic.*

Bona arbor, bonus fructos facit; mala vero bonos facere non potest. *Leg. quod si nolit. §. qui mancipia ff. de aedilit. Edict.*

Boni mores, divitiis omnibus praeferuntur. *§. Sin. Istit. de Suspect. tutor.*

Bonum prohibetur ratione mali consequentis. *Cap. ita ergo. et ibi Gloss. j. 22. quaest.* 1.

Propter bonum ex malo aliquo sequitur, ipsum malum toleratur. *Cap. Denique* 4. *Dist., Cap. Nervi* 13 *dist.*

In dubio potius bonum, quam malum praesumi debet. *Leg. cum creditor ff. de furtis, leg. merito ff. pro Socio.*

Bonum est honesti viri nomen assumere. *Leg. facta, §. Si vero nominis ff. ad Trebell.*

Bonum est vitandum, si ex illo potest discendere malum. *Abb. in cap. cum ab omni, in* 2. *not. de vit. et honest. Clericor.*

Bonam voluntatem plerumque pro facto reputari. *Leg. Si quis in testamento, et Leg. Uter in fin. ff. de condict. Istit., leg. Cum haeres, vers. servire ff. de stat. liber.*

In bono et aequo plerumque perniciose erratur. *Leg. Si servum. §. Sequitur. ff. de stipulat.*

Bonus quilibet, in dubio praesumitur. *Leg. merito ff. pro Socio, leg. quoties §. qui dolo ff. de probat, Cap. dudum, et cap. ultim. de praesumpt.*

Bonus quisque praesumitur, nisi probetur malus. *Nov.* 90. *Tit.* 2 *de testib., leg. Servos* 20. *ff. de manumiss. test., leg.*

Quod si nolit. ff. de aedilit. edict; *leg. Non.* 5 *ff. de re milit*; *leg. Cum* 24 *ff. de legat. et fideicom.* 2

Bonus, et malus quis simul esse non potest. *Gloss. in cap.* 9 *Caus.* 32 *quaest.* 1.

Bonus non est, qui malos non tolerat. *Gloss. in Cap.* 48. *Caus.* 7. *quaest.* 2 §. *cum autem*, *verb. Abel.*

CAECUS

Non consentit, qui non videt, *Leg.* 11 *in pr. ff. de contrah. empt.*

Caecus tutor, tutor est. *Leg.* 16 *ff. de author. et consens tut.*

Caeci possunt suas ultimas voluntates per nuncupationem condere. *Leg.* 8 *Cod. qui test. fac. poss.*

CALAMITAS

Calamitas patris, filio nocere non debet. *Leg.* 3 § *quod si praeter. ff. de muner. et onor.*

CALCULATOR

Calculator, seu mensor non tenetur de lata culpa, sed de dolo tantnm. *Leg.* 1. *ff. Si mens. fals.*

CALUMNIA — CALUMNIARE — CALUMNIATOR

Calumnia praesumitur eo ipso quod quis non probat, quod intendit. *Gloss. in leg. Criminis.* 15 *verb. Calumniae Cod. de accusationib.*

Calumniari videtur, qui non probat. *Gloss. in leg. mater* 2 *verb. possunt. Cod. de calumniatoribus.*

Calumniator est, qui falsa crimina scienter intendit. *Leg.* 1 *et* 2 *ff. ad S. C. Turpillian.*, *Gloss. in leg.* 1 *verb. Calumniator. Cod. de Calumniat*; *leg. Si calumnietur* 233 *ff. de verbor. significat.*

Calumniator non est, cui consilium calumniandi defuit. *Leg. Athletas* 4 §. 4 *ff. de his qui not. infam.*

Inconsulto deleta vel cancellata, valent si legibilia sint. *Leg.* 1 *ff. de his quae in test.*

Consulto cancellata, non valent. *Leg.* 2 §. 7, *et leg.* 8 §. 3 *ff. de bon. poss. sec. tab.*

Cancellatio facta in uno, ad aliud non porrigitur. *Leg. Cancellaverat. ff. de his quae in testam.*

Cancellatio facta in toto, limitatur secundum testatoris voluntatem. *Leg. Cancellaverat. ff. de his quae in testam.*

Cancellationis casus, in dubio restringit ejus effectum. *ibid.*

CANON

Vid. Emphyteuta — Lex

Propter sterilitatem, conductori fit remissio canonis. *Cap. Propter sterilitatem, extr. de locat, leg. licet cum. Cod. de locat.*

Canones abrogati, observandi non sunt. *Gloss. in Cap.* 1. *in verbo statuta, de constit.*

Totius rei interitu, canonis solvendi obligatio expirat. *Leg.* 1 *in fin. Cod. de jur. emphyteut*, §. 3. *Istit. de contr. emphyt.*

CAPUT

Quot capita, tot sententiae. *Cap. sicut in sacram. de consacr. dist.* 4, *Gloss.* 1 *in Cap. Super literis extr. de rescript.*

CARCER

Vid. Mulier

Carcer ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet. *Leg.* 8 §. 9 *ff. de poenis.*

Nemini licet privati carceris exercere custodiam. *Leg.* 1 *Cod. de priv. carcer. inhib.*

Sexu dispares in carcere separari debent. *Leg.* 3 *Cod. de custod. et exhib. reor.*

Carcerem frangens, non habetur pro confesso. *Leg. Succurritur* 9 *ff. ex quib. caus. maj. vig.*

CASUS

Vid. Culpa — Mora — Uxor.

Casus exceptus, firmat regulam in contrarium. *Leg. Nam quod §. fin. ff. de penu. legat., leg. quaesitum §. idem respondit, ubi gloss. verb. non potest ff. de fund. instr., Cap. 2 de conjug. Lepros.*

Casus praestatur indistincte a debitore moroso. *Leg. Item si 25 §. 3 ff. de rei vindic.*

Casum praestat, qui pacto casum in se recipit. *Leg. Praetor. 1 §. 14 ff. de vi, et vi arm.*

Fortuitos casus, nullum humanum consilium providere potest. *Leg. 2 §. 7 ff. de adm. rer ad civ.*

Casus adversae fortunae, non liberat generis debitorem. *Leg. Incendium. Cod. Si cert. petat.*

In his quae sunt stricti juris, casus expressus, ad omissum non extenditur. *Leg. quidquid adstringendae ff. de verbor. obligat.*

Nemini casum, sed culpam imputari. *Leg. Si ex plagiis §. fin. ff. ad leg. Aquil.*

Quae ex improviso casu accidunt, fato, non noxae imputantur. *Leg. 1 Cod. ad L. Corn. de Sicar.*

In favorabilibus, casus mixtus sub simplicibus continetur. *Leg. Si ita scriptum ff. de liber. et posth.*

Nefas est tristes casus expectare. *Leg. 34 §. 2 ff. de contrah. empt.*

Neque civile, neque naturale est casum, adversamque fortunam spectari. *Leg. 83 §. 5 ff. de verb. obligat.*

Adventitii casus non computandi sunt. *Leg. 6 ff. qui, et a quibus ec.*

Tenetur de casu, qui metum adhibuit. *Leg. 14 §. 11 ff. quod met. caus. gest.*

Casus omissus, habetur pro omisso. *Leg. Commodissime ff. de lib. et posthum.*

Casus omissus a nova dispositione, intelligitur secundum jus antiquum. *Leg. Si vero §. de viro ff. solut. Matrim; Leg. Commodissime ff de lib et posth.*

Casus omissus a partibus, intelligitur secundum dispositionem juris communis. *Leg. Commodissime ff. de lib. et posth., leg. cum praetor. ff. de judic., leg. Si extraneus ff. de condict. ob caus, leg. Si cum dotem ff. solut. matr., leg. voluntatis Cod. de fidejussor.*

Casus duo quando sunt aequiparati in jure, dispositum in uno, censetur dispositum in alio. *Gloss. verb. Advocandum in leg. Mancipia Cod. de serv. fugit, Gloss. fin. in leg. Si quis servo Cod. de furtis.*

CAUSA

Vid. Causatum — Dispositio — Effectus — Finalis — Judicium.

Causa proxima magis attenditur, quam remota. *Leg. Ligni in fin. ff. de legat.* 3, *leg. Sed et si plures* §. *in arrogat. ff. de vulgar. et pupill. subst.*

Omne jus potentius est in causa, quam in causato. *Leg. Digna vox Cod. de legib.*

Causae dignitas, causatum arguit dignitatem. *Cap.* 2 *de Praeb. in* 6, *leg. restituendae in fin. Cod. de Adv. divers. jud.*

Causae et causati idem est judicium. *Leg. quominus ff. de fluminibus ec., leg. Et si amicis ff. ad leg. jul. de adulter.*

Causa naturalis praefertur accidentali. *Leg. qui habet in fin. ff. de Tutel.*

Causa magis influit in primum causatum, quam in secundum. *Leg. Publius* §. 1 *ff. de condit. et demonstr.*

Causa secunda tantum potest, quantum ei influit a prima. *Leg. Si quis domum* §. 1 *ff. locat., leg. peto* §. *Praedium ff. de legat.* 2.

Causa finalis est attendenda. *Leg. fin. ff. de haered. istit.*

Causa debet praecedere effectum. *Leg. penult. ff. quae res pign. obblig. poss.*

Causa interdum ponitur pro causato. *Leg. hoc jure* §. *non potest. ff. de donat., leg. naturalis in fin. ubi Gloss. in verbo obligatio ff. de praescript verb.*

Causa mediata non multum remota, aeque consideratur ut proxima. *Leg. uxori quis. in fin. ff. de aur. et argent. legat.*

Causa a suo causato minime confirmatur. *Leg. quod per manus ff. de jur. codicill.*

Causa propter quam a communi regula receditur, semper debet exprimi, et probari. *Innocens. in cap. Praeterea, de dilation.*

Causa finalis, ex praefatione colligitur. *Leg. fin. ff. de haered. istit.*

Causae appellatio, intelligitur de propinqua. *Cap. de Caetero, de homicid.*

Causa cognoscitur ab effectum. *Leg. Non Codicillum Cod. de testament.*

Causa sine effectu esse non potest. *Leg. haec stipulatio*, §. *Divus ff. ut legat. nom. cav., leg. non cogendum* §. *fin.* §. *de Procurator.*

Causa semel finita, amplius istaurari non debet. *Leg. Postquam liti. Cod. de Pact.*

Cessante causa, cessat effectus. *Leg. Adigere* §. *quamvis ff. de jur. patron., Cap. cum cessante, extr. de appellat.*

Cessante causa impedimenti, cessat impedimentum. *Leg. Si Chorus* §. *pen. et fin. ff. de legat.* 3, *leg. liberorum* §. *Pomponius ff. de his qui not. infam.*

Cessante causa privilegii, cessat privilegium. *Leg. Titia Sejo.* §. *Usuras ff. de legat.* 2.

Cessante causa dilationis, cessat dilatio. *Leg. Si quis haeres. ff. de acquir. haered.*

Cessante causa termini, cessat terminus. *Leg. fin. ff. ad leg. falcid.*

Quidquid est causa causae, est causa causati. *Leg. Et si amicis ff. ad leg. Jul. de adult.*

Favor causae, superat favorem rei. *Leg. Inter pares ff. de re judic., Cap. fin. extr. de re judic.*

Sublata causa, tollitur effectus. *Leg. Tutores* §. *Curatores ff. de administr. tutor.*

Idem judicamus de causa causante effectum, quod de ipso effectu. *Leg. Nihil interest. ff. ad leg. Cornel. de Sicar*, *leg. quominus ff. de fluminib. ec.*

Defectus causae finalis vitiat dispositionem. *Leg. fin. ff. de testam. tutel.*, *leg. fin. ff. de haered. istit.*

Finalem causam diligenter inspiciendam. *Leg. verum ff. de furtis.*

Ex causa receditur a voluntate testatoris. *Leg. utilitatem ff. de confir. tutor., leg.* 3 §. *quamvis ff. de administr. tutor.*

Divisa causa, dividitur effectus. *Leg. Seja mutuam. ff. de usur.*

Quando concurrunt duae causae, una quae nocet, altera quae prodest, attenditur illa quae nocet. *Leg.* 3. §. *fin. ff. ad S. C. Silanian. et Claud.*

Concurrentibus causa quae nocet, et quae prodest, attenditur potentior, et altera cedit. *Leg.* 3. §. *Si quis palam ff. de jur. fisc.*

Quando concurrunt duae causae, una permittens, altera prohibens, attenditur prohibitiva. *Leg. Si non lex ff. de haered. istit, leg. Si quis in gravi §. Si ff. ad S. C. Sillan. et Claud.*

Scire est rem per causam cognoscere. *Leg. Scire leges ff. de legib.*

Quaecumque ab eadem causa efficiente, ad eumdem effectum producuntur, sunt paris virtutis, et potentiae. *Leg. de quibus ff. de legib.*

Diversitas causarum, diversitatem specierum inducit. *Leg. Conventionum in princ. ff. de pact., leg. 3 §. genera, ff. de acquir posses.*

Finita causa naturali, attenditur accidentalis. *Leg. 1 Cod. de Curator. furiosi*

Qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. *Leg. qui occiderit. §. In hac, ff. ad leg. Aquil, leg. Nihil interest, ff. ad leg. Corn. de sicar.*

Qui habet potestatem super causam, habet etiam super causatum. *Leg. De accessionibus §. 1 ff. de divers. et tempor. praescript.*

Cessante causa, non cessat effectus jam consumatus. *Leg. final. ff. Unde liberi, leg. Sancimus Cod. de administr. tutor.*

Sola remotio causae actus sublativae, actum non reintegrat. *Leg. Militis. §. fin. ff. de milit. testam., leg. 2 Cod. de posthum. haered. istit.*

Quoties idem actus ex pluribus causis fieri poterit, in dubio censetur ex causa permissa factus, et non ex prohibita. §. *Qui autem. Istit. de excus. tutor., Innocen. in Cap. In praesentia. de renunciat.*

Una et eadem causa, non operatur circa diversos effectus. *Leg. Quod labeo ff. de compensation.*

Una et eadem causa diversis respectibus, diversos vel etiam contrarios operatur effectus. *Leg. Si finita §. Julianus ff. de damn. infect.*

Res transit cum sua causa. *Leg. Si convenerit, §. Si fundus ff. de pign. action., leg. alienatio ff. de contrah. empt.*

Attenditur causa efficiens, non istrumentalis. *Leg. Qui mihi donatum ff. de donation.*

Prius de causa, quam de modo quaerendum est. *Leg. 1 ff. de dol. mal. et met. exc.*

Ex causa de novo superveniente, licitum est ab omni dispositione recedere. *Cap. Non debet. de consang. et affin. Cap. Suggestum. de decim*, *leg. de aetate.* §. *quod autem ff. de interrogator. actionib.*

Quando ad eumdem effectum concurrunt causa contingens, et necessaria, attenditur necessaria non contingens. *Leg. Conditionibus pupillus. ff. de condict. et demonstr.*

Causa quantuncumque favorabilis, formae defectus non excusat. *Leg. Cum hi.* §. *Si Praetor. ff. de Transact.*

Paria sunt nullam subesse causam, vel subesse, sed injustam. *Leg.* 1 *et* 2 §. 1 *ff. de condict. ind.*

Duas causas lucrativas circa idem non concurrere. *Leg. Mevius.* §. *Duobus ff. de legat.* 2.

Falsa causa dispositionem vitiari, non falsa demostratione. *Leg. fin. ff. de haered. istit.*, *leg. Falsa ff. de condit. et demonstrat.*

Duas causas lucrativas in eumdem hominem, et in eamdem rem concurrere non posse. §. *Si res aliena* 6 *Istit. de legat.*

Causa prima, et immediata recipienda est, potiusquam remota. *Leg. Metus autem, ff. quod met caus.*, *leg. Socium qui in eo ff. pro socio.*

Causa cognita dicitur ubi princeps decretum interponit. *Leg. Cum hi* §. *vult igitur ff. de transact.*

Causa quaelibet etiam injusta excusat quem de expensis. *Gloss. in leg.* 1 §. *fin. ff. Si quis jurisd. non obt.*

Causa ex una datum, si illa causa non sequitur, revocatur. *Leg.* 1 *ff. de condict. caus. dat.*

Causae continentia, dividi non debet. *Leg. Nulli Cod. de judic.*, *Cap. fin. de rescript.*

Causa quaelibet excusat a dolo. *Leg. Igitur* §. 1 *ff. de liber. caus.*, *leg.* 2 *ff. de plagiar*, *leg.* 1 §. *final. ff. de abig.*

Omnia quaecumque causae cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt. *Leg.* 71 *ff. de reg. jur.*, *leg.* 9 §. 1 *ff. offic. procons.*

Causa finalis regit dispositionem, non impulsiva. *Leg. Ex quibus* 51 *ff. de cond. indeb.*

Duae causae magis nocent quam una. *Leg. Si cum* 2 *Cod. Si adversus. rem judic.*

CAUSATUM

Vid. *Causa*

Favorabilius semper est causatum propinquius, quam remotius. *Leg. Suus quoque ff. de haered. istit*, *leg. Publius* §. 1 *ff. de condict. et demostr.*

Causatum tanto dignius est, quanto a digniori causa procedit. *Leg. Restituendae. in fin. Cod. de advoc. divers. jud.*

Causa a suo causato minime confirmatur. *Leg. Quod per manus. ff. de jur. Codicill.*

Causa et causatum ad paria judicantur. *Leg. Maritus. Cod. de Procurat.*

Causatum suae causae, causa esse non potest. *Leg. Quod per manus ff. de jur. Codicill.*

In causato plus virtutis esse non potest, quam ei ab influentia suae causae procedat. *Cap.* 1 §. *hoc autem*, *quia feud. dat. poss.*

Expressio causati, tacitam suae causae expressionem inducit. *Leg.* 1 *in princ. ff. de edend.*

Causae, et causati idem est judicium. *Leg. Quominus ff. de fluminib.*, *Leg. Et si amicis ff. ad Leg. Jul. de adult. leg. Si autem in fin. ff. de aqu. pluv.*, *Leg. Non ideo. Cod. de haered. inst.*, *leg. Maritus Cod. de procurator.*

CAUTELA

Vid. *Abundans — Cautio —*

Ex abundanti cautela, non praesumitur mala fides. *Leg. Non ex eo* 30 *Cod. de evictionib.*

CAUTIO

Vid. *Fidejussio — Jus — Pignus — Satisdatio.*

Plus cautionis est in re, quam in persona. *Leg.* 25 *ff. de reg. jur.*

Cautio esse non potest inter patrem, et filium. *Cap.* 23 *Si vero Coll.* 4, *Nov.* 22 *tit.* 1 *de nupt.*

Cautio tollitur necessitate. *Leg. Si finita* 15 *ff. de damno infecto.*

Cautio abundans, non nocet. *Leg. Meminimus* 2 *Cod. de praediis Tamiacis.*

Cautio rati danda est, cum de mandato dubitatur. *Leg.* 1 *Cod. de Procuratorib.*

Cautio exigi potest suspectis. *Leg. Is a quo* 57 *ff. de rei vindicat.*

Cautio non valet, si nulla cansa exprimatur. *Cap. Si cautio cum gloss. de fid. instrumentor.*, *leg. Cum de indebito* §. 1 *ff. de probat*, *leg. Nuda ratio. ff. de donat*; *Gloss. in leg.* 13 *in verb. eamque. Cod. de non num. pecun.*

Dubiae, et incertae cautionis, nemo stare cogitur. *Leg. Pupilli* 6 *ff. quod fals. tutor.*

Cautio est idonea quae fit cum fidejussore, vel pignore. *Leg. Quamvis* 5 *ff. de pign. action.*

Cautionibus superfluis, non est utendum. *Leg. Non cogendum* 45 §. 2 *ff. de procurator.*

Propter incertum, cautio interponi solet. *Leg.* 1 §. 11 *ff. de collation. bonor.*, *leg. Si cujus* 13 *ff. de usufruct.*

Cautio supervacua, non interponenda. *Leg. Cum idem* 57 *ff. de haered. petit.*

Cautio ante diem, sine juxta causa exigi non potest. *Leg. In omnibus* 41 *ff. de judic.*

Cautionis infinitas non vitiatur, si necessitas duret. *Leg. Si finita* 15 *ff. de damno infecto*

CAUTUS

Tacite cautum intelligitur, ubi eadem ratio reperitur. *Leg. his solis. Cod. de revocand. donat*; *leg. Cum mulier ff. Solut. matr.*

Cautum videtur datis fidejussoribns, et pignoribns. *Leg. Rescripto* 6 *ff. de muner. et honor.*, *leg. Convenisse* 2 §. *Sed si dubitetur ff. de judic.*

CEDERE — CESSIO — CESSIONARIUS

Vid. *Consensus — Dare*

Cessio simulata, venditio est. *Leg. Fidejussor* 2 *ff. de distr. pignor.*

Cessio actionis, non est datio pecuniae. *Leg. Tutor* 26 *ff. de liberat. legat.*

Cessio, venditionis species est. *Leg. Si dubium* 10 *ff. de fidej. et mandat.*

Cessio bonornm non infamat. *Leg. debitores* 11 *Cod. ex quib. caus. inf. irrog.*

Cessio facta per debitorem contra creditorem, non liberat ipsum fidejussorem. *Leg. haeres* 22 *ff. de fidej. et mand.*

Cessio nominis, periculnm regulariter pertinet ad cessionarium. *Leg. Pupilli* 96 §. 3 *Cum eodem ff. de solution.*

Cessio non expirat morte cedentis. *Leg. ad eum* 35 *ff. de donat.*

Cessio non impeditur litigiosi vitio. *Leg. In causae* 27 §. 1 *ff. de procurator.*

Cessio in potentiorem facta, non tenet. *Auth. col.* 7 *Nov.* 72 *tit.* 1 *ut hi qui C.* 5 *quod si.*

Cessionis beneficium, decoctori non datur. *Leg. Si fraudatur* 25 §. 6 *ff. quae in fraud. credit.*

Cessionarius pignoris, vicem obtinet creditoris. *Leg. fidejussor* 32 *ff. de negot. gest.*

Cessionarii plerumque utuntur eo jure, quo cedens uti non potuit. *Leg. Cum* 31 *Cod. de jure dot.*

Cedens, et cessionarius non potest dicere de simulatione. *Leg.* 2 *Cod. de non memer. pecun.*

Cessio inutilis non facit, quod cedens cadat a jure suo. *Bart. in leg. filium §. si quis contra ff. de legat praestand. Bald. in leg. quid ergo §. cum autem ff. de his qui notant. infam.*

Cessione jurium, non transfertur dominium. *Leg. traditionibus. Cod de pactis.*

Quod trasmitti non potest, id nec cedi posse. *Leg. Ex pluribus ff. de admin tutor.*

Honestius est cedere bonis, quam pati. *Cujac. in ff. de cess. bonor.*

Cedi non potest actio extincta. *Leg. Dominus* 13 *ff. de pecul. legat.*

Cedens bonis, bona cogi ut indicare. *Leg. qui cedit* 8 *ff. de cession. bon.*

Cedenti inutilis actio, inutilis est cessionario. *Leg. cum is* 35 *ff. de fidejuss.*

Cessa actione, alter ex alterius contractu agere potest. *Leg. Praetor ait.* 1 *ff. de loc. publ.*

Cessa actio, succedit loco rei. *Leg. Si quadrupes* 1 *ff. quemad. serv. amitt.*

Cessibilia non sunt, qnae non sunt transmissibilia. *Leg. Ex pluribus* 42 *ff. de adm. et per. tut.*

Cessio est loco traditionis. *Leg. Ad eum* 31 *ff. de novat.*

CENSUS

Census et monumenta publica potiora sunt testibus. *Leg.* 10 *ff. de probationib.*

Vetera monumenta, census auctoritas sequenda sunt. *Leg.* 11 *ff. finium regundor.*

CERTIORARE — CERTIORATIO

Vid. *Certus*

Certiorari non debet, qui non ignorat. *Leg.* 26 *ff. de rei vind, Novell.* 22 *Tit.* 1 *de nupt.*, *leg. Si res* 1 §. 1 *venditor ff. de act. vend., leg. tutor.* 16 §. 1 *ff. de pign. act.*

Certioratio, usucapionem interrumpit. *Leg. Si ancillam ff. pro suo.*

CERTUS

Vid. *Opinio*

Certa pro incertis relinquenda non esse. *Leg. Cum Titio ff. ad leg. Falc.*, *leg. Non quemadmod. ff. de judiciis. leg. Cogi poterit.* §. *Idem quaerit. ff. ad S. C. Trebel.*

Certum tene, et incertum dimitte. *Cap. Si quis autem distin.* 7 *de poenis*

Certum qui est, amplius certiorari non debet. *Leg.* 5 *ff. de act. empt.*, *Cap. Eum qui. De reg. jur. in* 6.

Certum dicitur, quod refertur ad certum. *Leg. Ubi autem* §. *Illud. de verbor. oblig., leg. Ait Praetor* 5 §. 1 *ff. de re jud.*

Certus dicitur, qui indubitabili signo demonstratus est. *Leg. Ut si pater* 28 *ff. de vulg. et pupill. substit.*

Certo, qui stare potest, non stet incerto. *Leg. Servus* 21 *ff. de cond. instit.*

CHARITAS

Ordinata charitas incipit a seipso. *Leg.* Praeses *Cod. de servit. et aqua*, *Leg. Qui servandarum ff. de praesc. ver.*

Ordo scripturae, denotat ordinem charitatis. *Leg. Quoties ff. de usufruct.*

Charitas, et odium sunt immeddiate contraria. *Gloss. in Cap. Tolle de poenit. dist.* 2.

CHIROGRAPHUM

Vid. *Creditor* — *Instrumentum* — *Scriptura* —
Liberationem, probat redditio chirographi ab ipso creditore facta. *Leg.* 7 *Cod. de remiss. pign.*, *leg.* 3 §. 1 *ff. de libert. legat*; *Goth. in leg.* 15. *Cod. de solut.*
Confessio solutionis, plus probat, quam si chirographum fuisset redditum. *Leg.* 14 *Cod. de solut.*
Chirographum manu privati factum, clam fieri praesumitur. *Leg. Non intelligitur* 3. §. 3. *ff. de jure fisci*
Soluto debito, apud creditorem inefficax chirographum est. *Leg. Dissoluta* 2 *Cod. de condict. ex lege*
Probata solutione, Chirographum condici potest. *Leg. Ult. Cod. de solut.*

CIRCUITUS

Vid. *Compensatio*
Circuitus semper est fugiendus. *Leg. Dominus testamento ff. de cond. indeb.*, *Clem. Auditor. de rescript.*

CIRCUMVENTIO

Vid. *Deceptus* — *Venditor*
Alterius circumventio, alii non praebet actionem. *Leg.* 49 *ff. de regul. jur.*
Tutoris circumventio, nullam pupillo actionem praebet, aut inutilem praebet. *Leg.* 4 §. *illa etiam*, *ff. de doli except.*, *leg. Sed et ex dolo ff. de dolo.*
Ne quis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum. 1 *Thessal. IV.* 6.

CITATIO

Vid. *Libellus*
Citatio signata a judice in die feriato, nulla est. *Cap. Ult. de feriis*
Citationis intimatio facta die festo, nulla est. *ibid.*
Citatio nulla, non inducit litis pendentiam. *Cap. fin. Ut. lite pendente*

CLAMOR

Clamor semper impedit animum, ut non cernat verum, et justum. *Leg. Si constat. ff. de appellat.*
Nihil geritur, si cum clamore vincitur. *Leg. fin. ff. de haered. instit.*

CLARUS

Vid. *Interpretatio — Lex. —*
In claris non est locus conjecturis. *Leg. Continuus* §. *cum ita. ff. de verb. obligat.*

CLAUSULA

Clausula generalis refertur tantum ad specificata, si plura fuerunt. *Leg. Legatorum* §. 1 *ff. de legat.* 2.
Non est novum, ut post multa specialiter enumerata, generalis clausula subjiciatur omnia complecteus. *Leg. Si Servus* §. *inquit lex ff. ad leg. aquil.*
Clausula generalis sequens, determinatur per specialem praecedentem. *Leg. Quoties Cod. famil. aerciscund.*
Clausula generalis, ad expressa tantum restringitur. *Leg. Talis scriptura ff. de legat.* 1.
Clausula in contractu apposita, dicitur respicere conditiones ipsius contractus. *Leg. Id quod ff. de constit. pecun.*
Clausula, *quando vixerit*, inducit conditionem extinctivam. *Leg.* 1 §. *fin. ff. de ventr. in poss. mitt., leg. Sive manifestus* §. *Tamdiu ff. de condict. furtiv., leg. penult. ff. de excusat. tutor.*
Clausula, *non susceptis liberis*, vocat successorem ab intestato. *Leg. Cum pater.* §. *Cum. ff. de legat.* 2.
Clausula in medio posita, refertur ad praecedentia, et ad sequentia. *Leg.* 3 §. *liberis. ff. de liber. et posth.*
Clausula in una parte dispositionis, non refertur ad omnia. *Leg. Talis Scriptura.* §. *fin. ff. de legat.* 1.
Clausula incerta, non probat. *Leg. Neque natales Cod. de probat.*
Clausula praecedens, magis influit in subsequentia. *Leg. Quisquis ubi gloss. ff. de legat.* 3, *leg. Filium ff. quand. dies legat. ced.*
Clausulae insolitae, non praesumuntur appositae de voluntate partium. *Leg.* 1 *ff. de jur. codicillor.*
Simulatio praesumitur ex clausulis insolitis, et inconsuetis. *Leg. Quis sit fugitivus* 17 §. *apud Labeonem ff. de aedilit edict.*
Codicillaris clausula, non supplet defectum solemnitatum internarum. *Leg.* 3 *ff. de vulg. et pupill. subst.*, *leg.* 25 *ff. qui test. fac. poss.*

Clausula codicillaris supplere non potest defectum non aditae hereditatis. *ibid.*

CLAVIS

Vid. *Possessor*

Clavium assignatio, est signum traditionis rei. *Leg. Clavibus* 74 *ff. de contr. empt.*, *Cap. Ex literis. de consuetudine.*

Abusus Clavium, Praesbyteri damnabilis est. 11. *q.* 3. *Ipsi*, *et Cap. Plerique.*

CLERICUS

Vid. *Arma — Ecclesia — Episcopus — Excomunicatio — Successor —*

Clericus conjugatus non gandet privilegio clericali. 22. *dist.* 23.

Clericus propriis manibus sibi victum quaerere potest. *Dist.* 91. *Cap.* 3 *et* 4.

Clerici nunquam fuerunt de jurisdictione seculari. 11 *dist.* 96 *ubi gloss. verb. Et discuti.*

Clerici sunt a muneribus civilibus exempti. *Gloss. in Cap.* 69 *Caus.* 12 *q.* 2 *verb. Clericorum.*

Clericis indigentibus, est providendnm. *Glos. in Cap.* 9 *Caus.* 1 *q.* 2 *verb. in domibus*

Clerici in sua Eclesia morari debent. *Gloss. in Cap.* 1 *Caus.* 1 *q.* 2 *verb. iisdem*

Clericus locare per totam diem operas suas non potest. 3 *et* 4 *distinct.* 91.

Clericus stans contra Eclesiam, illius beneficium perdit. 11 *dist.* 96 *ubi gloss. verb. filius*

Clericus operas suas locare potest. *Cap. Suam nobis. de Simonia*, *ubi gloss, in verbo pro exequiis*

Clericus quamvis requisitis careat, remanet tamen utrique foro subjectus. *Bened. XIV. de synod. dioeces. lib.* 12 *Cap.* 2 *num.* 3.

Clerici neque tacite, neque expresse possunt suo foro renuntiare. *Cap. Cum contingat. de for. compet. ubi gloss. verb. maxime*; *Gloss. in leg. Si quis* 29 *in verb. Dignitatis. Cod. de pactis*

Clerici coram suo Episcopo conveniri debent, non coram his quibus serviunt, nisi consuetudo, vel privilegium aliud inducat. *Cap. Cum contingat. de for. compet.*

Clerici ad judicium seculare non trahantur. *Cap. Qualiter de judic.*

Clericus sine consensu Episcopi, alterius jurisdictioni se non subjiciat. *Cap. Significasti, de for. comp.*

Clericus alterius Dioecesis non recipiatur ad ordines sine Litteris sui Episcopi, vel Papae. *Cap. Fraternitatis, de Cleric. non residentib.*

Clericus a laico judicari non debet, nisi depositus. *Cap. Clerici de judic.*

Clerici officii, sive commercia secularia non exerceant. *Cap. Clerici officia. de vita et honest. clericor.*

Clericus potest convenire Episcopum, scilicet coram Metropolitano. *Cap. Solicitudinem. de Appellat.*

Clerici pugnare non debent. *Cap. Ex multa* §. *de Clericis. De voto, et vot. red.*

Clerici etiam exempti, ab Episcopo corrigi possunt. *Sess.* 6 *de reformat. Cap.* 3 *Concil. Trid.*, *et Cap.* 4 *Sess.* 14.

Mendicare Clericos non decet. *Concil. Trid. Sess.* 21 *Cap.* 2 *in pr.*

Negocia secularia fugere debent Clerici. *Concil. Trid. Sess.* 22 *Cap.* 1.

Clericus in minoribus contrahens matrimonium, ipso jure privatur beneficiis. *Cap.* 1 *de Cleric. conjug.*

Clericus, qui clericalem habitum, et tonsuram non habet, non gaudet privilegio Fori. *Concil. Trident. Session.* 23 *Cap.* 6 *de reform.*

Clericus colludens in causa beneficiali, debet beneficio privari. *Cap. Audivimus* 3 *de collus.*

Clericus non tenetur nisi in quantum facere potest. *Gloss. in leg. Miles. ff. de judic.*, *Cap. Odoardus de solutionibus.*

Clericus non potest conveniri coram Judice laico. *Cap. Insolita, et Cap. Placet.* 11 *q.* 1, *Cap. Si diligenti, et Cap. Significasti. de for. competen.*

Clericus duas habens Ecclesias, unam contra alteram sustinere non debet. *Gloss. in Cap.* 1 *Caus.* 1 *quaest.* 7. *verbo contra*

Clericus laico praefertur. *Gloss. in Cap.* 9 *dist.* 77 *verb. quorum.*

Clericus non potest portare arma. *Cap.* 2 *de vita, et honest. Clericor.*

Clericus tutor esse potest, si vult. 5 *dist.* 87 *ubi gloss.*

Clericus conjugatus non gaudet privilegio fori. *Bonif. VIII. Cap. unic. de Cleric. conjugat. in 6*; *Trident. Session. 23 de reformat.*

Clericus cum laico in eodem crimine detentus, trahit secum laicum ad Curiam eclesiasticam. *Cap. in dubio. de consecrat. ecles. vel alt.*

Clericus ingressus Monasterium, per annum quo durat tempus ejus tacitae professionis, licite retinet beneficium. *Cap. Quod ad te. de Cleric. conjug.*

Clericus tenetur Ecclesiae de mala sua administratione. *Gloss. in Cap. Ex literis. de pignor.*

Clericus, pro debito civili, carcerari non potest. *Cap. Odoardus. de solutionib.*, *leg. Miles ff. de judic.*

CODICILLUS

Vid. *Clausula.*

Qui potest facere testamentum, codicillos facere potest. *Leg. Divi Severus* 6 *in fin. ff. de jure Codicillor*; *leg.* 8 *ff. eod.*

Per sequens testamentum, revocantur Codicilli. *Leg.* 5 *ff. eodem.*

In codicillis non potest adjici conditio, institutioni pure factae. *Leg.* 6 *in pr. ff. eod.*

Codicillus nullius est momenti, si haeres testamentarius haereditatem non adit. *Leg.* 3 §. *Testamento ff. de jure codicillor.*

Codicilli confirmantur facilius, quam testamentum. *Leg. Si incertus* 1 *ff. de leg. et fideicomm.* 3.

Codicilli vim tenent testamenti, non facto testamento. *Leg. Omne* 2 *Cod. communia de legat.*

Codicillos facere furiosus non potest. *Leg. Si ei qui.* §. *furiosus. de jur. codicillor.*

Codicillum facere, patre etiam permittente, filius non potest. *Leg. Tam is* 25 §. 1 *ff. de mort. caus. donat.*

Codicillum factum fuisse, ex numero testium deprehendimus. *Leg. Tam is.* 25 *ff. eod.*

In Codicillis haereditas dari non potest. *Leg. Qui filio* 38, *et leg. Asse toto* 77 *ff. de haered. instit.*, *leg.* 11 *ff. de jur. codicillor.*

Non potest quis in codicillis haeredem directe instituere. *Leg.* 6 . *et leg.* 10 *ff. de jur. codicillor* ; *leg.* 2 *Cod. de codicillis.*

Codicilli non retrotrahuntur ad tempus testamenti. *Leg. Quaedam* 7 *ff. de jur. codicillor.*

In Codicillis non potest directe adimi haereditas , sed per fideicommissum. *Leg.* 2 *Cod. de codicillis* , *leg.* 2 *ff. de jur. codicillor.*

Per sequentes codicillos non derogatur praecedentibus , nisi quatenus invicem sunt contrarii. *Leg.* 3 *Cod. de codicillis.*

Codicilli confirmati in testamento valent , sive praecedat testamentum , sive sequatur. *Leg. Sive initio* 6 *Cod. de codicillis*

Codicilli militiae tempore facti , etiamsi non referuntur ad testamentum , jure militari valent. *Leg. Conficiuntur* 8 §. *si miles ff. de jur. Codicillor.*

Qui confirmat codicillos posteriores , videtur reprobare priores , *cit. leg.* §. *si quis certi.*

Codicilli facti ab intestato , non infirmantur agnatione posthumi. *Leg. Ab intestato* 16 *ff. de jure codicill.*

Codicillus factus ex testamento, rumpitur a nativitate posthumi praeteriti. *Leg.* 1 *Cod. de codicillis.*, *leg.* 16 *ff. de jur. codicillor.*

Verba prolata in codicillis intelliguntur ut ex tunc , non ex tempore testamenti. *Leg. Quaedam* 7 *ff. de jur. codicillor.*

COELUM

Coelum supra solum, liberum esse debet. *Leg.* 1 *ff. de servit. urban.* , *leg. Ult.* §. *penult. ff. quod vi* , *aut clam*; *leg. Si duo* 3 §. *item videamus. ff. uti possid.*

Coelum quod supra aedes nostras est , in infinitum liberum est. *Leg. Si opus* 20 *ff. quod vi* , *aut clam.*

COGITATIO

Vid. *Furtum* — *Poena.* —

Cogitatio poena nemo meretur. *Cap. Cogitationis de poen. dist.* 3.

Cogitatio mera non punitur. *Leg. Cogitationum* 18 *ff. de poenis.*

COGNITIO — COGNOSCERE

Vid. *Scientia*

Cognitio praecedere debet antequam res addicatur. *Leg. Vacantia Cod. de bonis vacant.*

Cognitio facilius habetur in corporalibus, quam in incorporalibus. *Leg. a Divo Pio.* 15 §. 10 *de re jud.*

Cognoscit qui exequitur. *Leg. Qui pro Tribunali* 2 *ff. eod.*

Cognoscit judex de iniquitate sententiae. *Leg. Si praetor* 75 *ff. de judic. et ubi quisque ec.*

COHÆRES

Vid. *Divisio — Evictio — Haeres.*

Paria sunt relictum cohaeredi restitnere, vel sibi in qnartam imputare. *Leg. In fideicommissaria, ubi gloss. ff. ad Sen. Cons. Trebell.*

Cohaeredis delicto, non tenetnr cohaeres. *Leg. Si haeredis.* 48 *ff. de legat.* 1.

Error cohaeredum non facit alteri acquiri dominium. *Leg. Servum* 22 *Cod. famil. erciscund.*

Pactum Cohaeredum non praejudicat creditoribus. *Leg. Licet pacto* 23 *Cod. eodem*

Pacta inter cohaeredes, tertiis non praejudicant. *ibid.*

Inter cohaeredes communicentur commoda, et incommoda. *Leg.* 16 *in fin. ff. famil. ercisc.*

Pactum factum aliquibus haeredibus, non prodest aliis cohaeredibns. *Leg.* 24 *ubi gloss. Cod. de pactis*

COLLATIO

Vid, *Dos — Imputatio.*

Collatio bonorum fit deducto aere alieno. *Leg. Subsignatum* 39 *ff. de verbor. signific.*

Collatio non fit inter succedentes diverso jure. *Leg.* 6, *et leg.* 7 *ff. de dot. collat.*

Collationem non facienti, denegatur actio. *Leg. Posthumo* 11 *Cod. de collation.*

Inter succedentes ex testamento, cessat collatio. *Leg.* 1 *et leg.* 7 *Cod. de collation.*

Quaesita post mortem patris, non conferuntur. *Leg.* 13 *et* 15 *Cod. eod.*

Emancipatus conferre tenetur ea quae habuit, si succedere velit. *Leg.* 6, 9. 11 *et* 17 *Cod. eod*; *leg.* 1 §. *si ex dodrante ff. de collat. bonor.*

Peculia non conferuntur. *Leg. Ut nemini* 21 *Cod. eod.*

Jus petendi collationem, transit ad haeredes. *Leg.* 14 *Cod. de collation.*, *et leg.* 1 §. *ibidem Julianus ff. de collat. bonor.*

Quae non transmittuntur ad haeredem, non conferuntur. *Leg.* 1 §. *Si impubere ff. de collat. bonor.*

Erronea successio, non inducit collationem. *Leg. Filius* 5 *ff. de collat. dot.*

Qui non vult haereditatem, non cogitur ad collationem. *Leg. Fuit* 9 *ff. eod.*, *leg. Ex causa* 25 *Cod. famil. erciscund.*

COLLEGA

Collegae, similem habent potestatem. *Leg. Collegarum* 173 *ff. de verb. signif.*

Collegarum si unus utitur jurisdictione, omnes utentur. *Leg. Servitus* 5 *ff. quemad. serv. amit.*

COLLEGIUM

Collegium praesumitur illicitum, nisi probetur licitum. *Leg. Collegium* 8 *ff. de haered. instit*; *leg. Omnia* 1 §. 14 *ff. de offic. praef. urb.*, *leg. Mandatis.* 1 *ff. de colleg. et corporib.*

Ad constituendum Collegium, requiruntur tres. *Leg. Neratius* 85 *ff. de verb. signif.*

Jus Collegii retinetur in uno tantum. *Leg. Sicut* 7 §. *vult. ff. quod cujusq. univer. ec.*

Collegio licito, relinqui potest. *Leg. Neque societatem* 1 *ff. eodem.*

Collegiis licitis, et jure permissis, legari potest. *Leg. Cum Senatus* 21 *ff. de reb. dub.*

COLONUS

Haeres coloni, colonus non est. *Leg.* 60 §. 1 *ff. locat. conduct.*

Colonus de sterilitate, non de exiguitate queri potest. *Gloss. in leg. Excepto* 18 *verb. Excepto Cod. de locat. et conduct.*

Pro debito domini non convenitur colonus qui satisfecit pensioni. *Leg. Ob causam* 3 *Cod. de action. et oblig.*

COMMODATARIUS — COMMODATUM

Praetextu debiti, restitutio commodati non recusatur. *Leg. Ult. Cod. de commod*; *leg.* 18 §. *ult. ff. commod. vel contr.*

Commodatarius non tenetur de casu fortuito, nisi se adtrinxerit pacto. *Leg. Ea quidem* 1 *Cod. de commod.*

Gratuitum debet esse commodatum. §. 2 *Inst. Quib. mod. re contrah. obblig.*; *leg. Petenti* 27 *ff. de pign. act.*

Rei commodatae et possessionem, et proprietatem retinemus. *Leg.* 8 *ff. commod.*

Commodatum revocari non potest nisi finito usu. *Leg. Depositum* 1 *ff. depositi*, *leg.* 2 *Cod. de commod*; *leg.* 17 §. 3 *ff. commodati.*

Commodata res dicitur, et quae soli est. *Leg.* 1. §. 1. *ff. commodat.*

Commodare possumus etiam rem alienam, quam possedimus. *Leg.* 15 *ff. eod.*

Si fur, vel praedo commodaverit, habeat commodati actionem. *Leg.* 16 *ff. commod.*, *leg.* 64 *ff. de judic.*

Modum commodati, finemque praescribere ejus est, qui beneficium tribuit. *Leg.* 17 §. 3 *ff. commodati*

Qui alias, re commodata utitur, non solum commodati, verum furti quoque tenetur. *Leg.* 5 §. 8 *ff. eod.*, *leg.* 40 *ff. de furtis*, *leg.* 15 *ff. de precario.*

In rebus commodatis, diligentia praestanda est. *Leg.* 18 *ff. commod.*

Commodatarius in commodato exactissimam diligentiam praestare cogitur. *Leg. Si gratuitam* 17 *ff. de praescr. verb.*, *leg.* 5 § 5 *et leg.* 18 *ff. Commod.*, *leg.* 1 §. 4 *ff. de oblig. et act.*, §. 1. *Instit. quib. mod. re contr. oblig.*

Commodatum ab initio liberalitatis est, ex post facto necessitatis. *Leg. Quaesitum* 8 §. *eum quoque ubi gloss. in verb. ex liberalitate ff. de praecar.*

Si utriusque gratia commodata sit res, dolus et culpa levis a commodatario praestatur. *Leg.* 18 *vers. At si ff. commodat.*, *leg.* 5 §. 2 *ff. eod.*

Si in solam utilitatem commodantis res commodata sit, commodatarius dolum tantum, et latam culpam praestat. *Leg.* 5 §. 10 *ff. commodati*

Res commodata non videbitur reddita, si deterior facta redditur, nisi quod interest praestetur. *Leg.* 3 §. 1 *ff. commodati*

Si res casu fortuito perit, ea perit commodanti. *Leg.* 18 *in fin.*, *leg.* 19, *et leg.* 20 *ff. commodati*, *leg.* 1 *Cod. de commodato*, §. 1 *Instit. quib. mod. re contr. obbl.*

COMMODUM

Vid. *Cohaeres* — *Incommodum* — *Malitia* — *Onus* — *Venditio* —

Commodum ejus esse debet, cujus est periculum, et incommodum. *Leg. fin.* §. *sed cum. Cod. de furtis*, *leg. Supervacuam Cod. de in integr. rest.*, *leg. Secundum naturam ff. de reg. jur.*

Ad commodum alicujus factum, contrarium effectum operari non debet. *Leg. Quod favore. Cod. de legib.*

Commodum, et incommodum aequaliter determinantur. *Leg. Secundum naturam ff. de reg. jur.*

Omne commodum cum suo onere pertransire. *Leg. Cum fisco ff. ad S. C. Syllan.*

Omne incommodum, aliquo commodo compensandum. *Leg.* 1 §. *fin. ff. de aqua pluv. arcend.*

Publicam utilitatem, privatorum commodis praeferendam. *Auth. Res quae Cod. Commun. de legat.*

Qui sentit onus, sentire debet, et commodum. *Reg.* 55. *de regul. jus. in* 6.

Commodum is habere debet, qui gravatus est in onere. *Leg. Filias* 20 §. 8 *idem Papinianus ff. famil. erciscund.*

COMMUNIO — COMMUNIS — COMMUNITER

Vid. *Societas.*

Nemo cogitur stare in communione. *Leg. Si non sortem* §. *Si certum ff. de condit. indeb.*, *leg. In re communi vers. propter immensas ff. de serv. praed. urban.*, *leg. Cum pa-*

ter §. *dulcissimis. ff. de legat.* 2, *leg. Sancimus* §. *ne autem*, *Cod. de donationib.*; *leg.* 5 *Cod. Commun. dividund.*

Commune quod est, meum non est. *Leg. Nemo ex sociis ff. pro socio*

Communi in re, melior est conditio possidentis. *Leg. Sabinus ff. comm. divid.*, *leg. Per fundum ff. de servit. rustic. praed.*

Communiter id quod fieri consuevit, praesumitur partes facere. *Leg. Certi condictio.* §. *Si immunes ff. si cert. petat.*

Commune quod est, meum esse dici potest. *Leg. Ordinarium* 1 §. 6 *nec. magis ff. de peculio*, *leg. Communis* 23 *ff. de in jus vocan.*

Commune quod est, meum non statim est. *Leg. Summa* 1 §. 1 *ff. de rer. divisione ec.*

In re communi facere licet quod nobis prosit, socio non noceat. *Leg. Fistulam* 19 §. 1 *justa ff. de servit. urban. praedior.*

Communi voluntate quaedam valent, quae alias non valerent. *Leg. Ex consensu* 3 *ff. de relig. et sumpt. fun.*

Communis usus loquendi, dat significationem rei. *Leg. Labeo* 7 *ff. de suppel. legat.*

Commnnis utilitas semper est praeferenda. *Leg. Actione* 65 *ff. pro socio.*

Communia, negligi solent. *Leg. Sed* 50 *ff. pro socio.*

Communia, nullius dicuntur. *Leg. Quod enim* 3 §. 1 *ff. de acquir. rer. domin.*

Communio, discordiam parit. *Leg. Qui* 8 *ff. de reb. eor. qui ec.*

Commuuio, lites excitat. *Leg. In re.* 26 *ff. de servit. urban. praed.*

COMPAR

Etiam Asinus indignatur, quando per comparem apprehenditur. *Gloss. in Leg. Haeres. ff. de acquir. haered.*

COMPENSATIO

Vid. *Commodatum — Dies — Pecunia.*

Generis ad speciem non admittitur compensatio. *Leg. Si convenerit in princ. ubi gloss. ff. de pignor. action.*

Paria delicta, mutua compensatione tolluntur. *Leg. Viro atque Uxori in fin. ff. solut. matrim.*

Omne incommodum, aliquo commodo compensandum. *Leg. 1 §. 1 ff. de aqua pluv. arcend.*

Contra depositum, compensationem non admitti. *Leg. penult. Cod. depositi, leg. final. Cod. de compensation.*

De specie ad quantitatem non admitti compensationem. *Leg. Si convenerit. ff. de condit. indeb.*

Compensatio non est proprie solutio. *Cap. Ad nostram. de jurejurand.*

Qui juravit solvere, compensare non potest. *ibid.*, *et leg. Si haeredi ff. de condit. et demonstr.*, *Bart. in leg. Statu liberos ff. de statu liber.*

Compensatio dicitur, ubi hinc inde est debitum. *Leg. Unum 67 ff. de legat. 2.*

Compensata culpa, culpa dissolvitur. *Leg. Idem 8 ff. ad leg. Aquil.*

Compensatio dicitur petitio. *Leg. Amplius 15 ff. rem rat. haber.*

Correus non socius opponit compensationem de eo quod alteri correo debetur. *Leg. Si duo 10 ff. de duob. reis stipul.*

Compensatio, solutionis instar obtinet. *Leg. Si peculium 20 §. 1 ff. de statu liber.*

Compensationes introductae vitandi circuitus causa. *Leg. 1 §. Si ego. ff. si pars. haered. pet.*, *leg. 3 ff. de compensat.*

Compensatio fit ipso jure, usque ad concurrentes quantitates. *Leg. Si constat. 4 et 14 Cod. de compensationib.*, *§. 20 Istit. de action.*, *leg. 31 ff. de compensation.*

Compensatio ipso jure facta, impedit cursum usurarum. *Leg. 4, et 7 Cod. de compensation.*

Cauta, sed non recepta non possunt compensari. *Leg. Neque 6 Cod. de compensat.*

Non tenetur solvere, ubi potest compensari. *ibid.*

Venditor petens pretium, patitur compensationem. *Leg. Si ex venditione 7 Cod. de compensationib.*

Nemo compensat, quod sibi non debetur. *Leg. Ejus 9 Cod. eod.*

Non datur compensatio nisi inter debitorem, et creditorem. *Leg. Si velut 13 Cod. de compensationib.*, *leg. 23 ff. eod.*

Partem debiti compensari potest, et partem deponere. *Leg. Invicem 12 Cod. eod.*

Debiti ad debitum admittitur compensatio. *Leg. Compensationes* 14 *Cod. eod.*

Illiquida non sunt cum credito liquido compensanda. *Leg. final. Cod. de compensat.*

Quod in diem debetur, non compensibitur antequam dies venit. *Leg.* 7 *ff. de compensat.*

Compensatio est debiti, et crediti inter se contributio. *Leg.* 1 *ff. eod.*

Quaecumque per exceptionem perimi possunt, in compensationem non veniunt. *Leg.* 14 *ff. de compensation.*

Etiam quod natura debetur, venit in compensationem. *Leg.* 6 *ff. eod.*

In maleficiis non admittitur compensatio. *Leg.* 2 §. 4 *ff. ad leg. jul. de adulter.*

In delictis, habet locum compensatio, si de ea pecuniarie agitur. *Leg.* 10 §. 2 *ff. de compensat.*

COMPROMISSUM

Vid. *Arbiter — Arbitrium.*

Ex compromisso placet exceptionem non nasci, sed stipulatae poenae petitionem. *Leg.* 2 *ff. de recept. qui arb. recep.*

Compromissum transationis species. *Leg.* 32 §. *Julianus ff. eod.*

Compromissum fieri non potest de incerta persona. *Leg. Tutor* 20 *ff. de testam. tut.*

Compromissum ad finiendas lites pertinet. *Leg.* 1 *ff. de recept. qui arbitr.*

Ab iniquo arbitrio licet appellare. *Leg.* 9 *ff. qui satisd. cog.*, *leg.* 21 §. 7 *ff. de recept. qui arbitr.*

Non distinguemus in compromissis, minor an major sit stipulata poena, quam res de qua agitur. *Leg.* 32 *ff. de recept. qui arbitr.*

Nemo de re sua arbiter factus sit. *Leg.* 51 *ff. eod.*

Licet in compromissis stipulare poenam. *Leg.* 27 §. 7. *ff. eodem.*

Non debet obtemperare litigatores, si arbiter aliquid non honestum jusserit. *Leg.* 21 §. 7 *et* §. 11 *ff. de recept. qui arbitr.*

In compromissis arbitrium personae insertum, personam non egreditur. *Leg.* 45 *ff. eod.*

Arbiter, etsi erraverit in sententia dicenda, corrigere non potest. *Leg.* 20 *ff. de recept. qui arbitr.*

Id venit in compromissum, de quo actum est, ut veniret. *Leg.* 21 §. 6 *ff. eod.*

Si ultra diem compromisso comprehensum judicatum est, sententia nulla est. *Leg.* 1 *Cod. de recept. arbitr.*

Si haeredis mentio in compromisso non fuerit, morte solvitur compromissum. *Leg.* 27 §. 1 *ff. de recept. qui arbitr.*

Neque in pupillum, neque in furiosum, aut surdum, aut mutum compromittitur. *Leg.* 9 §. 1 *ff. eod.*

Compromissum ad similitudinem judiciorum redigitur. *Leg.* 1 *ff. de recept. qui arbitr.*, *leg.* 14 §. 1 *Cod. de judic.*

CONCEDERE — CONCESSIO — CONCESSUM

Vid. *Multa — Multum — Privilegium.*

Multa reciproce conceduntur, quae simpliciter fieri prohibentur. *Leg. Quod autem* §. *Si vir*, *et uxor*, *ff. de donat. int. vir. et ux.*, *leg. de fideicommisso. Cod. de transaction.*

Multa ratione incertitudinis permittuntur, quae alias non concederentur. *Leg.* 1 *Cod. de pact.*, *leg. Si ea Cod. de usur.*,

Ex generali concessione detractum censetur, quod alii specialiter conceditur. *Leg. Uxorem* §. *felicissimo in fin. ubi gloss. ff. de legat.* 3

In generali concessione, non veniunt illicita. *Leg. Quod Servus ff. de acquir. possess.*, *leg. Si pater. ff. Quae in fraud. cred.*, *leg. Si procuratur ff. de condict. indeb.*

Quod nemini nocet, et alicui prodest facile concedendum. *Leg.* 2 §. 1 *ff. de aqua pluv. arcen.*, *leg. Rescripta. Cod. de praec. imper. offeren.*, *leg. Creditore ff. de evict.*

Concessio Principis, habet vim decreti. *Leg.* 2 *Cod. Quando decr. op. non est.*

Multa per obliquum conceduntur, quae directo prohibentur. *Leg.* 1 *ff. de auct. tutor.*

Concessum id videtur, quod fuit verbis nominatum. *Leg. Cum dilationis* §. *Praedia ff. de fund. instruct.*, *leg. Qui libertatis ff. de eviction.*

Quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum. *Reg.* 61 *de reg. jur. in* 6.

Concesso uno, omnia videtur esse concessa per quae devenitur ad illud. *Leg.* 2 *ff. de jurisd. omn. jud.*, *leg.* 3. §. *Qui habet. ff. de serv. rust. praed.*, *leg. Si venditor ff. de relig. et sumpt. fun.*, *leg. Uxori ff. de aur. et argent. leg.*

Concessum dicitur qnidquid expresse prohibitum non reperitur. *Leg. Nec non.* §. *quod ejus ff. ex quib. caus. major.*

Quod alicui gratiose conceditur, trahi non debet aliis in exemplum. *Reg.* 74 *de reg. jur. in* 6.

Concessum ad tempns, post illud censetur denegatum. *Leg. Si unus* §. 1 *ff. de pactis*, *leg. Imperator. ff. de postul.*

Concessum ad tempus determinatum, ultra illud non extenditur. *Leg. Statuliberum* §. *Stichum ff. de legat* 2, *leg.* 1 §. *Si mulier ff. de liber. agnosc.*

Concedere, et cedere differentia. *Leg. Ad eis* 35 *ff. de danat.*

In generali concessione non veniunt ea quae quis non esset verisimiliter in specie concessurus. *Reg.* 81 *de reg. jur. in* 6.

Concessio Principis, sine alterins injuria interpretanda. *Leg. Praetor.* 2 §. 16 *si quis. ff. ne quid. in loc. publ.*

Concessio specialis praevalet generali. *Leg. Pomponius* 40 *ff. de procurator.*

Concesso itinere, concessa ea omnia intelliguntur, sine quibus iri non potest. *Leg. Si iter* 10 *ff. de servitut.*

Concessiones latissimam admittunt interpretationem. *Leg. Imperialis* 23 *Cod. de nuptiis*

Concessum moribus, non est necesse legibns concedi. *Leg. Cum Praetor.* 12 §. *judicem. ff. de judic.*

Concessum in uno, prohibitum in aliis intelligitur. *Leg. Cum Praetor* 12 *ff. de judic.*

Concessum uni, alteri denegatum videtur. *Leg. Et si* 4 *ff. de author. et consens. ec.*

Concessum videtur, qnod non est prohibitum. *Leg. Si procuratorem* 8. *ff. mandati ec.*

Concedenti non competit vendicatio. *Leg. Ea quae* 4. *Cod. de condict. indeb.*

In generali concessione, non videtur concessa fraus. *Leg. Si pater* 12 *ff. quae in fraud. cred.*

CONCLUSIO

Conclusio sola attenditur, ac obligationem inducit, et non quod tractatur. *Leg. Si voluntate Cod. de rescind. vendit., Cap. Tua. de his quae fiunt a Praelat.*

CONCORDARE

Jura juribus concordanda sunt, et legum concreto vitanda. *Cap. Cum expediat* 29 *de elect. in* 6.

CONCORDIA

Concordia, lucro praeferenda est. *Leg. Reprehendenda Cod. de instit.*, *et substit.*

Concordia conjugalis, omni lucro praeferenda est. *ibid.*, *et leg. Sed neque* 8 *ff. de usu et habit.*

Concordia venalis inter conjuges est prohibita. *Leg. Liberis* 27 *ff. de pact. dotal.*

Concordia retinetur, dum causa discordiae amovetur. *Leg. de Fideicommisso. Cod. de tranctionib.*

Concordia, et benignitas non est in pretio. *Leg. Nec esset* 2 *ff. de donat. int. vir. et uxor.*

CONDEMNARE — CONDEMNATUS

Vid. *Absolutio* — *Victus.*

Paria sunt aliquem jam esse condemnatum, vel ex processo apparere ipsum condemnandum. *Leg. Qui poenae. ff. de manumissionib.*

Satius esse nocentem absolvi, quam insontem damnari. *Leg. Absentem ff. de poenis*

Nemo qui condemnare non potest, absolvere potest. *Leg.* 37 *alias* 38 *ff. de divers. reg. jur.*

Condemnare suo nomine gravius, quam alieno. *Leg. Praetoris* 1 *ff. de his qui not. infam.*

Condemnatio facta per judicem incompetentem, ipso jure nulla est. *Leg. Interdum* 5 *ff. quod fals. tutor.*

Condemnatus dicitur, qui rite condemnatus est. *Leg. Si se* 4 §. 6 *ff. de re jud.*

Provocationis remedio, condemnationis extinguitur pronunciatio. *Leg.* 1 §. 1 *ff. ad Sen. Cons. Turpillian., leg.*

Ult. Cod. si reus vel accus. mort. fuer; leg. 2 *Cod. si pend. appell.*

CONDITIO — CONDITIONALIS

Vide *Ablativus — Actus — Agere — Alter — Delictum — Impossi-bilis — Purus — Res — Stipulatio.*

Intrinsecae conditionis expressio, actum non suspendit. *Leg. Si decem ff. de stipulat.*

Conditio importat formam substantialem. *Leg. Praetor in princ. ff. de collat. bonor.*

Paria sunt conditionem impleri, vel a jure remitti. *Leg. Mulieri et Titio ff. de condit. et demonstr., leg. quae jurisjurandi ff. de condit. istitution.*

Verba conditionalia, non disponunt. *Leg. Si quis sub conditione. ff. Si quis ommiss. caus. testam.*

Conditione expressa, transmissionem impediri, sed non tacita. *Leg. Unic. §. fin. autem sub conditione. Cod. de caduc. tollend., leg. Conditiones ff. de cond. et demostr.*

Ex impossibili conditione contractum vitiari, sed non ultimam voluntatem: *Leg. Non solum ff. de action. et obligat., leg.* 1 *Cod. de condit. istit.*

Ex duabus conditionibus disjunctivis, sufficit alteram adimpleri. *Leg. Si ita quis. ff. de stipulat.*

Facultas implendi conditionem, ad haeredem non transit. *Leg.* 122 *§. Augerius ff. de verb. oblig.*

Nemo alterius non delinquentis, deteriorem conditionem facere potest. *Leg.* 2 *ff. Quod vi aut clam.*

Non debent esse melioris conditionis stulti, quam periti. *Leg. Servius ff. quod vi, aut clam.*

Si conditio pro parte est possibilis, sufficit si ei pareatur in eo quod possibile est. *Leg.* 13 *ff. de dot. prael.*

In dubio potius praesumitur modus, quam conditio. *Leg. Quaero §. inter ff. Locati, Bart. in leg. Cum mota. Cod. de transact.*

Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. *Leg. Non debet. ff. de regul. jur., leg.* 1 *§. Ult., et leg.* 2 *ff. Quod vi aut clam; leg. Si petitor ff. de judic.*

Qui cum alio contrahit, vel est, vel esse debet non ignarus conditionis ejus. *Leg. Post. ff. de regul. jur.*

Conditionale relictum, non trasmittitur. *Leg. Qui habebat* 47 *ubi gloss. in verb. non pertinere. ff. de vulgar. et pup. subst.*

In pari causa, melior est conditio possidentis. *Leg.* 8 *ff. de condit. ab turp. caus.*, *leg.* 19 *ff. de re judic.*

Impossibiles conditiones pro nullis habentur. *Leg.* 3 *ff. de condit. et demostr.*

Voluntas defuncti conditiones regit. *Leg.* 19 *ff. de condit. et demostr.*

Turpes conditiones remittendae sunt. *Leg.* 20 *ff. eod.*

Turpes conditiones nullius sunt momenti. *Leg.* 26 *ff. de verb. obligat.*

Nominis honesti ferendi, conditio esse potest. *Leg.* 7 *in fin.*, *et leg* 63 §. 10 *ff. ad S. C. Trebell.*

Conditio in faciendo, dicitur deficere, statim decurso eo tempore, quo potuit impleri. *Leg. Haec venditio in fine ff. de contr. empt.*, *leg. Haec conditio* §. *Si Capitolium ff. de condit. et demostr.*

Conditio, loquens in decedente sine masculis, non potest intelligi in eos relinquente. *Leg. Non est sine. ff. de verb. signif.*

Conditio purificata retrotrahitur in contractibus. *Leg. Si filius ff. de verb. sig. in nota*, *leg. Si Uxorem Cod. de condit. insertis ec.*

Conditiones contra bonos mores, et contra juris regulas, reprobantur. *Leg. Conditiones ff. de condit. instit.*

Stultus non debet esse melioris conditionis, quam sit prudens. *Leg. Servius ff. quod vi, aut clam.*, *Cap. Eum. qui, de praebend. in* 6.

In dubio, dispositio praesumitur celebrata sub conditione, potiusquam sub modo. *Leg. a Testatore* 109 *ff. de condit, et demostr.*

Pluribus conditionibus legato appositis favore piae causae attenditur tantum levior. *Leg. Quod traditum* 87, *et leg. Sub diversis.* 51 *ff. de condit. et demonstr.*

Pluribus conditionibus disjunctim in diversis partibus testamenti eidem legato appositis, ultima debet adimpleri pro legati consecutione. *ibid.*

Conditiones extrinsecae non subintelliguntur, nisi exprimantur. *Leg. Si ita stipulatus* §. *Chrysogonus in fin. ff. de verb. oblig.*

Quae dantur sub conditione, ea non adimpleta, non sortiuntur effectum. *Arg. Cap. Commissae. de elect. in* 6.

Conditio, formam non levem inducit, qua omissa, dispositio non sortitur effectum. *Leg. Qui haeredi*, *et leg. Moevius ff. de cond. et demonstr.*

Conditio nihil ponit in esse, et ideo actus conditionalis non valet, nisi existente conditione. *Leg. Si quis sub conditione ff. Si quis omiss. caus., leg. Cedere diem ff. de verb. signif., leg. Si quis fundum ff. de contr empt., leg. Ex facto ff. de haered. instit.*

Conditio debet impleri in forma specifica. *Leg. qui haeredi, et leg. Moevius ff. de cond. et demostr.*

Conditio frustra expectatur cujus eventus nihil debet operari. *Leg. Si quis ita scripserit. ff. de haered. inst; leg. cum haeres §. fin. ff. de acquir. haered.*

Conditione deficiente, contractus celebratus, censetur resolutus ab ipso initio. *Leg. necessario §. 1 ff. de peric. et commod. rei vend.*

Conditio impossibilis, non vitiat, sed ipsa vitiatur. *Leg. 8 Cod. legatis.*

Conditione pendente, actus non dicitur perfectus. *Leg. cedere diem ff. de verb. signif.*

Conditio adjecta in institutione, non videtur repetita in substitutione. *Leg. sub. conditione 73 ff. de haered. instituend.*

Conditio, vel eventum conditionis, suspendit actum in effectum. *Leg. cedere diem ff. de verb signif.*

Conditio de praeterito, vel de praesenti, non suspendit. *Leg. conditio 100 ff. de verb. oblig.*

Conditionis loco, diem incertum haberi. *Leg. Si pecunia §. 1 ff. de legat.* 2.

Conditio impossibilis affirmativa, in contractu adjecta, vitiat omnem contractum. *Leg. impossibilis ff. de verb. oblig.*

Conditionem pro impleta haberi, si per debitorem fiat quo minus conditio existat. *Leg. 85 §. ult. ff. de verb. oblig; leg. Jure, leg. Jullianus Paul., et leg. Haeres in fin. ff. de condit. et demostr., leg. 26 §. ult. ff. de fideicom. libert; leg. 3 §. ult. ff. de stat. lib., leg. 39 ff. de regul. jur.*

Non debeo melioris conditionis esse, quam auctor meus a quo jus in me transit. *Leg. 175. ff. de reg. jur; leg. 54 ff. eod.*

Conditio, si meus erit, verificatur si meus pro parte sit. *Leg. maevius, et leg haeredi ff de cond. et demonstr.*

Conditio non est, quae in praeteritum vel praesens confertur. *Leg. Cum. 36 ff. de contrah. empt; leg. cum ad praesens 37 ff. de reb. cred.*

Jus implendi conditionem, non transit ad haeredem. *Leg.*

Praetor 3 *ff. de collat. bonor*; *leg.* 122 §. *augerius ff. de de verb. oblig.*

Conditio si sine haerede decesserit, id est sine liberis. *Leg. Ex facto.* §. *fin. ff. ad S. C. Trebell.*

CONFESSIO — CONFESSUS — CONFITERI

Vid. *Chirographum* — *Fugiens* — *Exceptio* — *Reus.*

Paria sunt in tormentis confiteri, vel formidine tormentorum. *Jason. in leg.* 2. *Cod. de transact.*

Non confitetur, qui exceptione utitur. *Leg. Non utique ff. de exception.*

Confessus in jure, pro judicato est. *Leg.* 1. 3, *et* 6 *ff. de confessis*, *et leg. unic. Cod. eodem.*

Qui in jure confessus est, suam confessionem infirmare non potest. *Leg.* 29 §. 1 *ff. de donation.*

Confitetur qui recusat jurare, aut jusjurandum referre. *Leg.* 38 *ff. de jurejurando etc.*

Suis confessionibus quisquis acquiescere debet. *Leg.* 13 *Cod. de non numer. pecun.*

Nemo a sua confessione recedere potest. *Leg. Unic. Cod. de confessis.*

Non fatetur qui errat. *Leg.* 2 *ff. de confessis*, *leg.* 8 *Cod. de jur. et fact. ignor.*

Qui tacet non fatetur. *Leg.* 42 *ff. de regul. jur.*

Confessio extrajudicialis absente parte, non probat, neque confitenti praejudicat. *Leg. certum* §. *Si quis absenti ff. de confessionib.*

Confessio qualificata potest pro parte acceptari, et pro parte non. *Bald. in leg. Unic. Cod. de confess.*

Confessio sine causa, dicitur inefficax. *Gloss. in Leg.* 1 *in fin. ff. de interrog. action.*, *leg. cum de in debito ff. de probat.*

Confessio in deposito, probat numerationem. *Leg. Publia in fin. ff. depositi.*

Confessio cedentis, post cessionem non nocet. *Leg. Si pactum* §. 1. *ff. quemad. serv. amit.*

Confessio non fit probatio, sed probationis revelatio. *Cap.* 1 *de confess. in* 6.

In confessum, nullae sunt partes judicis, nisi in condemnando. *Leg. Prohinde ff. ad leg. aquil.*, *leg. confessus ff. de custod. reor.*, *leg. qui sententiam Cod. de poen*, *leg.* 1 *ff. de confess.*, *leg. unic. cod. eod.*

Nemo audiendus est veniens contra illud quod propria voce confessus est. *Leg. generaliter Cod. de non num. pecun. Cap. Per tuas. de probat.*

Confessio quae generat sententiam debet esse certa. *Gloss. in leg.* 6 *in verbo certum ff. de confess.*

Habetur pro confesso, qui recusat respondere positionibus. *Bart. in leg. ejus qui delatorem ff. de jure fisc.*

Confessio est probatio omnibus melior, et efficacior quae fieri possit. *Leg. Cum te. Cod. de probat*; *leg. Cum a matre Cod. de rei vind., leg. generaliter Cod. de non num. pecun., Cap. Per tuas. de probat*; *Cap. Si cautio. de fide instrum.*

Confessio erronea non nocet. *Leg. Non videtur ff. de confess., leg.* 8 *Cod. de jur. et fact. ignor.*

Confiteri non videtur, qui errat. *Leg. ead.*, *et leg. Error. Cod. de jur. et fact. ignor.*

Confessio facta absente parte, non nocet. *Leg. Certum* 6 §. 3 *ff. de confess., leg. Procurator.* 22 *ff. de interrog. act.*; *leg. Inter Chartulas* 5 *Cod. de conven. fisc. deb.*

Confessio contra naturam, vel impossibilis non valet. *Leg.* 23 §. 6 *ff. ad leg. Aquil.*

Confessio sine indiciis, non valet. *Leg. Maritus* 20 *ff. de quaest.*

Confessio in carcere facta, non valet. *Leg. Qui* 22 *ff. Quod met. caus.*

Confessioni stare, vel scripturae suae quisque debet. *Leg. Cum scimus* 21 *Cod. de agric. et censit.*

Confessionem suam retractare nemo potest. *Leg. Si Patronus* 20 §. 1 *ff. de donation.*

Confitenti sponte, parcitur. *Nov.* 124. *Tit.* 7 *de litigator*; *leg. Quia etiam.* 18 §. 5 *ff. de alienat. jud. mut. caus*, *leg. Edicto* 13 *ff. de jur. fisci.*

Confessio de seipso in praejudicium aliorum attendi non debet. *Cap. Cum Monasterium de confessis.*

Confessio confitente non nocet, nisi multa interveniant. *Gloss. in Cap.* 1 *Caus.* 2. *q.* 1. *in verbo confessum.*

Confessio contra aliquem extorta, non praejudicat illi. *Gloss. in Cap. Notificasti. Caus.* 33 *q.* 5.

Falsa confessio non immutat veritatem. *Leg. Cum falsa* 5 *Cod. de jur. et fact. ign.*

CONFIRMARE — CONFIRMATIO

Confirmare aliquid, et dare, paria non sunt. *Leg.* 6 *ff. de jurisd.*

Confirmari dicitur quod non rumpitur, vel quod conservatur. *Leg. Si haereditas* 10 *ff. de testam. tut.*

Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non subsistit. *Reg.* 18 *de reg. jur. in* 6.

Confirmatio Superioris validat invalidum. *Leg. Adoptio non. ff. de adopt.*, *leg.* 3 *Cod. de donat. int. vir. et uxor.*, *Cap.* 1 *et* 2 *de Transact.*

Confirmatio contra jus obtenta, non valet. *Cap. Examinata. de confir. util. vel inutil.*

Confirmatio per surreptionem obtenta, non valet. *Cap. de confirmationibus. eod. tit.*

CONFUSIO — CONFUSUS

Ubi non est ordo, ibi confusio. §. *Inordinatum ubi glos. in Auth. de haered. et falcid.*

Ex confusione, nova species facta est. *Leg.* 5 §. 1 *ff. de rei vindicat.*

Confusione extinguitur obligatio. *Leg.* 21 §. 1 *ff. de liberat. legat.*

Confunditur actio quando creditor legat debitori. *Leg. Licet Cod. ad leg. falcid.*, *leg. Cum secundum Cod. de fideicomm.*, *leg. Debitori Cod. de pact.*

Confusa, non suscitantur. *Leg. Ejus* 29 *ff. de jur. fisc.*

Confusio perimit actiones. *Leg. Modestinus* 216 *ff. de solution.*

Confusione tolluntur obligationes accessoriae, et principales. *Leg. Cum reus.* 14 *ff. de fidejussor. et mandat.*

Si voluntate utriusque facta sit confusio, materiae confusae communes sunt. *Leg.* 7 §. 8 *ff. de acquir. ver. dom.*

Res confusae voluntate unius, confundentis fiunt. *Leg.* 5 §. 1 *ff. de rei vindic.*

Res fortuito confusae, communes sunt. *Leg.* 7 §. 9 *de acquir. rer. dom.*, §. 27 *Instit. de rer. divis.*, *et acquir. rer. domin.*

CONJECTURA

In rebus claris, non opus est conjecturis. *Leg. Continuus §. Cum ita. ff. de verb. oblig.*, *leg. Ille aut ille §. Cum in verbis. ff. de legat.* 3, *leg. Non aliter ff. eod.*, *leg.* 2 *Cod. de legib.*

Conjectura per argumenta, potest admitti. *Leg. Cum* 64 *ff. de legat. et fideicom.* 2.

Conjectura est semiplena probatio. *Auth. Coll.* 6, *Nov.* 75 *Tit.* 2 *de instrum. caut.*

Conjecturis proprie locus est in incertis, non certis. *Leg. Continuus* 137 §. 3 *ff. de verb. oblig.*

CONJUNCTIO — CONJUNCTUS.

In mistis, et conjunctis, ordo non attenditur. *Leg. Quidam testamento ff. de pecul.*

Disjuncta cadens inter genus et speciem, capitur pro conjuncta. *Leg. Quintus ff. de aur. et arg. legat.*

Plura conjuncta, unum corpus reputantur. *Leg. Sed et si plures §. filio ff. de vulgar. et pupill. substit.*

Quos Deus conjunxit, homo non separet. *Cap. Sunt qui dicunt.* 27 *q.* 2, *Cap. Inter corporalia de transl. Episc.*, *Bald. in leg. Deo nobis Cod. de Episc. et Cler.*

Conjunctus praesumitur scire facta conjuncti. *Leg. Octavi. ff. Unde cognati*; *leg. De tutela ff. de integr. rest. min.*

Conjunctus non potest recipere solutionem pro conjuncto sine mandato. *Leg. Non solum ff. de solut. matrim.*, *leg. Qui hominem §. gener. ff. de solution.*

Conjunctorum uno probato, aliud est probatum. *Cap.* 7 *dist.* 31 *ubi gloss. in verbo matrimonio*

CONNEXUS

Connexorum eadem est juris determinatio. *Leg. Cum actum ff. de negot. gest.*, *Cap. Translato de constit.*

Connexorum idem est judicium. *Leg. Proinde si servus ff. ad leg. Aquil.*, *leg. Lucius la* 2 §. *Paulus respondit. ff. de adm. tut.*, *leg.* 3 §. *Judicio contrario. ff. de contr. act. tut.*; *Cap. Praeterea. de offic. delegat.*

CONSCIENTIA

Conscientiam quam quis habet scrupolosam, nisi deponat, errorem non evadet. *Cap. Per tuas* 2 *de simon.*

Quos conscientia justificat, aliorum maledicta non timeant. *Cap. In cunctis.* 11 *quaest.* 3.

Non hominum linguas, sed conscientias curare debemus. *Cap. Inter verba* 11 *quaest.* 3.

Conscientia nobis, et fama proximis est necessaria. *Cap. Non sunt.* 11 *quaest.* 3.

CONSENSUS — CONSENTIRE

Vid. *Caecus — Convenire — Errans — Stipulatio — Tacere.*

Paria sunt consentire, vel non contradicere. *Leg. In adoptionibus. ff. de adoption.*

Errantes, et ignorantes consentire non videri. *Leg. Si per errorem ff. de jurisd. omn. jud.*

Nihil consensui tam contrarium est, quam vis et metus. *Leg.* 116. *ff. de reg. jur.*

Patientia, seu tolerantia cum taciturnitate inducit consensum. *Leg. Filius. Cod. de pet. haered., leg. Qui in aliena* §. *quod si ff. de acquir. haered.*, *Innoc. in cap. Illud. de praesumpt.*

Ubi donatur, vel creditur actio, non est necessarius consensus debitoris contra quem actio creditur, vel donatur. *Leg.* 2 *Cod. de donation.*

Consensus non trahitur ad ignota, et non cogitata. *Leg. Si per errorem ff. de jurisd. omn. jud., leg. Nec ignorans ff. de donat.*

Error excludit consensum. *Leg. si per errorem ff. de jurisd. omn. jud.*, *leg. Si procurator. ff. de acquir. rer. dom.*, *leg. Non idcirco Cod. de jur. et fact. ignor.*

Consentienti, non fit injuria. *Reg.* 27 *de regul. jur. in* 6.

Consentienti, et scienti dolus non fit. *ivi.*

Etiam nudus consensus sufficit obligationi. *Leg.* 52 §. 9 *ff. de oblig. et action.*

Ex consensu oritur obligatio. *Leg.* 2. §. 1, *et leg.* 48 *ff. eod.*

Consensu fiunt obligationes. *Inst. de oblig. ex consensu*

Emptio consensu peragitur. *Leg.* 1 *in fin. ff. de contr. empt.*

Consensus erroneus, non nocet. *Leg. Cum testamentum Cod. de jur. et fact. ign., leg. Ex his. Cod. de testam. milit.; Gloss. in leg.* 1 *verb. Consensus. Cod. de collusion. detegend.*

Consentit qui tacet. *Gloss. in leg.* 8 *verb. Silentio Cod. de remission. pignor.*

Consentit quis fidejubendo. *Gloss. in leg.* 11 *verb. Consensum Cod. de evictionib.*

CONSEQUENS — CONSEQUENTIA

Vid. *Antecedens*

Qui vult antecedens, vult consequens quod sequitur ad illud. *Leg. Quamvis. Cod. de fideicommiss., leg. Si a Reo.* 71 §. *fin. ff. de fidejussor.*

De his quae veniunt in consequentiam, nulla est consideratio. *Leg.* 1 *ff. de auctor. tutor, leg. Conditionibus pupillus ff. de condit. et demostr.*

Posito consequenti, pouitur et antecedens. *Leg. Illud ff. de acquir. haered.*

Destructo consequenti, destruitur et antecedens. *Leg. Apud antiquos. Cod. de furtis*

In omni dispositione vel actu, attenditur principale, non consecutivum. *Leg. Si quis nec causam ff. si cert. petat.*

Qui tenetur ad aliquid, tenetur et ad consequens necessarium. *Arg. in leg. Illud ff. de act. haered., Cap. Praeterea de offic. Deleg.*

Qui vult consequens, vult et antecedens necessarium. *Leg. Quamvis, Cod. de fideicom; leg. ad rem mobilem, et leg. Ad legatum ff. de procurat., leg. Qui pro proprio §. eod. leg. Illud ff. de acquir. rer. dom., leg.* 2 *§. inspectio ff. quaemad. test. aper., leg.* 1 *§.* 1 *ff. si usufr. petat.*

Consequens ubi falsum est, antecedens subsistere non potest. *Leg.* 1 *§. mutui datio ff. si cert. petat.*

Quae a jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda. *Reg.* 28 *de reg. jur. in* 6.

CONSILIUM

Vid. *Consulere — Verbum*

Nemo potest mutare consilium suum in alterius injuriam. *Leg.* 75 *ff. de regul. jur.*

Verba legis imperativa ad privatum favorem prolata, necessitatem non inferunt, sed consilium. *Leg. Age cum Geminiano. Cod. de transact.*

Nemo ex consilio obligatur. *Leg.* 2 *in fin. ff. mandati, leg. Servum* 1 *Cod. de serv. fugit.*

Ubi nova res, novum quoque consilium, et remedium suggerendum. *Leg.* 1 *ff. de inspicien. ventr.*

Consilia mala, puniuntur. *Leg. Aut facta ff. de poenis.*

Consilium mutare in melius, sapientis judicatur. *Leg. Nonnumquam Cod. de collat. bon., Cap. Magnae* 22 *q.* 4, *gloss. in Cap. Ecclesia vestra, in verbo adjicere de Election., et in Cap. Apud.* 32 *q.* 1.

Consilia multorum, sunt tutiora. *Cap. Prudentiam. de offic. deleg.*

Consilii natura est excitare, non autem obligare. *Leg. Cum pater* 77 *§. Mando ff. de legat.* 2, *leg.* 1 *§. idem pomponius, ubi glos. verb. quia rem ff. depositi, leg.* 1 *§. Si vero suaseris ff. de poenis, leg. Si ei ff. Mandati, Cap. Cum olim. de arbitris.*

Consilium neminem obligat. *Cap. Ne pro defectu de election.*

Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum. *Reg.* 33 *de reg. jur. in* 6.

Nullus ex consilio, dummodo fraudolentum non fuerit, obligatur. *Reg.* 62 *de reg. jur. in* 6.

Consilium quandoque honeste requiritur, licet non teneatur. *Leg. Quidam §.* 1 *ff. de admin. et peric. tutor.*

Consilii modo verbo prolata, non important necessitatem. *Leg. Cum pater. §. Mandato filiae. ff. de legat.* 2.

CONSTITUERE

Constituere nemo potest, alium soluturum. *Nov.* 115 *tit.* 16.

Constituere alii nemo potest. *Nov.* 115 *Tit.* 16.

Constituens se possidere nomine emptoris, tradidisse videtur. *Leg. ab empt.* 58 *ff. de pactis.*

CONSTITUTIO

Vid. *Lex.*

Constitutio, vel dispositio, ignorantes non ligat. *Leg. si ignorans* 49 *ff. locat. conduct.*

Constitutionis vim habet consuetudo, cujus non extat memina. *Leg.* 1 §. 22 *si tamen agri ff. de aqua pluv. arc.*

CONSUETA

Vid. *Assuetus — Consuetudo*

Consueta, in dubio inspicimus. *Leg. quintus* 15 *ff. de serv. rust. praed.*

Consueta, tacite praesumitur permissa. *Leg.* 4 §. *In commissoria ff. de lege commiss.*

Consueta, in venditionibus praestari sat est. *Leg. qui erat* 49 *ff. fam. erciscund.*

Consueta sequimur. *Leg. singulis* 6 *ff. de except. rei jud.*

CONSUETUDO

Vid. *Consueta - Lex - Servitus*

Consuetudo cujus non extat memoria, pro lege habenda est. *Cap. series. de test. et attest.*

Consuetudo juri contraria, non valet. *Cap. ad nostram audientiam, et Cap. quanto de consuetud.*

Consuetudo non excusat a delictis. *Cap. quanto de consuetud.*

Consuetudines antiquae sunt magnae aucthoritatis. *Cap. cum consuetudinis de consuet.*

Consuetudo contra jus naturale, non valet. *Cap. fin de consuetudine.*

Consuetudo, contra jus non extenditur. *Leg. quod non ratione ff. de legib., Cap. quod translationem de offic. legat.*

Longi temporis consuetudo, vicem servitutis obtinet. *Leg. de quibus ff. de legibus.*

Forma consuetudinis attendi debet. *Leg.* 4 *ff. de custod. et exib. reor.*

Quod enim non ratione introductum, sed errore primum, deinde consuetudinem abtentum est, in similibus non obtinet. *Leg.* 39. *ff. de legib.*

More et consuetudine inductum, legem imitatur, et pro lege custoditur. *Leg.* 32 *ff. de legib. et leg.* 3 *Cod. quae sit longa consuet.*

Consuetudo firmatur ex rebus judicatis. *Leg.* 34 *ff. de legib., leg.* 1 *Cod. qui si longa cons.*

Consuetudo vim habet servitutis. *Leg.* 1 *Cod. de servitut.*

Consuetudo patris familias inducit praesumptionem animi. *Leg. Sed. Julianus*, §. *quod dicitur ff. ad S. C. Macedon. leg. atqui naturam* §. *non tantum ff. de negat gestis, leg. fin. ubi gloss. ff. quod cum eo, leg. Si servus ff. de action. empt.*

Quidquid induci potest humana lege, potest et consuetudine. *Cap. fin. de consuetud., leg. de quibus ff. de legib.*

Consuetudo aequipollet veritati. *leg.* 1 *ff. de servit et aqua.*

Consuetudo facit de non licito licitum, et e contra, ac proinde excusat ab omni poena, si fiat actus non licitus. *Bart. in leg. si fugitivus* §. *apud Labeonem ff. de aedilit Edict.*

Consuetudo est optima legum interpres. *Leg. Minime ff. de legib.; leg. Si de interpretatione ff. eod; Cap. cum dilectus de consuetud.*

Consuetudo est interpretativa contractuum. *Leg. quod si nolit* §. *qui assidua ff. de edit. edict.*

Consuetudo quae absque peccato servari non potest, non valet. *Cap. Ult. de praescript.*

Consuetudo tollitur si est praescripta per aliam contrariam consuetudinem praescriptam. *Leg. Nemo* §. *temporalis ff. de regul. jur.*

Consuetudo quae est contra eclesiasticam libertatem, vel onerosam non valet. *Cap.* 1 *de consuetudin; cap. noverit et cap. gravem. de sentent. excom. cap. cum causam de re judicat.*

Consuetudo mala, non est servanda. *Gloss. in Cap. cum causa vers. promulgavit. de sent. et rejud.*

Consuetudo est tacitum pactum. *Leg. Domini* 5. *Cod. de agric. et cens., leg. nulli* 3. *ff. quod quisq. univers.*

Consuetudo generalis generaliter, specialis specialiter legem vincit. *Leg. Praetor.* 3. *ff. de sepulcr. violat.*

Consuetudo longa, pro lege servanda. *Leg.* 1 §. 22 *Denique ff. de aqua pluv. arcend., leg. si manifeste* 7 *Cod. de servit et de aqua.*

Consuetudo, legi derogat. *Leg. prohibere* 3. §. 5. *si quis ff. quod vi, aut clam, leg. deprecatio* 9 *ff. ad leg. Rhod. de jactu.*

Consuetudo attenditur, ubi pactum contrahentium deficit. *Leg. arbitri* 18 §. 3 *ff. de dolo.*

Consuetudo facit de illicito licitum. *Nov.* 115. *Tit.* 2 *de defen. civ.*

Consuetudo sequenda in dubiis. *Leg. Si finita* 15 §. 1 *ff. de damn. infect.*

Consuetudo vincit legem. *Leg. si secundum Cod. de jur. reipubl.*
Consuetudini renuntiari potest, et abrogari per pactum. *Leg. Imperatores* 71 *ff. de contr. empt.*

CONSULERE

Vid. *Consilium.*
Cum alterius detrimento nemine consulendum. *Leg. Nec avus Cod. de emanc. liber., Cap. primum.* 22 *quaest.* 2.
Consulens, et persuadens, punitur sicut faciens. *Cap. Sicut dignum §. qui vero, et cap. de caetero. De homicidio, leg. non solum §. si mandato, vers. attilicinius autem. ff. de injur., leg. qui occidit §. penult. ff. ad leg. aquil.*

CONTINENS — CONTINERE

Vid. *Accessorium.*
Destructo continente, corruunt omnia in ea contenta. *Leg. Si nemo ff. de testam. tutel., leg. cum duobus Cod. de inoff. testam.*
Frustra exprimitur, quod tacite continetur. *Leg. non recte Cod. de fidejussor.*

CONTRACTARE — CONTRACTUS

Vid. *Actus — Conventio — Conditio — Dispositio — Fides — Medicus — Obligatio — Promissio — Stipulatio.*
Contractum dolosum ipso jure nullum esse, secus miticulosum. *Leg. et eleganter in princ. ff. de donat, leg. Metum §. sed quod frater ff. quod metus caus.*
Ultimam dispositionem, et primum contractum praevalere. *Leg.* 4 *ff. de adim. legat,leg.* 4 *Cod qui pot. in pign. hab. etc.*
Qui cum alio contrahit vel est, vel esse debet non ignarus conditionis ejus. *Leg. Post. ff. de regul. jur.*
Ex alterius contractu, neminem obligari. *Leg.* 3. *infin. Cod. ne uxor pro mar., leg.* 73 §. 4 *ff. de reg. jur.*
Liberum est contrahere, sed post contractum, non est licitum resilire. *Leg. Sicut.* 5 *Cod. de act. et oblig.*
In omni contractu, initium spectandum est, et causa. *Leg.* 8 *ff. mandati, leg.* 1 §. *non solum ff. depositi, leg. si tamen ff. ad S. C. macedon.*

Contractus factus cum carcerato in libertate non posito, non tenet. *Leg. qui in carcerem ff. quod met. caus.*

Contractum nec verbum debet habere superfluum, sed quodlibet debet producere effectum. *Cap. Si Papa, de privileg. in* 6.

Contractus non potest pro una parte acceptari, et pro alia repudiari. *Leg. cum quaeritur ff. de admnin. tut., leg. Nam absurdum ff. de bon. lib.*

Ad rescindendum contractum requiritur metus cadens in constantem virum. *Leg.* 3 *ff. quod met. caus., leg. interpositas. Cod. de transact.*

Neque privato, neque fisco licitum est recedere a contractu perfecto, invito altero. *Leg.* 3 *Cod. de rescind. vendit.*

In contractibus, et in aliis dispositionibus attenditur, quod solet fieri, et validum est argumentum a solitis. *Leg illud. ff. de excus. tutor. leg.* 2 *ff. de sponsal, leg. vel universorum ff. de pign. act., leg. cum de in rem verso ff. de usur. et fruct. etc.*

Contractus ex conventione partium legem accipiunt. *Leg.* 1 *§. si conveniat ff. depositi, leg. contractus ff. de reg. jur., leg. lege ff. de pact. conv., leg.* 1 *Cod. commodati.*

Contractus ab advena celebratus in alieno territorio, non servata loci solemnitate, non valet. *Leg. exigere* 65 *ff. de judic.*

Contractus ex alieno arbitrio pendere possunt, non autem ultimae voluntates. *Leg. Si quis arbitratu* 43 *ff. de verb. oblig., leg. Illa istitutio* 32 *ff. de haered. instit.*

Contractus claudicare non potest, quia debet esse obligatorius hinc inde. *Leg. Julianus §. Si quis ff. de action. empt. leg. Si cum dies §. penult. ff. de recept. arb., leg. Labeo ff. de verb. signif.*

Idem operatur judicis decretum, quod operatur contractus partium. *Leg. res.* 1 *Cod. Si in caus. judic. pign.*

Contractus non debet operari ultra intentionem agentium. *Leg. Non omnis ff. si cert. pet., leg. In agris ff. de acquir. rer. dom., leg.* 2 *ff. de his quae in test. del., leg. legata inutiliter ff. de legat.* 1.

Contractus sunt ab initio voluntatis, ex post facto necessitatis. *Leg. Non idcirco in fin. ff. de contr. empt., leg. si mandavero §. Sicut. ff. mandati.*

Contractus aut totus acceptandus, aut totus repudiandus. *Leg. cum quaeritur ff. de admin. tutor., leg. Nam absurdum ff. de bon. libert.*

Contractus omnis, intelligitur rebus sic stantibus. *Leg. continuis §. cum quis ff. de verb. oblig., leg. quod servus ubi gloss. ff. de cond. ob caus., leg. quaero §. inter locatorem ff. locati.*

Contractus recipiunt interpretationem ex tacita mente contrahentium. *Leg. In conventionalibus ff. de verbor. oblig.*

Contractibus omissum, habetur pro omisso. *Leg. Quidquid adstringendae ff. de verb. oblig.*

CONTRADICERE

Paria sunt consentire, vel non contradicere. *Leg. In adoptionibus ff. de adoptien.*

Contradicere videtur qui non consentit. *Leg. Titia 34 ff. de leg. et fideicom.* 2.

Qui non contradicit, et patitur, cum possit vetare, censetur consentire. *leg.* 5 *Cod. de nupt.*

Non videtur contradicere, qui justam causam contradicendi non habet. *Leg. Dotem* 38 *ff. solut matrim.*

CONTRAHENS.

Vid. *Contractus — Decipere — Obligatio.*

Contrahentes videntur se conformare cum jure. *Leg. Heredes mei §. cum ita ff. ad S. C. Trebell., leg. Quaero §. inter locatorum ff. locati.*

CONTRARIETAS — CONTRARIUS

Vid. *Effectum — Inductum*

Contrariorum eadem est disciplina. *Leg. In fundo ff. de rei vindic., leg. Nihil tam naturale ff. de reg. jur., leg. fin. ff. de legat.* 3.

Contraria simul esse non possunt. *Leg. Mutuis ff. pro socio, leg.* 1 *Cod. de furtis.*

Dispositum in sensu directo, oppositum arguit in contrario. *Leg.* 1 *ff. de offic. ejus cui mand. etc.*

Contraria allegans, non debet audiri. *Cap. Sollicitudinem de appellat, leg. Cum praecum. Cod. de liberal. caus., Leg. Titiae ff. de cond. et demostr., leg. 1 Cod. de furtis.*

Contraria non possunt esse sub eodem subjecto. *Gloss. in leg. fin. ff. de divort.*

Contrariorum, contraria est ratio, et contrarius effectus. *Leg. fin. ff. de edendo, leg. Qui accusare ff. de accusationib.*

Contraria contrariis suis tolluntur. *Leg. An inutilis* 8 §. 3 *acceptum ff. de accept.*

Contrarietas est vitanda, et concilianda in omni dispositione. *Leg. Ubi repugnantia ff. de reg. jur., Cap. Cum expediat. de elect. in* 6.

Contrarietas nulla est in legibus. *Gloss. in Epist. Haec quae necessario. Verb. Praeterquam. Cod. de nov. Cod. faciend.*

CONTUMACIA — CONTUMAX

Vid. *Actor — Procurator — Reus*

Contumax, comparatur mendaci. *Leg. De aetate.* 11 §. 3 *si eum. ff. de interv. act.*

Contumax, habetur pro praesente. *Leg. De unoquoque* 47 *ff. de re jud.*

Qui non venit, censetur contumax. *Leg. Contumacia* 53 *ff. de re jud.*

Contumax dicitur qui non respondet. *ibid, et leg. Nulli* 10 *Cod. de jud.*

Qui non exhibet, dicitur contumax. *Leg. Contumacia* 53 *ff. de re jud.*

Contumacia, augetur obligatio. *Leg. Aut in.* 15 *ff. Quod met. caus.*

Contumaciam cuique inferri jus non patitur. *Leg. Convenisse* 2 §. *item si ff. de jud.*

Contumax non censetur qui cito post citationem venit. *Leg. Divus* 7 *ff. de in integr. rest.*

Contumax non auditur, nisi refectis expensis. *Leg. Sancimus* 13 *Cod. de judic.*

Verus contumax, non appellat. *Leg. Ex consensu* 23 §. *Eum. ff. de appellat, et relat.*

Contumax, auditur appellans. *Leg. Creditor* 28 §. *jussus. ff. eod.*

Contumacia non nocet pupillo. *Leg. Neque Infantes.* 36 *ff. de fideicom. libert.*

CONVENIRE — CONVENTIO

Vid. *Consentire — Contractus — Obbligatio — Pactum — Stipulatio*

Contra jus, aut bonos mores, conventiones hominum non valere. *Leg. Pacta quae contra. Cod. de pactis.*

Conventio facta in uno contractu, non trahitur ad alios. *Leg. Si unius §. Antea ff. de pactis*

Convenire is videtur, qui non testificatur dissentire. *Leg.* 1 *Cod. de filiis fam. et qui ec.*

Privatorum conventio, juri publico non derogat. *Leg.* 45 §. 1 *ff. de regul. juris; leg. Jus publicum ff. de pact., leg. Ult. ff. de suis vel legit. haered.*

Hoc servabitur, quae initio convenit. *Leg. Contractus* 24 *ff. de regul. jur.*

Contractus, legem ex conventione accipiunt. *Leg.* 1 §. 6 *ff. depositi, leg. Contractus* 24 *de reg. jur.*

Conventionis verbum generale est, ad omnia pertinens. *Leg.* 1 §. 3 *ff. de pactis.*

Conventio est pactio duorum, plnriumve in idem placitum consensus. *Leg.* 1 §. 2 *ff. de pactis*

Conventio sine causa, non constituit obligationem *Leg.* 7 §. 4 *ff. eod.*

Sine conventione, nullus est contractus. *Leg.* 1 §. 3 *ff. de pactis, leg.* 4 *ff. de oblig. et action.*

Non valet obligatio, quae non habet in se conventionem. *Leg.* 1 §. 3 *ff. de pactis.*

Tacite consensu convenire. *Leg.* 2 *ff. eod.*

Obligatio etiam ex solo nutu perficitur. *Leg.* 51 *in fin. ff. de oblig. et action.*

CONVERSATIO

Conversatio mala, arguit malum nomen. *Leg. Si plures §. Quamvis ff. de admin. et peric. tut.*

CONVICTUS

Convictus legitimis probationibus, ac sponte proprio ore confessus condemnatus, non auditur appellans. *Leg. Observare curabis* 2 *Cod. quor. appell. non recip.*

COPULATUM

Copulata plura quando requiruntur ad aliquid disponendum, non sufficit unum tantum intervenire. *Leg. Si haeredi, ff. de condit. instit.*

CORRECTIO — CORRIGERE

Vid. *Lex.*

Legum correctio omnino vitanda est. *Leg. Praecipimus in fin. Cod. de appellat.*

Subita correctio non praesumitur. *Leg. Non ad ea ff. de condit., et demonstr.*

Melius est seipsum corrigere, quam ab alio corrigi. §. 1 *in Auth. de Nupt.*

Potius praesumitur correctio, quam superfluitas. *Gloss. fin. in Cap. Quamquam, de usur. in 6.*

Quod expresse non corrigitur, stare minime prohibetur. *Leg. Sancimus. Cod. de testam; leg. Praecipimus. Cod. de appellat.*

Correctio non inducitur, nisi quatenus in jure expressum reperitur. §. *Cum igitur, vers. Nec est lex, in auth. de non eligend. secund. nuben.*

Nisi expresse jus antiquum corrigatur, remanet simul cum novo. *Gloss. in Cap. de multa in fin., gloss. Magnae. de praebendis*

Per subauditos intellectus, non inducitur legum correctio. *Gloss. singul. in cap. Cupientes, in verbo petere, de electión. in 6.*

Argumentum a contrario sensu non sumitur ad juris correctionem, nisi quando in sensu directo superfluum foret. *Leg. Nullam. et Auth. Diaconissam. Cod. de Episc. et Cler.*

In correctoriis etiam ex identitate, vel majoritate rationis non expressae, non fit extentio. *Leg. Si vero §. de viro. ff. solut. matrim., Auth. quas actiones. Cod. de sacr. sanct. Ecles.*

Quando ratio est expressa in Lege corrigente, vel unica tantum potest assignari; tunc ex identitate rationis licita est extentio: quoniam non dicitur proprie extensio, sed vera legis dispositio. *Leg. Milites agrum ff. de re militari, leg. his solis Cod. de revoc. donat.*

In correctoriis, et paenalibus, simul etiam ex majoritate rationis expressae non fit extensio. *Gloss. in Clem. Ut hi qui, in verb. distributione, et in Clem. 2 in verb. in eisdem, de aetat. et qualitat.*

Peccati venia non datur, nisi correcto. *Cap. Peccati. de reg. jur. in 6.*

Ubi agitur de favore animae, etiam in correctoriis et poenalibus, fit extentio. *Gloss. in Cap. Sciant cuncti, et in Cap. fin. de Electione in 6.*

Quam jus corrigens taxative, loquitur etiam ex identitate rationis expressae non fit extensio. *Auth. Quos actiones Cod. de Sacr. sanct. Ecles.*

Correctio expressa, facta in uno correlativorum, extenditur ad aliud. *Leg. fin. in princ. Cod. de indict. viduitate tollen.*

Correctio uno de connexis, corrigitur et alterum. *Cap. Traslato, extr. de costr.*

Absurdum est in alio velle corrigere, quod in seipso vigere conspicitur. *Leg. Si uxor. §. Judex ff. de Adulter., leg. In arenam §. fin. Cod. de inoff. testam.*

Corrigens corrigitur, et ad pristinum statum reducitur. *Leg. Quoniam praeteritae in princ. Cod. de secund. nupt.*

Potius praesumitur correctio, quam verborum impropriatio. *Leg. Stichus ff. de fideicom. libert.*

Seniores propinqui, minorum errores corrigere debent. *Leg. Uni Cod. de emendat. propinquor.*

Correcta ratione legis, censetur correcta lex. *Gloss. in leg. 1 in verbo providenti. ff. de legit. tutor; Gloss. in leg. Qua ratione §. Litterae in verbo directam in fin. ff. de acquir. rer. dom.*

Corrigere oportet discrete, et cum moderamine. *Cap. fin. 4. dist., gloss. Cap. 1 Cum pridem 10 vers. elicit. de renunciat.*

Corrigere seipsum incontinenti nemo praesumitur. *Leg. Cum hic status §. 1 in fin. ff. de donat. int. vir. et ux., leg. Praecipimus in fin. Cod. de appellation.*

CORRELATIVUS

Correlativorum idem est judicium, et eadem disciplina, et de uno dispositum trahitur ad alterum. *Leg. fin. ff. de*

accept; *leg. fin. Cod. de ind. vid. toll.*, *leg. Si quis servo Cod. de furtis*, *leg.* 1 *Cod. de transact.*

CREDITOR

Vid. *Debitor — Pactum — Solutio.*

Creditor prior, praefertur posteriori. *Leg. qui balneum*, *et leg. Potior ff. qui pot. in pign. hab.*, *leg. quoties utriusque ff. de reg. jur.*

Non plus habere creditor potest in pignore quam habet qui pignus dedit. *Leg.* 3 §. 1 *ff. de pignorib. et hypothec*, *leg.* 54 *ff. de regul. jur.*

Creditor cui est satisfactum, tenetur reddere chirographum suo debitori. *Leg.* 2 *Cod. de condict. ex lege.*

Creditor qui permittit rem venire, pignus dimittit. *Leg.* 119 *ff. de reg. jur.*, *leg.* 4 §. 1 *ff. quib. mod. pign. etc.*

Major pars creditorum aestimatur pro modo debiti, non pro numero personarum. *Leg.* 8 *ff. de pactis.*

Creditor reddens pignus debitori, in dubio non censetur remittere debitum. *Leg. Postquam*, *ubi gloss. ff. de pactis.*

Creditor non potest cogi ante tempus ad recipiendum. *Leg. Si pecuniam ff. Si cert. pet.*, *leg. Titius ff. quae res pign. par. poss.*, *leg. Qui Romae in pr. ff. de verb. obbl.*

Creditor non cogitur recipere particularem solutionem debiti liquidi. *Leg. Tutor* 41 §. *Lucius ff. de usur.*, *leg. Plane* 3 *ff. Fam. ercisc.*

Creditor invitus non potest cogi mutare debitorem, licet magis idoneus offeratur. *Leg. Si mandato meo in fin. ff. mandati.*

Creditor non potest propria authoritate excutere debitorem. *Leg. Extat.* 13 *ff. quod met. caus.*; *leg. Si quis in tantam* 7 *Cod. unde vi.*

Creditor invitus, non compellitur recipere unum pro alio. *Leg. Si se non obtulit* §. *ait praetor ff. de re jud.*

Creditor qui non potest cedere actionem fidejussori, exceptione cedendarum actione repellitur. *Leg. Stichum* §. *si creditori ff. de solution.*, *Leg. Si pupillus alterum ff. de administr. tutor.*

CULPA

Vid. *Casus* — *Custodia* — *Dolus* — *Mora* — *Poena.*

Culpae nomine, nullus tenetur in suis. *Leg. Etiam* § 1 *in fin. ff. solut. matr., Gloss. in leg.* 20 *verb. dolo. Cod. de fid. Instr.*

Nemini casum, sed culpam imputari. *Leg. Si ex plagiis* §. *fin. ff. ad leg. Aquil.*

Culpa similis est tam prohibita discere, quam docere. *Leg. penult. Cod. de malefic.*

Culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti. *Leg.* 36 *ff. de regul. jur.*

Imperitia culpae adnumeratur. *Leg.* 132 *ff. de reg. jur*, *et leg.* 9 §. 5 *ff. Locati*

Culpa dolo proxima, dolo repraesentat. *Leg.* 1 §. 2 *si is qui test.*

Magna negligentia culpa est, magna culpa dolus est. *Leg.* 226 *ff. de verb. signif.*

Lata culpa est, non intelligere quod omnes intelligunt. *Leg.* 1 §. 1 *ff. si mens. fals.*

Culpa nulla est, cui parere necesse est. *Leg.* 129 *alias.* 169 *ff. de regul. jur.*

Lata culpa dolo comparatur. *Leg.* 1 §. 1 *ff. Si mensor fals. mod. dixer.*

Culpa est voluntaria inordinatio actus. *S. Thom.* 1 *quaest.* 48. 1 *ad* 5 *et* 6.

Culpa est deviatio a bono. *Bar. in leg. Quod Nerva* 32 *ff. depositi*

Culpa suos debet tenere auctores. *Leg. Sancimus Cod. de poenis.*

Culpa ubi non est, ibi non est delictum. *Cap. Cum voluntate de sent. excom.*

Culpa non caret, qui se immiscet rei alterius artis, et professionis. *Leg. Idem juris* §. *ult. ff. ad leg. Aquil.*, *leg. Illicitas* §. *penult. ff. de offic. Praesid.*

Culpa ubi major est, ibi gravior debet esse poena. *Cap. Cum bona. de aetate*, *et qualit.*, *Cap. Tanta. de excess. Prael.*

Culpa caret qui scit, sed prohibere non potest. *Leg.* 50 *ff. de reg. jur.*, *leg.* 3 *et* 4 *ff. de noxalib. action.*, *leg.* 1 §. *quis autem. ff. si fam. fur. fecis.*

Culpa defuncti, culpa haeredis esse intelligitur. *Leg. Praetoriae* 2 *ff. de stipul. praetor.*

Culpa culpam abolet, sed non dolum. *Leg. Nam* 10 *ff. ad leg. aquil.*

Culpam non committit utens re ad ejus usum. *Leg. Utique* 16 *ff. de rei vindic.*

Levior est culpa in ommittendo, quam in faciendo. *Leg. Si manumiss.* 2 *Cod de lib. et eor. lib.*

CUMULARE

Plura specialia, ad idem minime cumulanda. *Leg.* 1 *Cod. de dot. prom.*

CUPIDITAS

Vid. *Avaritia.*

Non cupiditatibus, sed justis affectionibus indulgendum. *Leg. Illud. ff. de manumiss. vindic.*

Cupiditas malorum omnium radix. *Concil. Trid. de reform. Sess.* 22 *Decret. Quanta cura. §. Cum igitur, et Cap.* 11 *in princ.*

CURATIO — CURATOR

Vid. *Tutela*

Fictus furor non est sufficiens, ut alicui curator detur. *Leg.* 6 *ff. de curat. furios.*

Curator tueri debet patrimonium, corpus, salusque furiosi. *Leg.* 7 *ff. eod.*

Furiosae matris, curatio ad filium pertinet. *Leg.* 4 *ff. eod.*

Licet curatori habenti, curator datur. *leg. Non* 4 *ff. rem pupill. vel adolesc.*

Uxori maritus curator dari non potest. *Leg.* 2 *Cod. Qui dar. tut. vel curat.*

Luminibus captus, curatore non indiget. *Leg.* 3 *Cod. eod.*

Pro officio administrationis tutoris, vel curatoris, bona pignorantur. *Leg.* 20 *Cod. de administr. tut. ec.*

Curatio ejus cui bonis interdicitur, filio negabitur permittenda. *Leg.* 1 *§.* 1, *et leg.* 4 *ff. de curat. furios.*

Curator curatorem habenti, dari potest. *Leg. Ventri §. fin. ff. de tutor. et curat. dat.*, *Gloss. in leg. Si furiosi* 25 *in verb. Qua moderatione. Cod. de nuptiis.*

Curator patris, potest esse filius. *Leg. His qui ff. de tutor. et curatorib.*

Curatores tenentur in solidum, ut tutores. *Leg.* 40 §. *Curatores ff. de admin. et peric. tut.*

CUSTODIA

Plus est praestare custodiam, quam exactissimam diligentiam. *Faber. ration. in leg.* 52 §. 3 *ff. pro socio*

Custodiam debens, tenetur de culpa levissima. *Leg. Dominus* 55 *ff. locat. conduct.*

DAMNARE

Vid. *Condemnare — Vox.*

De suspicionibus non debet aliquis damnari. *Leg.* 5 *ff. de poenis*

Nemo debet damnari ex conjecturis. *Leg.* 3 §. *Scio ff. de minor.*

Satius est impunitum reliqui facinus nocentis, quam innocentem damnari. *Leg.* 5 *ff. de poenis.*

DAMNUM

Vid. *Haeres*

Qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. *Leg. Qui occiderit.* §. *in hac. ff. ad leg. Aquil.*, *leg. Nihil interest. ff. ad leg. corn. de sicar.*, *leg. Videamus in fin.*, *et leg. Qui domum in fine ff. Locati*; *leg. Ante* §. *si cum servum ff. de vi bon. rapt.*

Omnis dispositio quantumcumque generalis, restringenda est ne quis indebite damnum patiatur. *Leg.* 2 *Cod. de notalib. action.*

Nemini officium suum damno verti debere. *Leg. Sed et si quis. ff. quemadmod. test. aperian*; *leg. Si servus* §. *Quod vero ff. de furtis.*

Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire. *Leg.* 203 *ff. de regul. jur.*

Nemo damnum facit, nisi qui id facit, quod facere jus non habet. *Leg.* 194 *ff. de reg. jur.*

Damnum dat, qui jubet dare. *Leg.* 129 *alias* 169 *ff. De regul jur.*

Damnum pati videtur, qui commodum amittit. *Leg.* 2 §. 11 *ff. ne quid in loco etc.*

Damnum non intelligitur, nisi omni lucro deducto. *Leg.* 30 *ff. pro socio*

Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi imputet, et non aliis. *Leg. Si fidejussor ff. Mandati, leg. Si merces §. culpae ff. locati, leg. Inter omnes §. pen. ff. de furt, leg.* 1 *§. Usque adeo ff. de injur Reg.* 86 *de reg. jur. in* 6.

Damnum qui sentit, debet sentire et lucrum, et e contra. *Leg. Secundum naturam ff. de reg. jur.*

Damnum dare non videtur qui jure suo utitur. *Leg. Nemo* 194 *ff. de reg. jur.*

Damnum pati videtur qui lucrum amittit. *Leg. non amplius* 26 *ff. de leg. et fideicom.* 1.

Sentire damnum non videtur, qui sibi damnum dedit. *Leg. Quod* 203 *ff. de reg. jur.*

Damno duplici, nemo affici debet. *Leg. jure succursum* 6 *ff. de jur. dotium*

Damno expensarum afficitur actor temerarius. *Leg. Eum quem* 79 *ff. de judic.*

Damno nemini sua simplicitas esse debet. *Leg. Hoc dicto* 1 *ff. de dolo*

Damnum dedisse videtur qui occasionem damni dat. *Cap. final. de injur. et damno dat.*

Damno facto per antecessorem, non obligatur successor. *Cap.* 2 *de precariis*

Damnum faciens non excusatur ignorantia, si scire debuit qui teneatur satisfacere. *Cap. final. de injur. et damn. dat.*

Damnum datum ab inimicis tuis, culpa tua dari videtur. *Leg. In iis* 67 *ff. solut. matr.*

DANS — DARE

Vid. *Jus.*

Paria sunt non dare, vel dare inutile. *Leg. quamvis §. Si convenit ff. ad S. C. Vellejan.*

Paria sunt dare, vel non adimere. *Leg conficiuntur in princ. ff. de jur. codicill., leg.* 1 *§. Sciendum ff. de legat.* 3.

Paria sunt aliquid mihi dari, vel alteri contemplatione mei. *Leg. Annua §. a Titia ff. de ann. legat.*

Nemo plus juris ad alium transferre potest, quam ipse habet. *Leg.* 54 *ff. de reg. jur.*

Inter dantem, et accipientem debet esse distinctio personalis. *Cap. fin. de istit. ubi glos in verb. recipientem.*

Resoluto jure datoris, resolvitur jus acceptoris. *Leg. lex vestigali. ff. de pignor.*

Dare alteri nemo potest, id quod ipse non habet. *Leg. traditio ff. de acquir. rer. dom., leg. Si filius Cod. de donat.*

Dare, et remittere paria sunt. *Leg. Si fundum §. Titio ff. de legat.* 1, *leg. contra §. si filius ff. de pactis, leg.* 1 *ff. de transact.*

Dare beatius est, quam accipere. *Cap. praedicator.* 16 *q.* 1, *cap.* 1 *ubi glos. in verbo ut debere, de donat.*

Dari, et fieri, sunt species oppositae. *Leg. In facto* 59 *ubi Glossa ff. de condit. et demonstr.*

Dare non videntur, qui male dant. *Leg. In ordinem.* 1. *ff. de magistr. conveniend.*

Dat proprie, qui dominium transfert. *Auth Coll.* 6 *Nov.* 73 *Tit.* 2 *de instrum. caut.*

Datur quod fit accipientis. *Leg. Si pro* 34 *Cod. de transaction., leg. Mater cum* 24 *ff. de jur. dot.*

Qui tenetur ad dandum, dare praecise compellitur. *Leg. ubi autem* 75 *§. Haec stipulatio ff. de verb. oblig.*

DEBERE

Vid. *Dare — Debitor.*

In dubio debetur, quod minus est. *Leg.* 39 *§. Scio ff. de legat.* 1.

Deberi aliquid potest, licet peti non possit. *Leg. Et nomen* 1 *cod. de caducit toll.*

Debetur improprie, quod natura debetur. *Leg. hoc edicto* 1 *§.* 7 *debitum ff. de constit. pecun.*

DEBITOR — DEBITUM.

Vid. *Alternativa — Consensus — Creditor — Delegatio — Filius — Immunitas — Liberatio — Pater — Venditio.*

Casus adversae fortunae non liberat generis debitorem. *Leg. Incendium Cod. Si cert. pat.*

Debitor speciei, perempta specie ante moram, liberatur. *Leg. Si sticus, et leg. si certos ff. de stipulat., leg. non amplius §.* 1 *ff. de legat.* 1, *leg. Si homo mortuus, ff. de verbor. obligat.*

Debitorem ex causa lucrativa, de evictione non teneri. *Leg. ad res donatas. Cod. de eviction.*

Generis debitorem, dominium transferre teneri. *Leg.* 1 *in princ. ff. de re permut., leg. qui in res in princ. ff. de solut.*

Generis debitorem, casu fortuito non liberari. *Leg. Incendium Cod. Si cert. petat.*

Pro civili tantum debito, non accedere constitutum. *Leg.* 2 *ff. de constit. pecun.*

Negantes debitores, non oportet armata vi terreri. *Leg.* 9 *Cod. de obligat.*

Debitor suspectus de fuga, potest capi a creditore. *Leg. ait Praetor* §. *Si debitum ff. Quae in fraud. cred.*

Debitor speciei ex natura contractus, non tenetur de casu fortuito. *Leg. quae fortuitis ubi glos. Cod. de pign. act.*

Debitor in mora, tenetur da casu fortuito. *Leg. quod te ff. si cert. pet., leg. Si ex legati causa ff. de verb. oblig.*

Remissum debitum principale, remissa est hypotheca. *Glos. in leg. Si tibi* §. *de pignore ff. de pactis.*

Eximens debitorem de manu bajuli, tenetur ad quod debitor tenebatur. *Leg. quoties Cod. exact. tribut.*

Debitor in diem, non potest cogi solvere ante diem. *Leg. Justas. Cod. de jur. fisci, leg. Si mandavero la* 1 *in pr. ff. mandati, leg. eum qui kalendis ff. de verb. oblig, leg. cedere diem ff. de verb. sign.,* §. *plus autem. Instit. de action.*

In dubio censetur extinctum debitum, quod magis gravat. *Leg.* 1. 2. 3, *et* 4 *ff. de solution.*

Debitor in genere, non liberatur speciei peremptione. *Leg. Incendium Cod. Si cert. pet.*

Debitor unius rei, solvendo aliam non liberatur. *Leg. Eum et leg. Manifesti Cod. de solutionib.*

Debitor quantitatis, perempta quantitate etiam casu fortuio non liberatur. *Leg. Incendium Cod. si cert. pet,* §. *Item his Istit. quib. mod. re contr. oblig., Gloss. in leg. quod te mihi ff. si cert. pet.*

Debitum in diem certum, potest solvi ante diem. *Leg.* 38 §. *inter certam ff. de verbor. oblig.*

Debitor constituitur in mora ex lapsu diei a contrahentibus appositum. *Leg. vinum ff. si cert. pet.; leg. magna Cod. de contrah. et committ. stipul.*

Debitor constituitur in mora per interpellationem extrajudicialem. *Leg. mora ff. de usu etc, leg. Si ex legati causa ff.*

de verb. oblig., *leg. quod te mihi ff. si cert. pet.*, *leg. Titia la* 2 §. *usuris ff. de legat.* 2.

Debitum in diem, potest ante diem solvi. *Leg. Eum qui* §. *fin. ff. de verb. oblig.*, *leg. quod in diem ff. de solution.*

Actionem suam potest quis cedere contra invitum, et ignorantem debitorem. *Leg. nominis* 3 *Cod. de haered. vel act. vend.*

Desinit esse debitor is, qui nactus est exceptionem justam nec ab aequitate naturali abhorrentem. *Leg.* 66 *ff. de regul. jur.*, *leg.* 1 *ff. de pactis*, *leg. Sticum* § *nat. ff. de solut.*

Debitor liberatur oblatione debiti facta. *Leg. qui decem* 71 *ff. de solution.*

Debitor generis, re oblata perempta, liberatur. *Leg.* 86 §. *si cui homo ff. de legat.* 1.

Debitor liberatur a creditore, solvendo extraneo jussu creditoris. *Leg. soluto* 49 *ff. de solution.*

Debitor solvere non cogitur ante tempus. *Leg. Si ita* 41 *ff. de manum test.*

Debitori prodest ignorantia. *Leg. venditor* 18 *ff. de transact.*

Debitores conveniendi jure, non vi. *Leg. Hi qui* 4 *Cod. de conven. fisc. debitor.*

Debitum probatur diuturna solutione. *Leg. Servitutes* 14 *ff. de servitutib.*

Mediocre, in dubio debitor generis, dare debet. *Leg. cum certum* 4 *ff. de trit. vin. et oleo legat.*

Debitores qui in fraudem creditorum liberantur, revocantur in pristinam obligationem. *Leg. omnes* 17 *ff. quae in fraud. creditorum etc.*

Opera ultra sumptum excedens, extenuat debitum. *Leg.* 2. *Cod. de partu pignor.*

DECEPTUS — DECIPERE

Vid. *Circumventio.*

Deceptis, non decipientibus subveniendum. *Leg. ex primo* §. *verba ff. ad S. C. Vellej.*

Deceptus non videtur qui jure communi usus est. *Leg. Inter eas* §. *cum inter ff. de fidejussor*, *leg. fidejussor* 11. *Cod. de transaction.*

Deceptus semel, cautius sibi cavet. *Gloss fin. in Cap.* 1 *de poenit. dist.* 5.

Contrhaentibus licitum est se invicem decipere intra dimidiam, seu in valore rei super qua contrahitur. *Leg. In causae la 2 §. idem Pomponius ff. de minorib., leg. Si haeres la 1 ff. ad leg. Falcid., leg. Item si praetio ff. locati, leg. Si voluntatem Cod. de rescind. vendit., Cap. Cum dilecti, et Cap. ad nostram de emption. et vendit.*

Deceptio contrahentibus permissa. *Leg. si quis* 29 *Cod. de pactis.*

Deceptus pacisci, non videtur. *Leg. qui de* 20 *ff. de inoff. testam.*

Decipere dicitur qui non instruit. *Leg. Rectus sine* 14. §. 2 *ff. de liber. caus.*

Decipi nemo debet legis, aut principis auctoritate. *Leg. Si quis* 15 *Cod. de omn. agr. deser.*

Deceptus in contractu, dolo adversarii, non cogitur adimplere contractum. *Leg.* 4 *Cod. de haered. vel act. vend.*

DECIMA

Decimarum solutio debita est Deo. *Concil. Trid. de refor. Sess.* 25. *Cap.* 12 *in princ.*

De omni fructu praedii solvendae sunt decimae. *De decim. Cap. Ex parte* 21, *et Cap. Non est.*

Decimae praediales solvendae sunt, expensis non deductis. *De Decimis. Cap. Non est, et Cap. cum homines.*

Sine deductione seminis, et sumptum, debent dominus, et Colonus decimas solvere. *De decim cap. Tua nobis, et Cap. Pastoralis.*

Decima laico, jure haereditario concedi non potest. *De Decim. Cap. ad haec.*

Decimae a laicis retineri non possunt sine peccato. *Cap. Prohibemus. ubi Gloss. De Decimis.*

Prius solvendae sunt decimae, quam census, seu tributa. *Cap. Cum non sit. De decimis.*

Decimae detentae a laicis, in pignus accipi non debent. *Cap. Interdicimus. de decimis.*

Ad decimarum solutione, nemo absolvi potest per Principem. *Cap. Tua de decimis.*

In decimis solvendis, consuetudo approbata, servanda est. *Cap. Sint. de decimis.*

Decimae possunt locari quibuscumque. *Cap. Vestra de loc. et conduct.*

In decimis, bene habet locum compositio. *Cap. Suggestum est. de decimis.*

Decimas solvere, etiam pauper tenetur. *Cap.* 8 *Caus* 12 *q.* 1 *ubi gloss. quod superest*; *Concil. Trid. de reform. sess.* 25 *Cap.* 12.

DECLARARE — DECLARATIO

Qni declarat, non statuit. *Leg. haeredes palam* §. *Sed et si notam ff. de testam.*

Declaratio nihil de novo confert, et declarans nihil novi facit. *Cit. leg.*, *et Leg. Adeo* §. *videtur ff. de acquir. rer. dom.*, *Clem. Exivit*, §. *harum declarationum de verb. signif.*

DECRETUM

Vid. *Sententia.*

Decretum ex falsa causa interpositum, est nullum. *Leg. magis puto.* §. *Si aes alienum. ff. de reb. eor.*, *leg. Sejae ff. de tut. et cur. dat.*, *leg. cum vero* §. *subventum ff. de fideicom. liber.*, *Leg. Et si Praeses Cod. de praed. min.*

Decretum interpositum sine causae cognitione, non valet. *Leg. Magis puto* §. *non passim ff. de reb. eor.*, *leg. fin. ff. de curat. furios*; *leg. Cum* 2 §. *Si Praetor. ff. de transact.*

Decretum judicis, praesumitur interpositum ex justis causis. *Leg.* 1 *in verb. omni ordine Cod. de fid. instrum*; *leg.* 2 *vers. quod non arbitramur. Cod. de inoff. civ. jud.*

Decretum nullum, convalescere non potest. *Leg. Si is qui* 31 *ff. de excus.*

Decretum obreptitinm, nullum est ipso jure. *Leg. Cum vero* 26 §. *Subventum libertatibus ff. de fideicomm. libertat.*

DEFECTUS

Vid. *Actus.*

Causa quantumcumque favorabilis, formae defectum non excusat. *Leg. Cum his.* §. *Si Praetor ff. de Transact.*

Defectus causae finalis, vitiat dispositionem. *Leg. fin. ff. de testam. tutel.*, *leg. final. ff. de haered. istit.*

Confirmatio Superioris, omnem defectum supplet. *Bald. in leg. fin. ff. de testam.*

DEFENDERE — DEFENSIO — DEFENSOR

Vid. *Advocatus — Princeps — Procurator.*

Qui rem alienam defendit, numquam locuples habetur. *Leg.* 127 *ff. de reg. jur.*

Defensio, de facto et de jure permittitur. *Leg. Defensionis* 7 *Cod. de jure fisc.*

Defendere, est judicium suscipere. *Leg. Sed et hae* 35 §. 5 *ff. de procurat.*

Defendere se cogitur qui agit. *Leg. Si debitori* 21 *ff. de jud.*

Defendere se in ipso praedio licet. *Leg. Praetor ait* 1 §. *hoc edicto ff. de itin. actuque.*

Defendere non videtur, qui non respondet. *Leg. Si sine* 9. *ff. de interrog. act.*

Defendit qui cavet defendendo. *Leg. Depositum* 1 *ff. depositi.*

Defendens sine mandato condemnandus est, non is quem defendit. *Leg. Liberto* 31 §. 2 *ff. de negot. gest.*

Omnis defensio est ex aequitate. *Leg. Qui aequitate* 12 *ff. de dol. mal. et met. except.*

Defendi non videtur, qui duci patitur. *Leg. Sed alio* 2 §. 2 *ff. si ex noxal. caus.*

Jure gentium permittitur defensio. *Leg. Itaque* 4 *ff. ad leg. Aquil.*

Defendisse non videtur, qui dolum adhibuit. *Leg. Ex clausola* 17 *ff. judic. solv.*

Defendendus facilius quis admittitur quam agendum. *Leg. Si mater* 11 §. 2 *ff. de except. rei judic.*

Publice interest absentes a quibuscumque defendi. *Leg. Servum quoque in princ. ff. de Procur.*

Reipublicae interest plurimos habere defensores. *Leg. Non reipublicae ff. de nov. oper. nunc.*

Contra vim, aut injuriam, licitam esse defensionem. *Leg. Ut vim ff. de just. et jur.*, *Leg. Scientiam* §. *Qui cum ff. ad Leg. Aquil.*

Defensor propriae salutis, in nullo peccari videtur. *Leg.* 3 *Cod. ad leg. Corn. de Sicar.*

Invitus nemo rem cogitur defendere. *Leg.* 156. *ff. de reg. jur.*, *leg.* 8 §. 1 *ff. de Proc. et defens.*

Defensio non potest tolli alicui. *Leg. Unius facinoribus* §. *cognitur um ff. de quaestionib.*

Non videtur defendere, qui latitat. *Leg.* 52 *ff. de regul. jur.*
Nullus pluribus uti defensoribus prohibetur. *Reg.* 20 *de reg. jur. in* 6.
Nullo modo esse defensus, vel non legitime, sunt paria. *Leg. Quia absente* 4 *Cod. de procurator.*
Omnis qui defenditur, boni viri arbitratu defendendus est. *Leg.* 77 *ff. de procuratorib.*

DEFINITIO — DEFINITUS

Omnis bona definitio, debet cum suo definito converti. *Leg.* 1 §. *dolum ff. de dolo.*
Cuicumque non convenit definitio, non etiam convenit definitum. *Leg.* 2 §. *Appellata ff. Si cert. petat.*
Omnis definitio, in jure civili periculosa est. *Leg.* 20 3 *ff. de reg. jur.*, *Leg. Quod dicitur* 9 *ff. de impens. in re dot. fact.*
Definitionis natura est substantiam rei definitae significare. *Leg. Omnis definitio* 203 *ff. de reg. jur.*

DELEGARE — DELEGATIO — DELEGATUM

Vid. *Arbiter.*
Causas meri, et mixti imperii delegare non posse. *Leg.* 2 *Cod. de pedan. judic.*
Delegatum ab alio quam a Principe, subdelegari non posse. *Leg. A Judice Cod. de judiciis.*
Delegatio debiti, sine consensu debitoris, perfici non potest. *Leg.* 1 *Cod. de novat. et deleg.*
Solvit, qui reum delegat. *Leg.* 8 §. 3 *ff. ad S. C. Vellejan.*
Exacta pecunia est, quae delegata est. *Leg.* 187 *ff. de verb. signif.*
Delegatus fungitur vice delegantis. *Leg. In causae* 16 §. 1 *ff. de minor.* 25 *ann.*
Delegatus non delegat. *Leg. more* 5 *ff. de jurisd.*
Delegatus non subdelegat. *Leg. Cum res* 1 *ff. de damno infect.*

DELICTUM

Vid. *Delinquere — Dubium — Maleficium — Poena — Publice interest — Punitio.*
Delicto obligamur. *Leg. ferè* 195. *ff. de regul. jur.*

Delictum non praesumitur. *Leg. Fraudati* 8 *ff. de publican. ubi gloss.*, *leg.* 1 *ff. pro socio*, *leg. Praetor* §. *docere ff. de vi bonor. rapt.*

Ob populum multum, delictum transit inultum. *Cap. Quantumcumque* 1 *quaest.* 7.

Multitudo, non excusat delictum. *Cap.* 2 *ubi gloss. in verbo praeterire de Cens. in* 6.

Paritas delicti, paritatem poenae requirit. *Leg. Nihil interest. ff. de adulter.*, *Leg. Si quamquam in fin.* Cod. *de Episc. et Cleric.*

Contra delictum commissionis, restitutionem non concedi, secus omissionis. *Leg.* 1, *et leg. fin. Cod. Si advers. delict.*

In dubio, delictum non praesumitur. *Leg. merito ff. pro Socio*; *leg. Praetor.* §. *docere ff. de vi bon. rapt.*

Delictum Praelati, non nocet Eclesiae. *Cap. Delictum*, *de reg. jur. in* 6.

Delictum patris, non debet nocere filio. *Leg.* 2, *et leg. Defuncti ff. de Decurion.*, *leg. Ex liberis Cod. de usufr.*; *leg. Crimen ff. de poenis.*

Delictum defuncti non nocet haeredi, nisi lite contestata. *Leg. Ex judiciorum ff. de accusat.*, *Gloss. in Cap. fin. de sepultur.*

Delictum in non natis non potest considerari. *Leg. Si quis Cod. de inoffic. testam.*

In delictis, ad favorem rei attenditur initium, et non finis. *Leg. Qui cum major in pr.*, *vers. Sed minor. ff. de bon. liber.*, *leg. qui ait lex.* §. *ait. ff. de adulter.*

In delictis consumatis, poenitentia, ad evitandam poenam temporalem, locum non habet. *Leg. Ea mente* 65 *ff. de furtis*, *leg. penult. ff. vi bon. rapt.*

Quis in uno territorio incoepit delictum, et in altero complevit, subjicitur utrique Judici. *Leg.* 1 *Cod. Ubi de crim. agi oport.*

In facto alterius, non praesumitur delictum. *Leg. Invito ff. de Procurat.*

Crimina undecumque claruerint, sunt punienda. *Cap.* 2 *de offic. ordin.*

Qui geminat delictum, veniam non meretur. *Bald. in leg.* 3 *Cod. de Episc. aud.*

Delicta puniri publice interest. *Leg. Ita vulneratus* §. *quod si quis*, *vers. Cum neque impunita ff. ad leg. Aquil.*, *leg.*

Licitato §. *Quod illicite ff. de publican.*, *leg. Congruit* 13 *ff. de offic. Praesid.*

Delicti paritas, paritatem poenae requirit. *Leg. Nihil interest ff. de adult.*, *leg. Si quemquam in fine Cod. de Episc. et Cleric.*

Delictum in omittendo levius est, quam in committendo. *Leg. Metrodorum ff. de poenis.*

Delicta ex voluntate, et proposito distinguuntur. *Leg. Divus ff. ad leg. Corn. de Sicar.*, *leg. Qui injuriae ff. de furtis.*

Delictum praesumitur commissum ab eo cujus commodo cedit. *Bart. in leg. fin. ff. de quaest.*

Delictum fatetur, qui ejus petit veniam. *Cap. Exhibita de homicid.*

Morte, delicta extinguuntur. *Leg. Defuncto ff. de publ. jud.*, *leg.* 1 *et ult. Cod. Si reus vel accusator. mort. fuer.*

Nemo ex suo delicto, meliorem suam conditionem facere potest. *Leg.* 134 §. *de ff. de reg. jur.*, *leg. Si ab hostibus* §. *ult. ff. solut. matrim.*

Delictum personae, non debet in detrimentum Ecclesiae redundare. *Reg.* 76 *de reg. jur. in* 6.

DELINQUERE

Vid. *Delictum — Maleficium.*

Paria sunt delinquere, vel delinquenti non resistere. *Leg.* 1 §. *tantundem ff. de admin. tut.*

Paria sunt delinquere, vel delictum attentare. *Leg. Si quis non dicam Cod. de Episc. et Cler.*, *leg. Is qui cum telo. Cod. de Sycar.*

Gravius in committendo, quam in omittendo delinqui. *Leg. Metrodorum ff. de poenis.*

Nihil delinquit, qui in esse non est. *Leg. Si quis Cod. de inoff. test.*

Delinquere incipiens, neque delictum perficiens, excusatur. *Leg. Qui falsam.* 19 *ff. ad leg. Corn. de Sicar.*

Delinquendo nemo conditionem meliorem facit. *Leg. Praetor* §. 4 *ff. de publ. et vectigal.*

DENOMINATIO

Denominatio semper fit a digniori, et potentiori. *Leg. Cum ex aliqua ff. de acquir. rer. dom.*, *leg. quaeritur ff. de stat. homin.*, *leg.* 1 *in pr. ubi gloss. ff. de verb. oblig.*
Denominatio diversa, significat res esse in substantia diversas. *Leg. Si idem Cod. de Codicill.*
Denominatio saepe probat qualitatem rei. *Leg. Cum Praetor.* §. *ult. ff. de judic.*

DENUNCIATIO

Obscura denunciatio, nullius est momenti. *Leg.* 5 §. 1 *ff. Quod vi, aut clam.*
Denunciatio facta ab eo qui non habet denunciandi ius, non nocet. *Leg. Si major* 13 *ubi gloss. in verb. denunciavit. Cod. de rescind. vend.*

DEPOSITARIUS — DEPOSITUM

Vid. *Compensatio — Creditor — Solvere — Usura*
Depositarius, utendo facit furtum. *Leg.* 3 *Cod. Depositi*; *leg.* 14 *ff. de furtis*
Depositum est quod custodiendum alicui datum. *Leg.* 1 *ff. depositi*
Si rei fungibilis usus concedatur expresse, ex deposito fieri mutuum. *Leg.* 24, *et leg.* 26 *ff. eod.*
Depositarius tenetur deponenti, non ille, qui pecuniam depositam credidit. *Leg.* 7 *Cod. depositi*
Condemnatus ad restituendum depositum, efficitur infamis. *Leg.* 10 *Cod. depositi*, *leg.* 1 *ff. de infam.*
Depositum est gratuitum. *Leg.* 1 *in pr. ff. depositi*, §. 3 *Istit. quib. mod. re contr oblig*; *leg.* 34 *ff. depositi.*
Depositum non transfert nec dominium, nec usum, sed solam custodiam. *Leg.* 1 *in pr. ff. depositi*
Depositum non mutat naturam per honorarium. *Leg.* 2 §. 24 *ff. de vi bon. rapt.*
Depositum restituitur quandocumque deponenti placuit. *Leg.* 1 §. 32, *et* §. 35 *ff. depositi*, §. 3 *Istit. quib. mod. re contr. oblig*, *leg.* 186 *ff. de verb. signif.*

Depositum eo restitui debet, in quo sine dolo malo ejus est, apud quem depositum est. *Leg.* 12 §. 1 *ff. depositi*; *leg.* 11 *Cod. eod.*

In deposito, fructus quoque praestandi sunt. *Leg.* 1 §. 23 *et* 24 *ff. depositi*, *leg.* 38 §. 10 *ff. de usur.*

Depositarius praestare debet diligentiam in deposito. *Leg. Cum* 52 *ff. pro socio*, *leg.* 1 *et leg.* 32 *ff. depositi*

Dolum solum, et latam culpam, si non aliter specialiter convenerit, depositarius praestare debet. *Leg.* 12 §. 3, *et leg.* 14 §. 1 *ff. eod.*

Si convenit ut in deposito, culpa levissima praestetur, rata est conventio. *Leg.* 1 §. 6 *et* §. 35 *ff. depositi, Glos. in leg.* 1 *Cod. depositi*, *in verbo convenit*; *leg.* 7 §. 15 *ff. de pactis*

Depositarius non potest objicere compensationem. *Leg.* 11 *Cod. depositi*, *leg. ult. cod. de compensat.*

Is apud quem res aliqua deponitur, re obligatur. §. 3, *Instit. quib mod. re contr. oblig.*

Depositum ab extraneo depositi, verus dominus a depositario vendicare potest. *Nov.* 88 *Tit.* 17.

Depositum non accedit ut pars rebus depositarii. *Leg. Pro emptore* 2 §. 7 *ff. pro emptore*

Depositi actio bonae fidei est. *Leg. in depositi* 12 *ff. de re jud.*

Depositi proprietas et possessio penes manet deponentem. *Leg. Depositum*, *et leg.* 17 §. 1 *ff. depositi*

Depositi actio nascitur ad rem restituendam ex die depositionis. *Leg. Si stipulatus* 82 §. *Si lancem* 1 *ff. de solution.*

Depositum improprie est, quod non datur causa custodiae. *Leg. Si gratuitam* 17 *ff. de praescript. verb.*

Si depositarius se obtulerit, culpam laevissimam praestat. *Leg.* 1 §. 35 *ff. depositi*, *leg.* 1 §. *saepe evenit. ff. Commod.*

Deponere non est solvere. *Leg. Item liberatus. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.*

Contra depositum confessatum, exceptio non numeratae pecuniae opponi non potest. *Leg. In Contractibus* §. *sed quoniam. Cod. de non numer. pecun.*

Depositario non competit actio furti, sed domino. *Leg. Eum qui* §. *is autem ff. de furtis*, §. *sed is apud quem Instit. de act. ex delict.*

Depositarius pro expensarum necessariarum recuperatione, anterioribus creditoribus praefertur. *Leg. Interdum Cod. qui pot. in pign.*

Depositario pro expensis necessariis, retentio datur. *Leg. Si necessaria ff. de pignor. act.*

Depositarius tenetur servare pacta. *Leg. Is penes quem Cod. depositi*

Depositarius, quando depositum ejus gratia factum est, de dolo, lata, levi, et levissima culpa tenetur. *Leg. Si quis nec causam ff. si cert. pet.*

Depositi actio contra depositarii haeredes transit. *Leg. Si is* 8 *Cod. depositi*

Depositum in re propria, consistere non potest. *Leg. Neque pignus ff. de regul. jur., leg. qui rem ff. depositi.*

Depositum factum coram judice incompetente, est nullum. *Leg.* 4 *§. Condemnatum ff. de re jud., leg. Obsignationem Cod. de solut.*

DEROGARE — DEROGATIO

Vid. *Favor — Testamentum*

Dispositio specialis derogat generali. *Leg. Titia §. penult. ff. de legat.* 2.

Dispositio magis specialis, derogat minus speciali *Leg. Servo manumisso ff. de peculio legato*

Dispositioni generali, per minus generalem derogatur. *Leg. Uxorem §. Codicillis ff. de legat.* 3.

Generalibus semper specialia derogare. *Leg. In toto. ff. de regul. jur.*

DESTINATIO

Destinatio habetur pro re perfecta, vel pro facto. *Leg. Et si non sunt, §. Quid ergo, leg. Lana, et leg. Vestimentorum. ff. de aur. et argen. legat., leg. Ligni §. de legat.* 3.

DETERIOR

Vid. *Damnum — Detrimentum — Res*

Una determinatio respiciens plura determinabilia, uniformiter omnia determinat. *Leg. Jam hoc jure ff. de vulg. et pupill. subst*; *leg quamvis Cod. de impub.*

Dictum, determinatur secundum suam causam. *Leg. Ita autem ff. de admin. tut.*

Quotiescumque duo vocabula ad determinationem ejusdem verbi, vel participii, debent uniformiter intelligi, ut simul et eodem operantur. *Leg. fin. Cod. de Sent. et inter. omn. jud.*

Una determinatio respiciens plura determinabilia diversae rationis et naturae, non aequaliter omnia, sed singula secundum propriam cujusque naturam determinat. *Cap. Ex litteris. De rescript.*, *Bart. in leg. Si Titio ff. de legat.* 2.

Quotiescumque reperiuntur duo vel plura adeo connexa, quod unicam exiguunt determinationem, tunc determinatio fieri debet habito respecto ad dignius et principalius. *Cap. Translato. De constit.*, *leg. Et si non sunt*, §. *perveniamus ff. de aur. et argent. legat.*

Idem verbum ad duo diversa relatum, utrumque in suo statu determinat. *Leg.* 2 *ubi gloss. in verbo manumitti ff. de offic. Proconsul.*, *Gloss. in leg. Gallus* §. 1 *ff. de liber. et posthum.*

Ex decisione casus magis dubii, minus dubius pariter determinatur. *Leg. qui testamento in princ. vers. Ergo et frater ff. de testam.*

Unica determinatio ratione majoris favoris, inequaliter determinat. *Leg. Si ita scriptum fuerit ff. de manumis. testam.*

Unum determinabilium, nunquam determinat aliud. *Leg. Praetor ait* §. *Si quis adventu. ff. Vi bonor. raptor.*

In dispositione hominis voluntaria, unica determinatio uniformiter in omnibus operatur, secus necessaria, vel legali. *Leg. Jam hoc jure in fin. ff. de vulgar. et pupill. substit.*, *leg. Gallus* §. 1 *in gloss. magna ff. de lib. et posthum.*

DETRIMENTUM

Vid. *Damnum.*

Cum alterius detrimento, nemini consulendum. *Leg. nec Avus. Cod. de emanc. lib.*, *Cap. Primum* 22 *quaest.* 2.

Cum alterius detrimento, neminem locupletari debere. *Leg. Nam hoc natura ff. de condit. indeb.*
Detrimentum patitur, qui actione amittit. *Leg. Etsi post.* 8 *ff. si quis caution.*
Detrimentum rei, praestare debet malae fidei possessor. *Leg. Non solum* 13 *ff. rei vind.*

DIAETA

Diaeta legalis, viginti milliaria continet. *Leg.* 1 *ff. Si quis caution.*; *Gloss. in Cap. Praesenti* 34 *v. legalis de praebend. in* 6.

DICERE — DICTUM

Vid. *Dignus — Facere — Factum — Praefatio — Verbum — Vox.*
Dictum determinatur secundum suam causam. *Leg. Ita autem in princ. ff. de adm. tutor.*, *leg. cum pater* §. *dulcissimis ff. de legat.* 2.
Multa dicuntur, quae non fiunt. *Leg. sciendum* §. *dictum ff. de edilit. edict.*
Dictum etiam limitatum, extenditur rationem. *Leg. nomen* §. *fin. ff. de legat.* 3, *leg. regula* §. *fin. de jur. et fact. ignor.*
Specialiter dictum intelligitur, quod est ab omni generalitate abstractum. *Leg. Item apud* §. *hoc edictum*, *ff. de jurejur.*, *leg. servus urbanus* §. *fin. ff. de legat.* 3.
Paria sunt dicere, est speciale, vel de aequitate. *Gloss. in leg. qui res* §. *aream*, *in verb. in perpetuum ff. de solution.*
Paria dicere, haec lex procedit de aequitate, illa de rigore; vel dicere haec corrigit illam. *Gloss. in leg. Cotem ferro* §. *fin. in prin. ff. de publicanis.*
Quae in praefationibus dicuntur, in sequentibus repetita intelliguntur. *Leg. Item quia* §. *fin. ff. de pactis*, *leg. Titia* §. 1 *ff. de stipulat.*
Omne dictum, a sua ratione regulatur. *Leg. cum pater.* §. *dulcissimis ff. de legat.* 2.
Ratio non debet esse eadem cum dicto. *Leg. qui interrogatus ff. de petit. haered.*, *Gloss. in leg. fin. ff. de offic. Proc. Caesar.*

Omne dictum per rationem ampliatur, et limitatur. *Leg. unum* §. *fin. ff. de legat.* 2, *leg. Si is qui animo ff. de acquir. possess., Gloss. in leg. cum pater* §. *dulcissimis ff. de legat.* 2.

Dicta in una lege extenduntur ad omnes res, casus, et personas in quibus eadem ratio reperitur. *Leg. Item veniunt* §. *ait senatus ff. petit haeredit.*

Ubi ratio est generaliter dicto, licitum est a ratione arguere, non obstante dicti specialitate. *Leg. Regula* §. *fin. ff. de jur. et fact. ign*; *Cap. constitutionem de reg. jur. in* 6.

Qui omne dicit, nihil excludit. *Leg. maritus cod. de procurat., leg. cum praetor ff. de judic.*

Id dicimur posse, quod de jure facere possumus. *Leg. conditiones* 14 *ff. de cond. instit.*

Dictum unius, dictum nullius. *Leg. Jurisjurandi. Cod. de testib., Cap. cum dilecti in fin. de accusat.*

Dicenda sunt pauca sapienti. *Nov.* 84 *Tit.* 15 *de consang. et uter. fratr.*

DIES

Vid. — *Judex* — *Solutio* — *Terminus*

Ultimus dies termini, totus debitori conceditur. §. *Omnis Istit. de verb. oblig.*

Potior pars cujusque diei, est horarum septem primarum, non supremarum. *Leg.* 2 *Cod. de verb. signif.*

Dies incertus, appellatur conditio. *Leg.* 30 §. 4 *ff. legat.* 1, *leg.* 12 §. *quod ita ff. de legat.* 2.

Ante diem, peti non potest. *Leg.* 21 *ff. quando dies leg. cedat.*

Cedere diem, significat incipere debere pecuniam. *Leg.* 213 *ff. eod.*

Dies venit, quando peti potest. *Leg. eod.*

In omnibus temporalibus actionibus, nisi novissimus totus dies compleatur, non finit obligatio. *Leg.* 6 *ff. de oblig. et action.*

Dies solutionis, summa pars est stipulationis. *Leg.* 1 §. 2 *ff. de edendo.*

Antequam dies venit, non compensabitur. *Leg.* 7 *ff. de compensationib.*

Dies dicitur de media nocte ad mediam noctem. *Leg.* 8. *ff. de feriis.*

Dies utilis est, quo experiundi potest. *Leg.* 1 *de div. tem. praescr.*

Nec dies dilationis datae, nec dies in quem sistere oportet computantur in dilatione. *Leg.* 1 *ff. si quis caut.*

Dies termini non computatur in termino. *Leg.* 1 *ff. Si quis cautio, leg. ubi lex. ff. de reg. jur.*

Dies interpellat pro homine. *Cap. potuit de locato, leg. magnam Cod. de contrah. et comm. stipul.*

Dies inceptus, habetur pro completo in favorabilibus. *Leg.* 1 *ff. de manum, leg. qua aetate* 5 *ff. de testament., leg. usucapione* 15 *et ibi gloss. in pr. ff. de divers. et temp. praescr.*

Dies tacita interpellat, et constituit in mora sicut expressa. *Leg.* 2 *in fin. Cod. de jur. emphyteut.*

In omnibus obligationibus in quibus dies non ponitur, praesenti die debetur. *Leg.* 14 *ff. de regul. jur., leg.* 41 §. *quoties ff. de verb. obligat.*

In stipulationibus, diei adjectio pro promissore est; in testamentis pro haerede. *Leg.* 17 *ff. de regul. jur.*

Diei adjectio regulariter est pro debitore. *Leg.* 4, *et leg.* 42 *ff. verbor. oblig.*

Die fieri dici, quod fit in aurora. *Leg. Titius* 25 *ff. de lib. et pusth.*

Die praesenti debetur, quod indefinite promissum est. *Leg. Eum.* 41 *ff. de verb. oblig., leg.* 14 *ff. de reg. jur.*

Dierum mentione facta, intelligitur biduum. *Leg. Eum qui* 41 *ff. de verbor. oblig.*

Die Dominica est ab omni opere illicito abstinendum. ·*Cap.* 1 *de Feriis, leg. Omnes* 3 *Cod. de Feriis*

Nullus actus judiciarius potest exerceri die in honorem Dei feriato. *Leg. Dies festos.* 10 *Cod. de feriis.*

Omnis dies est juridica, nisi appareat quod sit feriata. *Leg. Omnes* 7 *Cod. eod.*

DIFFERENTIA

Plus, et minus non inducunt specificam differentiam. *Leg. fin. ff. de fund. instr.*

DIFFICULTAS

Difficultas non excusat a poena. *Leg. Continuus* §. *Illud. ubi Not. ff. de verb oblig.*

Difficultas non excusat ab obligatione. *ibid.*

Difficultas non excusat debitores quantitatis a mora. *Bart. in leg. quod te mihi N.* 14 *ff. si cert. petat*; *et in leg. Continuus* §. *illud Num.* 5 *et* 6 *ff. de verb. oblig.*

DIGNITAS

Vid. *Causa* — *Filius* — *Mulier* — *Uxor*

Dignitas accidentalis, contrario accidente resolvitur. *Leg. Cum te* 10 *Cod. de nuptiis.*

Dignitas extinguit infamiam. *Leg. Imperialis* §. *Similes. Cod. de nupt.*

Ad regimina, et dignitates, non praetium, vel ambitio, sed probata vita proveere debet. *Leg.* 1 *Cod. ad leg. Jul. repet.*

Ex aequali conversatione nascitur contemptio dignitatis. *Leg. Observandum ff. de off. Praesid.*

Dignitas aggravat peccatum. 2 *Caus.* 15 *q.* 8 *ubi gloss. in verbo corruerint.*

Dignitates, et matrimonia non debent esse venalia. 26 *Caus.* 2 *q.* 1 *ubi gloss. in verbo sortiendis.*

Dignitates conferantur secundum merita. 25 *Caus.* 2 *quaest.* 2 *ubi gloss. in verbo locum.*

Dignitas non moritur. *Cap. Quoniam Abbas. de offic. jud. deleg.*, *et Gloss. in Cap. Significavit verb. viveret. de Rescript.*

Dignitas labore quaerenda est. *Leg. Contra publicam. Cod. de re militar.*, *Cap. Cum post. ubi gloss. in verb. Requisitum. de election.*

Infamibus, portae non pateant dignitatibus. *Reg.* 87 *de regul. jur. in* 6.

Criminosus dignitas non debet comitari. *Leg. Judices Cod. de dignitat*; *Cap.* 1 *de sentent. excom. in Extrav. comm. ubi gloss. vers. Anathematizamus.*

DIGNUS

Vid. *Accessorium*

Quae praecedunt, seu praemittuntur, digniora censentur. *Gloss.* §. *Ult. Instit. de jur. nat.*

Dignum magis, trahit ad se minus dignum. *Leg. Quae religiosis ff. de rei vind.*, *Leg. Si communem. ff. quaemadmod.*

serv. amitt., *leg. Justissime ff. de edil. Edict*; *leg. Per minorem ff. de judic.*

Dignus nemo potest esse in uno loco, et in alio indignus. *Cap. Accepimus. de aetat. et qualit. ec. ubi gloss. in verbo reputare*

Digniores sunt praeferendi. *Cap. Cum dilectus filius. de electione ubi gloss. in verb. Digniores.*

Dignius attrahit minus dignum. *Cap. Quod in dubiis. de consecrat. Eccles. vel Altar. ubi gloss. in verb. consecratum.*

DILATIO

Vid. *Fiscus — Judex —*

Cessante causa dilationis, cessat dilatio. *Leg. Si quis haeres ff. de acq. haered.*

Dilatio concessa debitori, nihil novi inducit. *Gloss. fin. in Cap. his qui authoritate de praeb. in* 6.

Dilationes in dubio, intelliguntur continui temporis. *Leg.* 1 *Cod. de feriis*

Dilata non auferuntur. *Leg. Quoties* 2 *Cod. de praecib. Imp. offer.*

Dilatio lege concessa, damnosa esse non debet. *Leg. Illud. ff. de off. praef.*

Dilatio concessa super principali, censetur concessa super accessorio. *Leg. Cum Prior* 3 *ff. de distract. pign.*, *leg. Item* 6 *ff. quib. pign. vel hypoth. solv.*, *leg. Quaesitum* 14 *ff. de pign. et hypoth.*

Dilatio probatoria, danda est. *Leg.* 1 *et leg.* 4 *Cod. dilationib.*

Qui petit dilationem ad solvendum, dicitur sententiam approbare, et appellationi renuntiare. *Leg.* 5 *Cod. de re-judicat.*

DILIGENS — DILIGENTIA

Diligens in suis debet, et in alienis similiter facere. 38 *Caus.* 23 *q.* 4 *ubi gloss. in verbo Alius.*

Industria, et diligentia defuncti, non debet esse successoribus damnosa. *Leg. Final. Cod. de Alluvion.*, *Gloss. in Cap. Cum Clerici. de pactis.*

Diligens quisque in officio suo esse debet. *Leg. Divus.* 14 *ff. de offic. Praesid.*

Diligentia cuique sua prodesse debet. *Leg. Debitor.* 3 *ff. de separationib.*

Diligentiam suam, nemini damnosam esse oportet. *Leg. Jubemus* 17 *Cod. de omni agr. desert.*

Diligentiores melioris conditionis esse debent. *Leg. In compensationem* 8 *ff. de compens.*

DIMINUTIO

Vid. *Periculum*

Diminutio facta in codicillis per verba generalia, non comprehendit legata ad pias causas. *Leg. Libertos quos* 18 §. *Posthumis ff. de alim. et cib. legat.*

Diminutiones periculum, vel damnum pertinet ad eum ad quem res pertinet, seu ad dominum rei, vel creditorem, aut cui res est perventura. *Leg.* 1; *et leg. Cum inter Cod. de per. et com. rei vend.*, §. *Cum autem. Instit. de empt. et vend.*, *leg. Quod ff. de empt. et vend.*

Diminutio quae est in re de qua disponitur tempore dispositionis, non facit cessare dispositionem. *Leg. Domum ff. de contr. empt.*

DIRECTUS

Multa per abliquum conceduntur, quae directo prohibentur. *Leg.* 1 *ff. de auct. tutor.*

Directum facilius abliquatur, quam e contra. *Leg. Scaevola ff. ad S. C. Trebell*; *leg. Verbis, ubi gloss.*, *et leg. Coheredi* §. *Cum filiae*, *ff. de vulg. et pupil.*

Favorabilibus est directum quam abliquum. *Leg. fin. ff. qui man. non etc.*

Non debet per abliquum induci, quod directo commodius fit. *Leg. Quia ratio ff. de condit. istit.*

DISCORDIA

Vid. *Communio — Societas —*

Discordiam occasiones penitus removendas. *Leg. Equissimum ff. de usufr.*, *leg. Cum pater* §. *Dulcissimis ff. de legat.* 2.

Discordiam tollere, judicis officium est. *Leg. Thais* 41 §. 5 *ff. de fideicom. libert.*

Non dicuntur discrepantia, quae conveniunt in ratione. *Leg.* 1 §. *per servum. ff. de acq. poss.*

DISJUNCTIVUS — DISJUNCTUS

Disjuncta cadens inter genus et speciem, capitur pro conjuncta. *Leg. Quintus ff. de aur. et arg. legat.*

Disjuncti re videntur, qui aequis partibus vocati. *Leg. Item* 17 *ff. de haer. inst.*

Disjunctivae partes, alteram veram esse in stipulationibus sufficit. *Leg. Si is qui* 14 *ff. de reb. dub.*

Disjunctivarum, unam veram esse sufficit. *Leg. Lucius* 85 *ff. de haered. instit.*

DISPENSATIO

Vid. *Illicitus*

Dispensatio super principali, procedit etiam super consecutivis. *Gloss. in Cap. Quia tantum. de praebend., et in Cap. non potest, eod. tit. in* 6.

Valida est dispensatio, licet erratum fuerit in nomine personae, vel Dioecesis. *Arg in leg. Si me in vacuam* 34. *ff. de acquir. posses; et §. Si quis in nomine. Istit. de legatis.*

Dispensatio revocari non debet. *Cap. Ex tuo nobis. de fil. praesbyter.*

In dispensatione voti, attendi debet debilitas, et paupertas. *Cap. Quod super his de vot. et vot. redem.*

DISPONERE

Vid. *Dispositio — Dispositum —*

Disponere de re sua quilibet potest. *Leg. Dudum. Cod. de contr. empt. leg., In re mandata Cod. Mandati.*

Disponens, et dispositum se sub eodem genere non compatiuntur. *Leg. fin. ff. de fund. istruc.*

DISPOSITIO

Vid. *Causa* — *Contractus* — *Extendere* — *Extensio* — *Legis* — *Mutatio* — *Praesuppositum* — *Verbum*

Dispositio generalis non comprehendit casum specialiter definitum. *Leg. Doli clausula ff. de stipulat.*, *leg. Cum in testamento* §. *fin. ff. de haered. istit.*, *leg. Servo manumisso ff de pecul. legat.*

Dispositio facta in uno conjunctorum, ad reliquum extenditur. *Leg. Ancillae Cod. de furtis.*

Dispositio eo loco facta videtur, in quem ejus confertur effectus. *Leg. Contraxisse ff. de action. et oblig.*

Dispositio generalis omnes casus includit, dato quod major sit ratio in uno, quam in alio. *Leg.* 1 §. *quod autem ff. de alea lusu*, *et aleator.*

Dispositio specialis derogat generali. *Leg. Titia* 1 §. *penult. ff. de legat.* 2.

Dispositio magis speciali, derogat minus speciali. *Leg. Servo manumisso. ff. de pecul. legat.*

Dispositioni generali, per minus generalis derogatur. *Leg. Uxorem* §. *Codicillis ff. de legat.* 3.

Dispositio quantumcumque generalis non extenditur ad incogitata. *Leg. Cum Aquiliana ff. de transact.*

Dispositio generalis, includit casus etiam privilegiatos. *Leg. In fraudem* §. *fin. ff. de milit. testam.*

Dispositio de aliquo actu facta, non ad necessarium, sed ad voluntarium actum refertur. *Leg. Peto* §. *Praedium ff. de legat.* 2, *leg. Cum Fideicommisso ff. de fidecommiss. libertat.*

Dispositio facta sub nomine appellativo, sublato illo nomine, non operatur. *Leg. Si antequam. ff. de donat. int. vir. et ux.*

Dispositio generalis continens extensionem actus jam concessi, non restringitur ad habilitatem. *Leg.* 1 §. *Nunciatio ff. de nov. op. nunciat*; *leg.* 3 §. 1 *in fin. ff. de tutel.*

Dispositio realis plenius providet, quam personalis. *Leg. Jurisgentium* §. *Pactorum ff. de pact.*, *leg. Si necessarias.* §. *de vendendo. ff. de pignor. act.*

Dispositio negativa trahitur in infinitum. *Gloss. fin. in leg. Hoc genus. ff. de condit*, *et demonstr.*

Dispositio respiciens personas, specialior est quam quae res, ad causas intuetur. *Bald. in leg. Gallus. §. ille Casus. ff. de liber. et posthum.*

Ex duabus dispositionibus specialibus, illa specialior est, et praevalet in qua est major ratio specialitatis. *Bald. in leg. Hac consultissima Cod. qui testam. fac. poss.*

Dispositio omnis ita intelligi debet, ne sibi contradicere videatur. *Cap. Inter dilectos. §. Caeterum. de fid. Istrument.*

Dispositio legis et hominis, aequiparautur. *Leg. Si in testamento in fine ff. de vulg. et pupill.*

Dispositio legis magis ultimae voluntati, quam contractui cooperatur. *Leg. Ea demum. Cod. de Collat.*

Dispositio limitata, secundum limites adjectae rationis extenditur. *Leg. Nomen. §. fin. ff. de leg.* 3, *leg. Regula §. fin. ff. de jur. et fact. ignor.*

Dispositio prohibitiva, potentior est permissiva. *Leg. Alienatum ff. de verb. signif., leg. Filius familias §. fin. ff. de donat., Gloss. in leg. Hoc genus ff. de condit., et demostrat.*

Dispositio potius judicanda est superflua, quam iniqua. *Leg fin. §. In computatione in fin. Cod. de jur. deliber., Bald. in leg. Terminato Cod. de fruct. et lit. expens.*

Dispositio loquens de tali, verificatur in incipiente fieri tale. *Leg. Et si non sint. §. Quid ergo ff. de aur. et arg. legat.*

Dispositio etiam favorabilis in casu prohibito facta, non confirmatur licet perveniat ad casum permissum. *Leg. Si servo ff. qui et a quib.*

Dispositio hominis non aeque facile extenditur, ac dispositio legis. *Cap. Susceptum, de rescript. in* 6, *Cap. Cum illis de Praebend. in* 6.

Cui non conveniunt verba, non convenit dispositio. *Leg.* 4 *§. toties ff. de damn. infert., leg. Quod constitutum ff. de milit. testam.*

Dispositio generalis quae non potest verificari nisi in una specie, censetur specialis. *Leg. Si optio ff. de option. vel. elect. legata, leg.* 2 *ff. de liber. et posthum.*

Licet verba ex toto non conveniant, si tamen effectus aliqualiter convenit, habet locum dispositio. *Gloss. in Clem. uni. in verbo Censura, De Usu.*

Ubi remanet eadem causa, et substantia, licet aliquod accidens variatur, non variatur dispositio. *Cap. Inter corporalia. De traslat. Episcop.*

Illud habetur pro disposito, quod verisimiliter dispositum fuisset, si de eo fuissent disponentes interrogati. *Glos. ult. in leg. tale pactum in fin. ff. de pactis, leg. Titius §. Lucius ff. de liber. et posthum.*

Dispositio exorbitans, non debet exhendi ultra casum specialiter expressum. *Leg. Si servum. §. non dixit Praetor. ff. de acquir. haered. leg. Costitutionibus ff. ad Municipal.*

Dispositio simpliciter facta, intelligitur facta eo casu, quo de jure fieri potest. *Leg. Gallus §. quidam recte ff. de liber. et posthum.*

Omnis dispositio ita saue intelligenda est, ut absurditas excludatur. *Leg. de pupillo §. Si quis forte ff. de nov. oper. nunciat, leg. penult. ff. ad exhibend.*

Qualitas adjecta dispositioni quae in casu de quo agitur non consideratur, non auget effectum ipsius dispositionis. *Leg. 1 Cod. de legit. haered.*

Omnis dispositio quantumcumque generalis, restringenda est ne quis indebite damnum patiatur. *Leg.* 2 *Cod. de noxalib. action.*

In generali dispositione, odiosi, et inimici non comprehenduntur. *Leg. Lucius §. Lucius titius ff. de legat.* 2.

Dispositio hominis, licet extendatur de casu ad casum, non tamen de persona ad personam. *Leg. Si quis ita §. penult. ff. de testam. tutel., leg. Gallus §. et quid si tantum ff. de lib. et posthum.*

In odiosis, dispositio facta de simplicibus, casum mistum non comprehendit. *Leg. vim passam, §. praescriptione ff. de adult., leg. hoc legatum ff. de legat.* 3.

Dispositio loquens in casu vero, extenditur etiam ad casum fictum. *Leg. Gallus §. et quid si tantum ff. de lib. et posthum; leg. 1 §. lex. falcid. ff. ad leg. falcid.*

In generali dispositione non comprehenduntur ea quae verisimiliter non fuissent in specie comprehensa. *Leg. obligatione generali ff. de pignor.*

Dispositio specialis invalida, generali non derogat. *Leg. fin. ff. de aur. et arg. leg.*

Quae speciali nota digna sunt, in generali dispositione non includuntur. *Leg. Item apud §. hoc edictum. ff. de injuriis, Cap. quamvis de praebend. in 6.*

Dispositio generalis per rationem restringitur. *Leg. cum pater* §. *dulcissimis* *ff. de legat.* 2.

Paritas rationis, inducit paritatem dispositionis. *Leg. a Titio ff. de stipulat., leg. Illud ff. ad leg. aquil.*

Ultimam dispositionem, et primum contractum praevalere. *Leg.* 4 *ff. de adim. legat, leg.* 4 *Cod. qui pot. in pign. hab. etc.*

Generalis dispositio, ad terminos habiles coharctatur. *Leg.* 1 *Cod. de sacr. sanct. ecles.*

Dispositio facta de contractu, trahitur ad quasi contractum. *Leg. apud Julianum in fin. ff. ex quib. caus. in poss. eat.*

Dispositio ubi potest referri ad probibendum, vel permittendum, debet intelligi de prohibendo. *Leg. relegatorum in fin. ff. de interdic., leg. si gravi ff. ad S. C. Syllan.*

Dispositio debet intelligi de primo actu. *Leg. Boves* §. *hoc sermone ff. de verb. signif.*

Dispositio non fundatur super non ente. *Leg. Tutor petitus* §. *suae ff. tutor, et curat.*

Dispositio semper accipienda est de casu dubitabili. *Leg.* 1 *ff. ad municipal.*

Dispositio omnis intelligitur, rebus sic stantibus, et in eodem statu permanentibus. *Leg. quod, et leg. Servius ff. de condict. ob. caus, Cap. In parochia* 16 *q.* 1, *Gloss. in cap.* 2 *de rescript.*

Defectus causae finalis, vitiat dispositionem. *Leg. ult. ff. de testament. tutel.*

Dipositio haeredis non tollit dispositionem defuncti. *Leg.* 103 *ff. de legat.* 1.

DISPOSITUM

Vid. *Dispositio.*

Dispositum in uno correlativorum, censetur dispositum et in altero. *Leg. fin. Cod. de indict. viduit. tollend., leg. fin. ff. de acceptil.*

Dispositum de aliquo ut tali, non trahitur ad illud simpliciter consideratum. *Leg. Item eorum in princ. ff. quod cujus univ. nom., leg. debitor. in fin. ff. ad S. C. Trebell.*

Dispositum, et disponens se sub eodem genere non compatiuntur. *Leg. fin. ff. de fund. instruct.*

DISSENSUS — DISSENTIRE

Dissentire videtur qui non consentit. *Leg. qui vias* 48 §. 5 *Ancilla. ff. de furtis.*
Dissentienti, summa facilitas est. *Leg. Item* 17 §. 6 *ff. de recept. arbitr.*
Dissensus, difficulter probatur. *Cap. ad id. de sponsalib.*

DISSIMULARE — DISSIMULATIO

Dissumulatio nimia legibus prohibita. *Leg. observandum* 19 *ff. de offic. Praef.*
Dissimulans pro consentiente habetur. *Leg. Si liberti* 2 *Cod. de bon. liber.*
Dissimulatio moderata, legibus permissa. *Leg. observandum* 19 *ff. de offic. Praef.*
Nemo potest dissimulare se leges nescire. *Leg.* 12 *Cod. de jur. et fact. ignor.*

DISSOLVERE

Nihil tam naturale est, quam eo genere quodque dissolvere, quo colligatum est. *Leg.* 36 *ff. de reg. jur.*
Omnia quae jure contrahuntur, contrario jure pereunt. *Leg.* 101 *ff. eod.*
Mutuo consensu, contractus dissolvi possunt. *Leg.* 58 *ff. de pact.*, *leg.* 1, *et leg.* 2 *Cod. Quando lic. ab empt. disced.*
Dissolvi quodque potest, quod ligari potest. *Leg. Matrimonium* 1 *Cod. de repudiis.*

DISTINGUERE

Vid. *Lex.*
Non distinguendum, si in mandatis Principum non distinguitur. *Leg.* 3 *ff. de offic. Praesid.*
Ubi lex non distinguit, nec distinguendum est. *Leg.* 8 *ff. de publ. in rem act.*
Distinctio temporum, est concordia scripturarum. *Leg. Apud antiquos. Cod. de furtis.*
Distinguimus ipsa negotia ex qualitate personarum. *Leg. Cum de indebito* 25 §. 1. *Sin autem ff. de probation.*

In judicio, non est personarum distinctio attendenda. *Cap. Novit. de judic.*

DIU

Vid. *Diuturnitas — Fidejussor*

Diu, idest decennium. *Gloss. in leg.* 38 *ff. Mand.*, *verb. condemnetur.*

Diu dicitur quod decem annis. *Leg.* 1 §. 22 *ff. de aqua pluv. arc.*, *leg. Cum Domini* 56 *ff. locat. cond.*, *leg. De quibus* 32 *ff. de legib.*, *leg. Diu* 7 *Cod. de susceptorib.*, *leg. Possideri* §. 6 *ff. de acquir. possess.*

Diu, et tempus prolixum differunt. *Leg. Desertorem* 3 *ff. de re milit.*

DIUTURNITAS

Vid. *Taciturnitas*

Diuturnitas temporis, seu taciturnitas sola ad praescriptionem non sufficiens. *Leg. Libertis quos* §. *manumissus ff. de alim*, *et cib. leg.*

Diuturnitas temporis in non petendo debitum, non inducit remissionem debiti seu donationem. *ibid.*

DIVERSITAS — DIVERSUS

Vid. *Actus — Nomen.*

Ex diversis non infertur. *Leg. Papinianus ff. de minorib.*

Diversorum, diversum est judicium. *Leg. Inter stipulantem* §. *Sacram. ff. de Stipulat.*

Diversa ratio, reformat actum. *Leg. Interpositas Cod. de Transact.*

Diversitas rationis, diversitatem juris inducit. *Leg. fin. ff. de ritu nupt.*

In actu iterabili, diversitas loci, vel temporis, arguit facti diversitatem. *Leg. Numquam plura ff. de priv. delict.*, *leg. Si communem ff. de servit. urb. praed.*

In actu non iterabili, diversitas loci, vel temporis, contrarietatem inducit. *Leg.* 1 *Cod. qui accus. non poss.*, *Cap. Cum tu*, *Extr. de testib.*

A diversis non fit illatio. *Leg. Papinianus ff. de minor.*

Diversitas circa eamdem rem non debet induci. *Leg. Eum qui aedes ff. de usucap.*

Una et eadem res non debet diverso jure censeri. *Leg. Eum qui aedes ff. de usucap.*

DIVINARE

Divinare nemo tenetur. *Leg. Si putator ff. ad leg. Aquil.*, *leg. Si fidejussor vers. ignoscendum ff. Mandati*, *leg. Apud Celsum ff. de dol. mal. except.*

Divinatorius intellectus rejicitur. *Leg. fin. Cod. de contrah. empt.*

Divinare nemo permittit. *Auth.* 66. *Si putator ff. ad leg. Aquil.*

DIVIDERE — DIVISIO

Vid. *Evictio.*

Ex pacto nudo divisionis non oritur actio, nec transfertur dominium, nisi traditione secuta. *Leg. Si divisionem* 15 *Cod. famil. erciscund.*

Divisio facta inter praesentes, juri absentis non praejudicat. *Leg. Cohaeredibus* 17 *Cod. eod.*

In judicio divisionis, debet sequi voluntatem defuncti. *Leg. Filii* 16, *et leg.* 21 *Cod. eod.*

Pater inter filios potest in se assumere officium arbitri dividentis. *Leg. Si cogitatione* 21, *et leg.* 26 *Cod. eod.*

Divisio habet similitudinem emptionis. *Leg. Divisionem* 1. *Cod. Commun. utriusque judic. etc.*

Divisio facta a judice incompetente, potest partium consensu validare. *Leg. Etiam* 2 *Cod. eod.*

In divisione subvenitur deceptus. *Leg. Majoribus.* 3 *Cod. eod.*

Ubi non est communio, non cadit divisio. *Leg. Familiae* 9 *Cod. eod.*, *leg.* 1, *et leg.* 2 *ff. communi divid.*

A divisione juste, et rite facta, non potest recedi. *Leg. Si inter* 8 *Cod. Commun. utriusq. jud. etc.*

Divisio bonorum, tametsi facti, praesumitur tamen facta ex diuturna possessione. *Leg. Si major* 4 *Cod. commun. divid.*

Divisio commodioris culturae causa facta, plures fondos non constituit. *Leg. Cajus* 88 §. *Titius ff. de legat. et fideicommiss.* 2.

Divisione, res duae efficiuntur. *Leg. Communi* 7 §. *Neratius* 1 *ff. commun. divid.*

Erronea divisio, non officit dividenti. *Leg. Si post* 4 *Cod. de jur. et fact. ignor.*

Castrensia non veniunt in divisione cum fratribus. *Leg. Si filius* 4 *Cod. Famil. erciscund.*

Divisio facta inter quosdam ex sociis, aliis absentibus non praejudicat. *Leg. Cohaeredibus* 17 *Cod. famil. erciscund.*

Divisio valet sine scriptura. *Leg. Si major* 4 *Cod. commun. dividund.*, *leg.* 9 *Cod. de fid. instrum.*

Pro rata successionis, petitur divisio haereditatis. *Leg. Inter filios* 11. *Cod. Famil. erciscund.*

Divisio facta cum proprietario, non praejudicat fructuario. *Leg.* 31 *ff. de usu et usufr. legat.*

Quod est ipso jure divisum per legem, non potest ministerio Judicis dividi. *Leg. ea quae* 6 *Cod. famil. erciscund.*

Paria sunt divisionem a Judice, vel a testatore fieri. *Leg.* 3 *in princ. ff. de lim legat.*

Paria sunt haereditatem non dividere, vel divisam uni tantum relinquere. *Leg. quidam elogio Cod. de jur. deliber.*, *leg.* 2 *ff. de acquir. haered.*

Inter filios bona patris sunt aequaliter dividenda. *Leg. Inter. Cod. Fam. ercisc.*

Ea quae in parte dividi non possunt, solida a singulis haeredibus debentur. *Leg.* 192 *ff. de regul. jur*, *leg. haeredes* §. *contra ff. famil. erciscund.*, *leg.* 2 §. *ex is ff. de verb. oblig.*, *leg. Si duo haeredes. ff. deposit.*

Divisionem non recipiunt incorporalia. *Leg. Pomponius* 8 *ff. de rei vindic.*

Divisio gratia uberioris culturae, diversos fundos non facit. *Leg.* 88 §. *Titius ff. de legat.* 2.

DIVITIAE

Vid. *Bonum — Ecclesia — Mos — Tutor.*

Dives plus obligatur quam pauper. *Leg.* 2 *Cod. de Episc. aud. ubi gloss.*

Divitias habere peccatum est, si propter eas justitia deseritur. *Gloss. in cap.* 1 *caus.* 12 *quaest.* 1 *vers. si aurum.*

DIVORTIUM

Vid. *Dos.*

Divortium revocatur donatio. *Leg. In his* 66 §. 1 *ff. solut. Matr.*

Divortio matrimonium solvitur jure civili. *Leg. Cum quaerebatur* 240 *ff. de verb. signif.*

Divortium sine jurisdictione Ecclesiae, non tenet. *Cap. Porro de divort.*

DOCERE — DOCTOR — DOCTUM

Doctum non facit indoctus. *Leg. nullus* 44 *Cod. de decurionib.*

Doctor malus, non potest facere bonum Scholarem. *Leg. ead.*

Doctores reprehendendi non sunt. *Cap. utrum. de consecrat. dist.* 2 *ubi gloss. verb. patienter.*

Doctor esse non debet illegittimus. *Leg. honor.* 14 *ff. de muner. et honorib. ubi gloss. verb. natalium.*

Docere maligne, decipere est. *Leg. rectissime in fin. ff. de liber. caus.*

Doctor praefertur militi. *Istit. lib.* 1 *in proem. vers. legibus ubi gloss.*

Culpa similis est tam prohibita discere, quam docere. *Leg. penult. Cod. de malefic.*

DOCUMENTUM

Vid. *Chirographum — Instrumentum — Monumentum — Scriptura — Testis.*

DOLOR

Difficillimum est justum dolorem temperare. *Gloss. in leg. Si adulterium cum incestu. §. imperatores. ff. de adulter, leg. Graccus. circ. fin. Cod. eod.*

DOLOSUS

Vid. — *Dolus.*

Dolosus doloso, nihil potest objicere. *Leg. Tutor* 3 *ff. de suspec. tut. vel curat., leg. Si duo* 36 *ff. de dolo, leg. Praetor* 2 §. *Merito ff. ne quid in loc.*

Dolosi in solidum tenentur, non pro parte. *Leg. In Magistratus 7 ff. de Magistr. conv.*

Doloso non succurritur. *Leg. Si Titius* 48 §. *ff. de fidejussorib.*

Dolus doloso noxius, non alteri. *Leg. Qui a debitore ff. quae in fraud. cred.*

Nil dolosius doloso. *Leg.* 2 §. *idem ait. ubi gloss. in verbo aedificaveras. ff. ne quid in loc. publ.*

Dolosus melioris conditionis esse non debet, quam non dolosus. *Leg. Si a domino* 36 §. *Si praedo ff. de haered. pet.*

DOLUS

Vid. *Actus — Culpa — Dolosus — Exceptio — Facere — Haeres — Petere — Procurator — Tutor. —*

Paria sunt dolum re ipsa, vel ex proposito intervenire. *Leg. fin. Cod. qui man. non poss.*

Dolis, ac fraudibus, modis omnibus occurrendum. *Leg.* 1 *ff. de dolo, Cap. Sedes de Rescriptis*

Neminem ex suo dolo, vel calliditate relevari. *Leg. Rerum.* §. *tempus ff. pro Socio*

Quamlibet causam, vel injustam a dolo excusare. *Leg. Igitur* §. *et generaliter. ff. de lib. caus.*

Alterius dolus, aut desidia alteri nocere non debet. *Leg. Electio in fin. ff. de noxal., leg. fin.* §. *Curator, et leg.* 2 *ff. de dol. except., leg.* 11 *ff. de dolo malo.*

Nulla pactione effici potest ne dolus praestetur. *Leg.* 27 §. 3 *ff. de pactis, leg.* 23 *ff. de reg. jur.*

Si duo, dolo malo fecerint, invicem de dolo non agent. *Leg.* 36 *ff. de dolo malo, leg.* 57 §. 3 *ff. de contrah. empt.*

Dolum malum facit, qui aliena jactura lucrum quaerit. *Leg.* 17 §. 4 *ff. de ist. act.*

Dolo facit qui petit quod quaque exceptione elidi potest. *Leg.* 2 §. 5 *ff. de dol. malo*

Dolo agit qui petit quod redditurus est. *Leg.* 8 *ff. eod., et leg.* 173 §. 3 *ff. de reg. jur.*; *Reg.* 9 *de reg. jur. in* 6.

Dolo agit qui contra pactum petit. *Leg.* 2 §. 4 *ff. de dolo malo.*

Adversus doli exceptionem, non datur replicatio doli. *Leg.* 4 §. 13 *ff. eod.*

Dolus futurus nunquam intelligitur remissus. *Leg. Si unus* §. *Illud nulla ff. de pact., leg. Convenire ff. de pact. dotal.*, *leg. Ita demum ff. de pact. arbitr.*

Dolus, si verbis fallacia, si factis fraus, dicitur. *Leg.* 1 *ff. de dolo.*

Dolus, et fraus cuiquam patrocinari non debent. *Cap. Cum dilectus* 8 *de relig. domib.*, *Cap. Ex tenore* 16 *de rescript. leg. Nec ex dolo ff. de dolo*, *leg.* 3 *ff. de transact.*, *leg. Is qui dolo ff. de rei vindic.*, *leg. penult. in fin. ff. de jure dotium, leg. Si ex dolo. ff. de re judic., leg. Etiam* §. 1 *ff. solut. matrim.*

Dolus praeponderat culpae. *Leg. Item si obstetrix.* §. *fin. ff. ad leg. Aquil; Gloss. in leg.* 15 *Cod. de rescind. vend. vers. pacto vilioris*

Dolus cum dolo compensatur. *Leg. Viro* 40 *ff. solut. matrim.*, *leg. Si ambo ff. de compens.*, *leg. Si duo* 36 *ff. de dolo*, *leg. Si filium. Cod. de liber. caus.*, *Cap. Ult. de haeret.*

Dolus non fit volenti, et scienti. *Leg. Nemo ff. de reg. jur.*, *leg. Cum donationis Cod. transact.*

Dolo facere praesumitur qui fecit, quod facere non debuit. *Leg. Tutor qui repertorium ff. de administr. tut.*, *leg. Procuratorem* §. *dolo. ff. Mandati*, *leg. Dolo ff. ad leg. Falcid.*

Scienti non infertur dolus. *Leg. Venditor* 11 *Cod. de rescind. vendit.*

Dolus neminem relevat. *Cap. Audivimus. de delictis pueror. ubi gloss. in verb. Spoliare*

Ex dolo alieno, nemo lucrari debet. *Leg. Nec ex dolo ff. de dolo*, *leg. Ult.* §. 1 *ff. de eo per quem fact. erit.*

Ex suo dolo, nemo lucrari debet. *ibid.*

De dolo non agit, qui et ipse in eadem re, dolum admisit. *Leg. Si duo ff. de dolo.*

Dolus in hostem, bonus est. *Cap.* 21 *Caus.* 22 *q.* 2 *ubi gloss. verb. Utilem*

Dolus venditoris, non prodest emptori. *Leg. Sicut* 37 *ff. de act. empt.*

Dolo dante causam contractui, contractus ipso jure non valet. *Leg. Ea vero* 3 *ff. pro socio*, *leg. Si probus* 1 *Cod. Si advers. fisc.*

Dolo facit qui aliena quae habet, non reddit. *Leg. Procurator.* 23 *ff. de liberat. legat.*

Quod quis mandato facit judicis, dolo facere non videtur. *Reg.* 24 *de reg. jur. in* 6.

Dolo facit qui sciens, alienum dat. *Leg. Ad rem* 62 *ff. de aedil. edic.*

Dolo non facit, qui fraudem excludit. *Leg. Cum* 78 *de leg. et fidec.* 2.

Dolo non committit qui jure suo utitur. *Leg. Actione* 65 *ff. pro Socio, leg. Fidejussor* 62 *ff. de fidejussor.*

Dolo ex suo, furti actio nemini quaeritur. *Leg. Eum qui* §. 1 *ff. de furtis.*

Dolum non admittit qui ignorat. *Leg. Quod et.* 3 §. *is qui ff. de lib. hom. exhib.*

Dolum non committit qui suum commodum jure prosequitur. *Leg. Si Mulier* 10 *ff. de condit. caus. dat.*

DOMICILIUM

Cives, origo, incolas domicilium facit. *Leg.* 7 *Cod. de incolis etc.*

Ubi quis negotiatur, contrahit, festos dies celebrat, domicilium est. *Leg.* 27 §. 1 *ff. ad Municip. et de incol.*

Solus domus possessio, non facit domicilium. *Leg.* 17 §. 13 *ff. eodem*

Duobus locis domicilium quis habere potest. *Leg.* 6 §. 2 *ff. eodem, leg. Senatores* 11 *ff. de Senator.*

Difficile est sine domicilio esse quemquam. *Leg.* 27 §. 2 *ff. eod.*

Mulieres ex persona Mariti domicilium habent. *Leg.* 13 *Cod. de dignit.*

Viduae Mariti domicilium tenent. *Leg.* 22 §. 1 *ff. ad Munic. et de incol.*

Re ex facto domicilium transfertur, non nuda protestatione. *Leg.* 20 *ff. eod. et ibi Gloss.*

Miles ibi domicilium habere videtur, ubi meret. *Leg.* 23 §. 1 *ff. eod.*

Domicilium acquiritur decennio. *Leg. Haeres* 19 §. *prohinde ff. de judic.*

Decennio amittitur domicilium. *Leg. ead.*

Domicilium mutat mulier nubendo. *Leg. Cum quaedam* 19 *ff. de jurisd. omn. jud.*

Sola habitatio, non facit domicilium. *Leg. Est verum* 3 *Cod. de incol.*, *Cap. Ut dominicis. de paroch. et alien. parroch. ubi Gloss. in verbo. Si alterius.*

Domicilium haberi in diversis locis potest. *Cap. Dilectus filius* 2 *de Rescriptis*, *ubi gloss. in verbo domicilium.*

Domicilium ubi quis babet, ibi potest conveuiri. *Cap. Dilecti filii*, *de foro competenti.*

Domicilium dicitur quis habere, ubi habet beneficium. *Cap. Dilectus filius* 2 *de. Rescriptis.*

Domicilium non babere, difficile. *Leg. Ejus qui in fin. ff. ad municip.*

DOMINIUM

Vid. *Traditio.*

Paria sunt dominium transferre, vel usucapiendi conditionem. *Leg. Si finita* §. *Julianus ff. de damno infecto.*

Dominium patris praesumitur coutinuatum in filium. *Leg. Sive possidetis. Cod. de Probat.*

Dominium potest probari tam per istrumentum, quam per testes. *Leg. Proprietatis* 4, *et leg. Cum res* 12 *Cod. de probat.*

Dominium sine facto nostro ad alium non transfertur. *Leg.* 11. *ff. de regul. jur.*

Dominio rerum nudis pactis non transfertur. *Leg.* 20 *Cod. de pactis.*

Nuda traditio non transfert dominium. *Leg.* 31 *ff. de acq. rer. dom.*

Tale transfertur dominium, quale fuit apud eum qui tradit. *Leg.* 20 §. 1 *ff. eod.*, *leg.* 54 *et leg.* 156 §. 3 *ff. de regul. jur.*

Duorum in solidum, dominium, vel possessionem esse non posse. *Leg.* 5 §. 15 *ff. Commodati*, *leg.* 19 *ff. de precario*, *leg.* 3 §. 5 *ff. de acquir. vel amitt.*

Traditionibus et usucapionibus dominia rerum, uon nudis pactis transfertur. *Leg.* 20 *Cod. de pactis.*

Domiuium non ita facile perditur ut possessio. *Cap.* 1 *Caus.* 37 *q.* 2 *ubi gloss. in verb. voluntate.*

Domininm transfertur clavium traditione. *Leg. Qua ratione* §. *item ff. de acquir. rer. dom*

Dominia auferunt flumina. *Leg. Ergo* §. *flumina ff. de acquir. rer. domin.*

Dominium non quaeritur possidendo. *Leg. Si finita §. fin. ff. de damn. infect.*
Ex sola venditione sine traditione, dominium non transfertur. *Leg. Qui praedium Cod. de distract. pignor.*
Qui errat in proprietate, non praejudicat sibi in dominio. *Leg. Re tua* 18 *Cod. de rei vind.*
Dominium probatur etiam per indicia. *Leg.* 19 *Cor. de rei vind.*
Titulus sine traditione, non est causa transferendi dominium. *Leg. Servum* 27 *Cod. de rei vindic.*

DOMINUS

Vid. *Arbiter — Dominium.*
Rem suam dominus potest derelinquere. *Leg.* 6 §. 2 *ff. de servit. vind.*
In re sua quilibet est dominus, moderator, et arbiter. *Leg. In re mandata. Cod. Mandati, leg. Non usque adeo ff. Si quis a par. fuer. man., leg. Nec emere Cod. de jur. delib.*
Nemo est dominus membrorum suorum. *Leg. Liber homo ff. ad leg. Aquil.*
Dominus, praesumitur semper dominus. *Leg. Si cui* 7 §. *Si tamen* 3 *ff. de accusat.*
Domini duo in solidum esse non possunt. *Leg. Sed etsi par.* 2 *ff. de rei vind., leg. Si ut certo* §. *Si duobus* 15 *ff. Commod., leg. Si finita* 15 §. 23 *ff. de damn. infect.*
Dominus non potest in servum servire. *Cap.* 43 *dist.* 5 *ubi gloss. in verb. Ancillam.*
Dominus sui nemo est. *Leg.* 2 *ff. de stipul. servor.*
Dominus non debet esse pejoris conditionis quam non dominus. *Leg.* 12 §. *Non enim, ubi gloss. ff. de captiv. et postlim.*
Dominus potest proprietatem suam obligare, licet alius habeat usumfructum. *Leg. Verbis* 2 *Cod. de usufr. et hab.*
Invito Domino, nemo potest ire per agrum ejus. *Leg.* 11 *Cod. de serv. et aqua.*

DOMUS

Vid. *Ædificium.*
Domus destructa, amplius domus non est. *Leg. Repeti*, §. *Rei mutatione ff. quib. mod. usufr. amitt., leg. Mortuo bove ff. de legat.* 2.

Domum alienam, invito domino ingredi non licet. *Leg.* 2 *in pr. Cod. Quando, et quib. quart. etc.*

Nemo de domo sua extrahi debet. *Leg.* 103 *ff. de reg. jur.*

Domus tutissimum cuique refugium. *Leg. Legatus* 12 *ubi Gloss. in verbo Nicopoli ff. de legationibus.*

Domus una est viro, et uxore. *Leg. Cum* 1 *ff. de S. C. Syllan. et Claud.*

Domum donans, videtur connexa donare. 75 *Caus.* 12 *q.* 2 *ubi gloss. in verbo Religiosam.*

Aedes constant ex solo, et superficie. *Leg. Eum qui* 23 *ff. de usucap. et usurpat.*

Domo legata, etiam suppellectilem legatam intelligi. *Leg. Si ita testamento* §. 1 *ff. de fund. instr. legat.*

Domus dirutae, reficiendae. *Leg. Ad curatori ff. de damn. infe.*

Domus potest altius elevari, nisi probetur servitus deberi. *Leg. Altius* 8 *Cod. de servitut., et de aqua.*

DONARE — DONATIO — DONATOR

Vid. *Consensus — Dos — Jactare — Pactum — Solutio.*

Omnium bonorum donatio sine vigesimae reservatione non valet. *Ghot. in leg.* 15 *Cod. de pactis.*

Donatio non praesumitur. *Leg. Cum de indebito ff. de probat., leg. fin. Cod. de donat.*

Donatarius omnium bonorum, habetur loco haeredis. *Leg. fin. Cod. de rev. don.*

Donatio, in dubio semper praesumitur inter conjunctos. *Leg. Si servus comunis in fin. ff. de donat. int. vir. et ux.*

Donatio inter patrem, et filium in potestate, non valet. *Leg.* 4 §. *Si pater, et leg. Si pater ff. pro donato, leg. Cum de bonis Cod. de donation.*

Causa mortis donatio confirmatur, etiam morte civili, scilicet per ingressum religionis. *Leg. Res uxoris* 24 *Cod. de donat. int. vir. et uxor, Gloss. fin. Cap.* 8 *Placuit* 16 *q.* 1.

Donator, etiamsi renuntiaverit Legi Si unquam, potest, supervenientibus filiis, revocare donationem usque ad legitimam filiorum. *Leg. Si totas* 5 *Cod. de inoffic. test.*

Donare est perdere. *Leg. Filius fam. ff. de donat., leg. Cum indebito, vers. qui non solvit. ff. de probat.*

Donare suum, nemo praesumitur. *Leg. Cum de indebito* 25 *vers. Si vero, ff. de probat., leg. Campana ff. de Oper. libert., leg. fin. Cod. de novation., leg. Julianus* 131 *ff. de verb. obbl.*

Donatio causa mortis facta, si in ea apponatur pactum de non revocando, facit donationem transire in contractum inter vivos. *Leg. Ubi ita donatur. ff. de donat. caus. mort.*

Donare videtur, quod nullo jure cogente, conceditur. *Leg.* 82 *ff. de regul. jur., leg. Hoc jure §. pen. ff. de donation.*

Donare filio naturali, pater potest. *Leg. Lucius* 40 *ff. de fideicom. liber.*

Donare videtur, qui pro derelicto rem habet. *Leg. Si alienam* 76 *ff. de eviction., leg. Si id quod* 5 *ff. pro derelict.*

Donatio occulta, suspecta est. *Cap.* 1. *Ut eccles. benef. sine etc.*

Donare potest qui sui juris est, et rerum suarum habet administrationem. *Cap. Caeterum de donation.*

Donare nemo potest sibi ipsi. *Cap. Cum ad nostram de benefic.*

Donatio inter virum, et mulierem, unde unus fit pauper, alius locupletior, non valet. *Cap. Ult. de donat. int. vir. et uxor.*

Donatio, morte naturali, et non civili confirmatur. *Gloss. in Cap. Licet undique in verbo re integra in fin. de offic. et potest. jud. del.*

Donationem potest perficere, qui illum non potuit inchoare. *Cap. Per tuas de donationib. ubi gloss. in verb. de novo.*

Donatio ob ingratitudinem revocatur. *Gloss. in Cap. Propter. in verb. propter. de donationibus.*

Donare praesumitur conjuncta persona. *Gloss. in Dist.* 83. *Providendum in verbo inferas. circ. med.*

Donatio non fit invito. *Leg. Nec ignorans. Cod. de donat.*

Donatio potest fieri pro sua, et aliena morte. *Leg. Nec fratris de donat. caus. mort.*

Donat qui remittit. *Leg. Si quis obligatione ff. de regul. jur. ubi gloss.*

Donator tenetur in quantum facere potest. *Leg. Qui ex ff. donation.*

In donatione omnium bonorum, praesumitur fraus. *Leg. Omnes* 17 §. *Lucius Titius ff. quae in fraud. credit. etc.*

Marito vergente ad inopiam, mulier donationem propter nuptias vendicare potest. *Authent. Donationem. Cod. de jur. dot.*

Donatio inofficiosa, revocatur. *Leg.* 1 2 3 5 7, *et* 8. *Cod. de inoffic. donat.*

Donatio facta ob modum impossibilem, non valet. *Leg. Ea* 5. *Cod. de donat. ant. nupt.*

Perfecta donatio, non revocatur. *Leg.* 8 9, *et leg.* 12 *Cod. de donat. ant. nupt.*

Donatio inofficiosa, usque ad legitimam revocatur. *Leg.* 89 §. *Imperator ff. de legat.* 2.

DOS — DOTALIS — DOTARE

Vid. *Avus — Bonum — Expensa — Maritus — Mulier — Privilegium.*

Dos non est, ubi non est matrimonium. *Leg. Nec ullam* 13 *ff. de haered. pet.*

Filia potest gravari in dotem, quatenus dos est ultra legitimam. *Leg. fin.* §. *filiae ff. de legat.* 2.

Voluptariae impensae, dotem non minuunt. *Leg.* 7 *ff. de impens. in reb. dot. fact.*

Dos aestimata, damno mariti perit. *Leg.* 52 *ff. solut. matrim.*

Soluto matrimonio, solvi dos mulieri debet. *Leg.* 2 *in pr. ff. solut. matrim.*

Dotis causa semper, et ubicumque privilegiata est. *Leg.* 1 *ff. solut. matrim.*

Dos indebite reddita, condicitur. *Leg. Maritus* 53 *ff. eod.*

Dos inofficiosa, per querelam inofficiosae dotis rescinditur. *Leg. Unic. Cod. de inofficios. dotib.*

Pater non potest dotare filiam in praejudicium creditorum. *Leg. Si successione* 2 *Cod. de revocan. iis quae in fraud.*

Privilegium dotis, non transit ad haeredem. *Leg. Unic. Cod. de priv. dotis.*

Dos, nuda confessione non constituitur, sed numeratione. *Leg. Dotem* 1 *Cod. de dot. caut. non numerat.*

Pactum contra favorem dotis, non valet. *Auth. Sed quamvis.* §. *Illud Cod. de rei uxor. act.*, *leg. Quamvis* 3 *Cod. de pactis convent.*

Pacta dotalia quae non sunt contra legem, sunt servanda. *Auth. Sed quamvis* §. *Illud Cod. de rei uxor. act.*

Pater dotem filiae ad se reversam, ea denuo nubente, non licitum est minuere, nisi ejus patrimonium fortuito fuerit diminutum. *Autent. Sed quamvis Cod. de rei uxor. actione etc.*

Dos imputatur filiae in legitimam. *Leg.* 1 §. *Quo a nobis. Cod. de rei uxor. act.*

Pro dote competit actio ex stipulatu. *Leg.* 1 §. *Sed et si*, §. *Maneat*, §. *Illo pro*, §. *Videamus. Cod. de rei uxor. action. etc.*

Qui promittit usuras dotis, videtur ipsam dotem promittere. *Leg.* 2 *Cod. de dot. prom.*

Non est verisimile, testatorem velle onerare haeredem duplici praestatione dotis. *Leg. Qui dotem* 17 *ff. de dot. praeleg.*

Soluta dote, extinguitur dotis legatum. *Leg.* 1 §. *Adeo ff. eod.*

Mulier in dote praefertur fisco posterius contrahendi. *Leg. Dotis* 9 *Cod. de jur. dot.*

Res empta ex pecunia dotali sine consensu mulieris, non est dotalis. *Leg. Ex pecunia* 12 *Cod. de jur. dotium.*

Mater non cogitur, sine causa, dotare filiam. *Leg. Neque* 14. *Cod. eod.*

Amissio instrumenti, non praejudicat doti. *Leg. Cum* 15 *Cod. eod.*

Fructus dotis pertinent ad maritum onere matrimonii sustinentem. *Leg. Pro* 20 *Cod. de jur. dot.*

Praedium dotale non potest mulier, marito non consentiente, alienare. *Leg. Si praedium* 23 *Cod. eod.*

Mulier potest repetere dotem, viro vergente ad inopiam. *leg. Ubi adhuc* 29, *et leg.* 30 *Cod. eod.*

Relictum a viro uxori, non intelligitur relictum animo compensandi cum dote. *Leg. Rem.* 1 §. *Primum Cod. de rei uxor. act. etc.*

Publice interest dotes mulieribus conservari, et facilius nubentes repleant liberis Civitatem. *Leg.* 1 *ff. solut. Matrim.*, *leg. Interest. ff. de priv. credit.*

Dos sine matrimonio esse non potest. *Leg.* 3 *ff. de jur. dot.*

Dotium causa semper, et ubique praecipua est. *Leg.* 1 *ff. solut. matrim.*

In ambiguis, pro dotibus respondere melius est. *Leg.* 70. *ff. de jur. dotium*, *leg.* 85 *ff. de regul. jur.*

Soluto matrimonio dos reddi patri, invito filia non potest. *Leg.* 28 *ff. de jur. dotium*, *leg.* 2, *et leg.* 7 *Cod. eod.*, *leg.* 2 *ff. solut. matrim.*

Necessariae impensae, dotem minuunt. *Leg.* 1 §. 2, *leg.* 5 14 *et* 15 *ff. de impens. in res dat. fact.*, *leg.* 1 §. 5 *ff. de dot. collat.*

Dos ab avo data, profectitia non est. *Leg.* 79 *ff. de pact. dotal.*

Dotis promissio non videtur lucrativa causa. *Leg.* 19 *ff. de oblig. et act.*

Dos, et donatio propter nuptias pari passu ambulant. *Leg. fin. in pro Cod. de don. ant. nup.*

Dos, regulariter succedit loco legitimae. *Leg. Quoniam novella Cod. de inoff. test.*

Mulier potest repetere dotem si maritus vergit ad inopiam. *Leg. Ubi adhuc. Cod. de jur. dotium*, *leg. Si constante in pr. ff. solut. matrim.*

Dos, et legata debent a filia computari in legitimam. *Leg. Quoniam* 29 *Cod. de inoff. test.*

Dotis datio, contractus est. *Leg. Exigere ff. de judic.*

Dos profectitia, non dicitur esse in bonis patris. *Leg.* 4 *ff. de collat. bonor.*

Dos non est titulus lucrativus. *Gloss. in leg. Ignoti. vers. detracta. Cod. de revocand. iis etc.*

Dos metu promissa, ipso jure nulla. *Leg. Consensisse* 2 *ff. de jud. et ubi etc.*

Dos nulla est, nisi matrimonii oneribus serviat. *Leg. Pacta* 3 *ff. de pact. dotal.*

Doti dare omnia sua bona mulier in dubio intelligitur. *Leg. Cum mulier* 72 *ff. de jur. dot.*, *leg. Quia aut.* 23 *ff. eod.*

Post divortium, dos uxori reddenda est. *Cap. Significavit. de donat. int. vir. et uxor.*

Separato licite matrimonio, dos restituenda est. *Cap. Mulieres de donat. int. vir, et uxor.*, *Gloss. in leg. Si liberis Cod. de donat. ante nupt.*

Dos in manu viri est, uxore vivente. *Cap. Per vestras de donat. int. vir. etc.*

Pro dote sunt omnia bona viri tacite obligata mulieri. *Cap. Ex literis: de pignorib.*, *leg.* 1 §. *Et ut plenius. Cod. de rei uxor. act. etc.*

Dotem Uxoris, vir vendere non potest. *Cap. Ex parte de consuetud.*

Doti non renunciat, quae a Viro legatum recipit. *Gloss. in Cap.* 6 *Caus.* 21 *q.* 2 *verb. Subtrahamus*; *leg. unic.* §. *sciendum Cod. de rei Uxor. act.*

DUBITARE — DUBITATIO

Fatua est quaestio quae non habet rationem dubitandi. *Leg. Domitius ff. de testament.*

Dubitatio est cognitio duarum rerum contrariarum, neutram ipsarum judicando veram. *Gloss. in leg. de Statu* 15 *ff. qui test. fac. poss.*, *Gloss. rubr. ff. de jur. et fact. ign.*

Paria sunt nescire, et dubitare. *Leg. Manifestissimi. Cod. de furtis.*

Quae dubitationis tollendae causa contractibus inseruntur, jus comune non laedunt. *Leg.* 81 *ff. de regul. jur.*, *leg. Qui mutuam ff. Mandati.*

DUBIUM — DUBIUS

Vid. *Ambiguus — Interpretatio — Medium — Obscurus — Probatio.*

Dubia dicuntur quae habent duplicem significationem. *Leg. Pupillus* 239 §. *verbum* 9 *ff. de verb. sign.*

Verba dubia contra loquentem interpretantur. *Leg. Veteribus ff. de pactis*, *leg. Labeo ff. de contrah. empt.*

In re dubia, benigniorem semper fieri interpretationem. *Leg. Proxime ff. de his quae in test. delen.*

Dubia dispositio, ab ordine litterae declaratur. *Leg. Quoties ff. de usufruct.*

In dubio, ad propriam verbi significationem, non autem ad impropriam, vel abusivam, sanus referendus est intellectus. *Leg. Non aliter ff. de legat.* 3, *leg. Nepos Proculo ff. de verb. sign.*

In dubio, tutior pars est eligenda. *Cap. Ad audientiam de homicid.*, *leg. Si fuerit* §. *ult. ff. de reb. dub.*

In dubio, non praesumitur delictum. *Leg. Marito ff. pro socio.*

In dubiis conventionibus, contra dantem fit interpretatio. *Leg. Veteribus* 40 *ff. de pactis, leg. Stipulatio ista* §. *alteri, vers. in stipulationibus ff. de verb. oblig., leg. Labeo scribit. ff. eod.*

Dubius ab ignorante non distat. *Leg. manifestissimi* §. *sic autem nescius cod. de furtis.*

In dubio deberi quod minus est. *Leg. Idem julianus.* §. *Scio ff. de legat.* 1.

Dubius per litem, certus per seipsum non fit. *Leg. cum quidam* §. *fin. ff. de acquir haered.*

In re dubia, benigniorem interpretationem esse sequendam. *Leg.* 3 §. 1 *de his quae in test.*

In dubio, debet stare scripturae. *Leg.* 19 *ff. de usu, et usufr. legat.*

ECCLESIA

Vid. *Immunitas.*

Ecclesias duas non potest quis habere in titulum. *Gloss. in Cap. Sanctorum, in verb. duabus dist.* 71, *Cap. quoniam de jur patron.*

Ecclesiam habens, non recipiat aliud beneficium. *Cap. cum non ignores. de praebend. et dignit.*

Ecclesia ultra quatuor menses vacare non debet. *Cap. Propter discordias de jure patron.*

Ecclesia ultra quatuor mensens vacantem, conferat Episcopus. *Cap. quoniam in quibusdam. de jure patron.*

Ecclesias duas, unire spectat ad Episcopum. *Cap. Sicut unire de excess. praelat.*

Ecclesia non consecrata, immunitatem habet. *Cap. Ecclesiae de immunit. Eccles.*

In Ecclesia, placita secularia fieri non debent. *Cap. cum Ecclesia, eod tit., Concil. Trid. de refor. sess.* 22 *Decr. Quanta cura,* §. *ab Ecclesiis.*

Ecclesia, tantum judicat de manifestis. *Cap. Sicut. de Simon.*

Ad Ecclesiam fugiens tueatur, non delinquens in ea. *Cap. Inter alia, et Cap. fin. de Simon.*

Ecclesiae subsunt Episcopo, in cujus Dioecesi sitae sunt. *Cap. constitutus. de religios. domib.*

Ecclesiae ultimum supplicium est anathema. *Cap. cum non ab homine de judic.*

Ecclesiarum novarum constructio, veteri obesse debet. *Cap. de his de eccles. aedific.*

Ecclesiae fornicatione polluta, aspersione aquae reconcilietur. *Cap. Significasti de adult. et stupr.*

Ecclesias reparare tenentur Rectores earum. *Cap. de his de eccles. aedific.*

Ecclesia secularis non potest fieri regularis sine consensu Episcopi Dioecesani. *Cap. audientiam* 2 *de Eccles aedific.*

Ecclesiae fugientes ad se tutatur. *Cap.* 9 *Caus.* 17 *q.* 4 *ubi glos.*

Ecclesia est uxor Clerici. *Gloss. Cap. Cum per bellicam. caus.* 33 *quaest.* 1 *et* 2 *in verbo in conjugiorum.*

Ecclesia non judicat de occultis. *Cap.* 11 *dist.* 33 *ubi gloss. in verbo secretorum*, *Concil. Trid. de refor. Sess.* 24 *Cap.* 1 *circ. med.*

Ecclesia potest poenam pecuniariam infligere. *Gloss. in Cap.* 55 *Caus.* 16 *q.* 1 *in verbo Bannum*

Ecclesia est mater nostra. *Gloss. in Cap.* 2 *Caus.* 32 *q.* 4 *in verbo Societate*

Ecclesia praesens, dicitur area. *ibid. in verbo Area*

Ecclesia pro infidelibus orat. *Gloss. in Cap.* 40 *Caus.* 33 *q.* 3 *de poenit. dist.* 2 *in verbo a diabulo*

Ecclesia numquam moritur. *Cap.* 24 *dist.* 54 *ubi gloss.*

Ecclesiae pueris non conferantur. *Cap. Ex ratione. de aetat. et qualit. praesid.*

Ecclesia parocchialis non dividatur sine Episcopo. *Cap. Avaritiae de praeb.*

Ecclesia, vivente Rectore non dari, nec recipi debet. *Cap. Quid in vivorum. de concess. praeben.*

Ecclesia per Episcopum, non Praesbyterum reconciliari potest. *Cap. Aqua per Episcopum. de consecrat. eccles. vel altar.*

Ecclesia vacante confirmatio non pertinet ad Capitulum. *Cap.* 2 *ne sede vacan.*

Ecclesia vacans, ratione dissentionis inter Episcopum, et Patronum, custodiatur per Aeconomum. *Cap. Cum vos. de offic. jud. ordin.*

Ecclesiae tollerantia, non audivit dispensationem. *Cap. Cum jam dudum. de praebend.*

Ecclesia tota deficere non potest. *Gloss. in Cap.* 40 *Caus.* 33 *q.* 3 *de poenit. dist.* 2 *in verbo deficeret.*

Ecclesia est Christi sponsa, et non uxor. *Cap.* 6 *dist.* 56 *ubi gloss. in verb. Sponsus*

Ecclesia semper aliquos bonos habet. *Cap.* 8 *Caus.* 1 *q.* 3 *ubi gloss. in Sed tamen portas*

Ecclesia est mater, uxor, et filia. *Cap.* 6 *dist.* 68 *ubi gloss. in verb. Ecclesia.*

Ecclesia non subjicitur legibus. *Cap.* 21 *Caus.* 23 *q.* 8 *ubi gloss. in verbo Imperiale.*

Ecclesia magnam habet jurisdictionem in Laicos. *Cap.* 23 *dist.* 63 *ubi gloss. in verbo successorem.*

Ecclesia abundans, per Episcopum in plures dividi potest. *Cap.* 4 *Caus.* 21 *q.* 2 *ubi gloss. in verb. dividere*

Ecclesia non potest infligere poenam sanguinis. *Cap. In Archiepiscopatu. de raptor. et incendiar.*

Ecclesias in proprios usus concessas, non licet Religiosis intrare sine consensu dioecesani. *Cap. Pastoralis. de privileg.*

Ecclesia mansus debet ab omni exactione esse immunis. *Cap.* 1 *de Censib.*

Ecclesia cum Ecclesia permutari potest. *Cap.* 40 *Caus.* 16 *q.* 7 *ubi gloss. in verbo Nemini.*

Ecclesia, et non Corpus Christi recepit malfactorem. *Cap.* 30 *Caus.* 13 *q.* 2 *ubi gloss. in verb. Patibulis.*

Ecclesia stipendia non sunt divitibus danda. *Cap.* 6 *Caus.* 1 *q.* 2 *ubi gloss. in verbo sacrilegium.*

Ecclesiam etiam pauperem, tenetur clericus officiare. *Glos. in Cap.* 3 *dist.* 91 *in verbo vigilis*

Ecclesiam suam quilibet defendere tenetur. *Cap.* 5 *Caus.* 3 *q.* 2 *ubi gloss. in verbo Vestro*

Ecclesia consecrata, et non consecrata eodem privilegio potiuntur. *Cap. Ecclesiae, de immunitate ecclesiast., et Cap. Si Ecclesia de celebr. missar. etc. ubi gloss. in verbo non consecrata*

Ecclesia, fiscus, et minor aequiparantur. *Gloss. in additio ad Cap. Pervenit. de jurejurando*

Ecclesia nemini debet laqueum injicere. *Cap. Mulieri. de jurejurando. in verbo perjurii*

Ecclesia sine Episcopi auctoritate aedificare non debet. *De consecratione dist.* 1 *nemo, et* 1 *q.* 2 *placuit; et Gloss. in Cap. Olim. in verbo revocari. de privilegiis etc,*

Ecclesiae servit, qui Episcopo servit. *Cap. Ex parte tua. de praebend. et dignit. ubi gloss. in verb. Perjurium.*
Strepitus ab Ecclesia arcendus. *Concil. Trid. de reform. Sess.* 22 *Decret. Quanta cura.* §. *ab Ecclesiis.*
Ecclesia, columna veritatis. *Concil. Trid. Sess.* 13 *Cap.* 1 *in fin.*

ECCLESIASTICUS

Vid. *Abbas — Clericus.*
Ecclesiasticam Unitatem impugnare gravissimum est. *Cap.* 59 *de poenit. dist.* 1 *ubi gloss. in verbo ad mortem*
Ecclesiasticae res sunt pauperum. *Cap.* 68 *Caus.* 16 *q. ubi gloss. in verb. quidquid.*
Ecclesiasticarum rerum Praelati sunt procuratores, et non domini. *Cap.* 3 *Caus.* 23 *quaest.* 8 *ubi gloss. in verbo procurationem.*, *et Caus.* 12 *quaest.* 1 *Cap. Ult.*

EDERE

Vid. *Actor. — Chirographum — Instrumentum — Mercator — Reus —*
Acta publica sunt edenda, cuilibet praebendi interesse. *Leg. Is apud* 2 *Cod. de edendo*
Reus non tenetur edere Actori propria instrumenta ad intentionem fundandam. *Leg. Qui accusare* 4, *et leg. final. Cod. eod.*
Publicae rationes debent edi, ut appareat quid est solutum, et quid restet solvendum. *Leg.* 6 *Cod. eod.*
Fiscus tenetur edere instrumenta communia sibi, et privato. *Leg. Procurator* 7 *Cod. eod.*

EFFECTUS

Vid. *Actus — Causa — Causatum.*
Sublata causa, tollitur effectus. *Leg. Tutores* §. *Curatores. ff. de admin. Tutor.*
Idem judicamus de causa causante effectum, quod de ipso effectu. *Leg. Nil interest. ff. ad leg. Corn. de Sicar.*, *leg. Quominus ff. de fluminib. etc.*
Causa cessante, cessat effectus. *Leg. Adigere* §. *quamvis ff. de jur. patron.*

Causa debet praecedere effectum. *Leg. penult. ff. quae res pign. oblig. non poss.*

Causa cognoscitur ab effectum. *Leg. Nec codicillum Cod. de testam.*

Causa sine effectu esse non potest. *Leg. Haec stipulatio §. Divus. ff. Ut legat. nom. cav.*, *leg. Non cogendum §. fin. de Procurator.*

Effectus in consequentiam prodeuntes, non attendi. *Leg.* 1 *ff. de auct. tutor.*

Inducta ad unum finem, contrarium effectum non operantur. *Leg. Legata inutiliter ff. de adim. legat.*, *leg. Pro haerede ff. de acquir. haered.*

Actus nullus, nullum parit effectus. *Leg. Si aut nullum Cod. de legit. haered.*, *leg. Non dubium Cod. de Legib.*

Separatarum causarum separati sunt effectus. *Leg. Si maritus.* 10. *Cod. de donat. int. vir. et uxor.*

Cessante causa non cessat effectus jam consumatus. *Leg. fin. in princ. ff. Unde liberi*, *leg. Sancimus Cod. de administr. tutor.*

Effectus in consequentiam resultans, regulam comunem non laedit. *Leg. Si is quae duos ff. de lib. legat.*, *leg.* 1 *ff. de aut. tutor.*

Effectus non debet attribui causae, qua remota idem subesset effectus. *Leg. anp. ff. ex quib. caus. major.*

Duae specialitates numquam tolerantur ad eumdem effectnm inducendum. *Leg.* 1 *Cod. de dot. promiss.*

Causa finita, effectum infinitum producere non potest. *Leg. Si arrogator. ff. de Adoption*; *leg. Jurisperitos §. Cum oriundus. ff. de excusat. tutor.*

Causa limitata, limitatum parit effectum. *Leg. Pupillo ff. de tutor, et curat*; *leg. Si arrogatur. ff. de adoptionib*; *leg. In agris ff. de acquir. rer. dom.*

Ex multis concurrentibus, augetur effectus. *Cap. Innotuit. Gloss. multa enim, de election*; *leg.* 2 *Cod. de fideicommis.*

Non consideratur modus, dummodo habeatur effectus. *Leg.* 3 *Cod. de inst. et substit.*

Quae origine sunt diversa, eademque sunt prosecutione, et effectu. *Leg. Nunquam ff. de priv. cred*; *leg. Non est novum ff. de act. empt.*

Effectus durat, durante causa. *Leg. Semper §. negotiatores. ff. de jur. immun.*

Effectus principaliter semper attenditur, et in omnibus consideratur, *Leg. Cum servus ff. de verb. obblig.*, *leg. 2 Cod. de alim. pub. praest.*

Effectus attenditur magis quam verba. *Cap. In tantum de simon.*

Effectus attenditur, non modus. *Leg.* 3 *ub. Bald. Cod. de istit. et substit.*

Effectus diversi non debent oriri ex una re, eademque causa. *Leg. Meminerint. Cod. unde vi*, *leg. Quod habeo, ubi Bar. ff. de compens.*, *leg. Qui hominem §. fin. ff. de solut.*, *leg. Eum qui aedes ff. de usucap.*

ELECTIO — ELIGERE

Vid. *Alternativa — Legatum*

Ubi plures, quibus optio est relicta, discordant in eligendo, sorte dirimitur. *Leg. Si duob. Cod. Commun. de legatis etc.*

Electio non tribuit jus in rem, sed ad rem. *Gloss. in Clem.* 1 *in verb. Coll. ut lit. pend.*

Viam quam quis elegit, sibi petere debet. *Leg. Si mulier §. fin. ff. quod met. caus.*, *leg. Si quis jusjurandum. Cod. de reb. cred.*, *Cap. Gratus. de offic. deleg.*, *Cap. Solicitudinem. de appell.*

Eligens semel, non potest amplius eligere. *Leg. Servi electione in pr. ff. de legat.* 1, *leg. Apud Aufidium. ff. de opt. legat.*, *leg. Si his qui ff. de procurat.*

Electio sola, non tribuit jus electionis. *Leg. Publicus ff. de condit. et demostr.*, *leg. Bene a Zenone. Cod. de quadrien. praescript.*

Electio debitoris, est in alternativis. *Leg. Plerumque §. pen. ff. de jur. dot.*, *leg. Si ita relictum ff. de legat.* 2, *leg. pen. Cod. de condit. indeb.*, *Cap. Referente de praebend.*, *Reg. in alternativis de regul. jur. in* 6.

Eligere debentes, debent idoniorem eligere, nec sufficit idoneum eligere. *Cap. Licet ergo in pr.* 8 *q.* 1.

Facultas eligendi cohaeret personam. *Leg. Si servus* 141 *ff. de verb. oblig.*

Eligens male, pro eo tenetur, quem male eligit. *Leg. Universi* 4 *Cod. de fundis rei priv. etc.*

Electio mala, eligenti imputatur. *Leg. Cum mandatis.* 24 *ff. de minor.* 25 *ann.*, *leg. Item* 18 *ff. de haer. pet.*, *leg.* 39 *ff. de solution.*, *leg.* 2 *ff. si mens. fals. mod.*, *leg. Punitur*, *et leg. Nam ff. de negot. gest.*

Electio amittitur propter moram. *Leg.* 17 §. *Cum servus* 4 *ff. de injur.*

Electionem mutare non licet, nec variare. *Leg. Sciendum* 1 §. 10 *ff. de separat.*

Electione sua quis contentus esse debet. *Leg. ead.* §. 17.

EMERE — EMPTIO — EMPTOR

Vid *Alienatio — Bonafides — Consensus — Venditio.*

Bona fide emit, qui ignoravit eam rem esse alienam. *Leg.* 109 *ff. de verb. signif.*

Rei alienae emptio, et venditio est. *Leg.* 28 *ff. de contrah. empt.*

Suae rei emptio non consistit. *Leg.* 4 *et leg.* 10 *Cod. de contrah. empt.*, *leg.* 45 *ff. de regul. jur.*

Emptioni, et venditioni mutua inest obligatio. *Leg. Tribus* 8 *ff. de usufr. ear. rer.*

Emptio, et venditio non potest contrahere sine pretio. §. *pretium. Instit. de empt. et vend.*, *leg.* 2 *ff. de contr. empt.*, *leg. Empti*, *et leg. fin. Cod. eod.*

Emptor omnium bonorum, est loco haeredis. *Leg.* 2 §. *ejus ff. pro emptore. ubi gloss. verbo non sint.*

Emptio rumpit locationem. *Leg. Emptorem Cod. Locati.*, *leg. Nihil* §. *fin. ff. de legatis.* 1, *leg. Qui fundum ff. locati*, *leg. Arbores* §. *fin. ff. de usufr.*, *leg. Julianus* §. *pen. ff. de act. empt.*

Emptores continentur successoris appellatione. *Leg. Non factum* 51 *ff. de fideicom. libert.*

Nemo invitus, emere, vel vendere cogitur. *Leg. Nec emere. Cod. de jur. delib.*, *leg. Invitum Cod. de contrah. empt.*

Defensio venditoris, transit ad emptorem. *Leg. Emptori* 28 *Cod. de evictionib.*

Emptionis et venditionis appellatione comprehenditur omnis actus, per quem dominium transfertur. *Leg. Statu liberi a caeteris* §. *quintus*, *et ibi gloss. in verb. Emptio-*

nis ff. de stat. liber., *leg. Sicut* §. *venditionis*, *et* §. *sed si promiserit. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.*

Emptor non tenetur stare colono. *Leg. Emptorem Cod. de Locato et cond.*

Emptor qui percipit fructus rei emptae, tenetur ad usuras pretii non soluti. *Leg. Curabit*, *et leg. Fructus. Cod. de act. empt.*

Emptor qui participat fraudem, tenetur in subsidium si debitor non est solvendo. *Leg. Si uxor* 3 *Cod. si vend. pign. agatur.*

Emptione perfecta, rei periculum, vel incommodum spectat ad emptorem. *Leg.* 1 2 4 5, *et leg.* 6 *Cod. de pr. et commod. rei vend. leg.* 12 *Cod. de action. empt.*

Perfecto contractu, fructus pertinet ad emptorem. *Leg. Fructus* 13, *et leg. Post perfectam* 16 *Cod. de action. empt.*

Emptor petere non potest ultra conventa. *Leg. Ultra* 15 *Cod. de act. empt.*

Emens rem alienam scienter, tenetur domino **restituere.** *Leg.* 1 *Cod. de reb. alien. non alienand.*

EMERGENS

Emergens novum, novo indiget auxilio; et in rebus novis, novum est remedium. *Leg.* 1 *in pr. ff. de inspic. ventr.*, *leg. de aetate* §. *ex causa ff. de interr. act.*, *leg. Si jure ff. de rei vind.*, *leg Jure decedens ff. de inoff. testam.*, *leg. Oratione ff. de feriis.*

EMPHYTHEUSIS — EMPHYTHEUTA

Emphytheuta laicalis non solvens canonem per triennium, cadit a jure suo. *Leg.* 2 *Cod. de jur. emphyt.*

Emphyteuta in bonis Eclesiae non solvens canonem per biennium, cadit a jure suo. *Auth. qui rem Cod. de sacros. Ecles.*, *Novell.* 7 *Cap.* 3. § 2, *Cap. Potuit. de locat. et cond. Gloss. in Cap.* 2 §. *per biennium caus.* 10 *quaest.* 2.

Contractus emphytheuticus debet fieri in scriptis. *Leg.* 1 *Cod. de jure emphytheutico*, *Cap.* 1 §. 1 *Tit. de non alien. aut. permut. lib. auth.*

Pacta emphyteutica servanda sunt. *Leg.* 2 *Cod. de jure emphytheutic.*

Emphytheuta jus suum vendere si velit, dominnm praeferre debet. *Leg.* 3 *Cod. eod.*

Emphytheusis verho alienatio continetur. *Leg. Cum.* 8 *ff. de bon. quae liber.*

Emphytheuta, quasi dominus dicitur. *Leg. Servitutes* 2 *ff. de servitutib.*

Emphytheusis similis est locatio in perpetuum facta. *Leg.* 5 *Cod. de locatione praedior. etc.*

Commissa ah uno emphytheuta, dicitur commissa quoad omnes. *Leg. Communi* 7 *ff. divid.*

Emphyteuta differt a conductore. *Leg. Jus.* 1 *Cod. de jure emphyt.*

Emphyteusis potest in emphyteusim dare. *Leg. Et si* 7 *ff. usufr. quemad. caveat.*

Emphyteutam secundum invitum, dominus expellere non potest. *Leg. Et si ff. usufr. quemad. cav.*

Emphyteuta potest jus suum donare irrequisito domino. *Leg.* 3 *Cod. de jure emphyt.*

Emphyteuta ad instar usufructuarii, bona fide uti debet. *Cap.* 3 *Emphyteusim* §. 2 *scire tit.* 7 *de non alien. aut. permut. lib. authentic.*

Emphyteutae jus in re habent. *Leg. Possessio* 1 §. 7 *ff. de acquir. possess.*

Emphyteuticum fundum dividere possunt inter se coheredes. *Leg. Item praedia* 10 *ff. famil. erciscund.*

Emphyteuticarius non potest cogi a domino, ut jus dominii comparet. *Leg. Possessori* 12 *Cod. fundis patrimonialibus etc.*

Emphyteuta acquirit omnes fructus, omnemque utilitatem, etiam thesaurum. *Arg.* §. 39 *Istit. de ver. divis.*

Emphyteutae competit jus servitutem imponendi. *Leg.* 1 §. *ult. ff. de superficiebus.*

Emphyteuta immutare potest faciem fundi, modo ne eum reddat deteriorem. *Auth. Qui rem Cod. de SS. Eccles.*

Emphyteuta habet jus donandi. *Leg.* 1 *Cod. de fund. patrim etc.*

Bona emphyteutica ab emphyteuta pignorare possunt. *Arg. leg.* 31 *ff. de pignor. act.*

Jus emphyteuseos expirat, consolidatione. *Arg.* §. 3 *Istit. de usufr.*

ENUMERATIO

Enumeratio quorundam individuorum, genus praecedens non restringit. *Leg. Verba ff. de alimen. legat.*

Enumeratio specierum genus praecedens non restringit. *Leg. Pediculis. §. labeo. ff. de aur. et arg. legat.*

Species ex abundanti, vel per imperitiam enumeratae, genus praecedens non restringunt. *Leg. Legata suppellectilia in pr. ff. de supellect. legat.*

Non est novum, ut post multa specialiter enumerata, generalis clausula subjiciatur omnia complectens. *Leg. Si Servus. §. Inquit lex. ff. ad leg. Aquil.*

Quod de enumeratis partibus non invenitur, alterius juris esse probatur. *Istit. de obl. quae ex quasi contra nascun. in pr.*, *et §. Actionum. Istit. de actionib.*

ENUNCIATIO — ENUNCIATIVE — ENUNCIATIVUS

Vid. *Verbum.*

Enunciatio generalis restringitur pro subjecta materia, ad speciem idoneam. *Leg. Si quis* 30 *§.* 4 *ff. qui et a quibus etc.*

Enunciativa verba interdum disponunt. *Leg. Pater pro filia* 17 *ff. de doli mali et met. except.*

Enunciativae voluntatis defunctorum, non servantur. *Leg. Ex his* 7 *Cod. de milit. testam.*

Enunciativa verba facile subintellecta, non inducunt dispositionem. *Leg. Rationes in fin. Cod. de probation.*

Enunciativa verba, regulariter non disponunt. *Leg. Ex his Cod. de milit. testam.*, *leg. Titia cum testamento in princ. ff. de legat.* 2.

Enunciativa verba probant inter partes quando sunt necessaria ad actum in quo proferuntur. *Leg. Optima Cod. de contractu stipulat.*

Enunciativa verba geminata, idem operantur quod dispositiva. *Leg.* 1 *Cod. Plus petitionib.*

Quotiescumque unum et idem verbum reperitur enunciative, et dispositive prolatum, ad judicandam ejus proprietatem attenditur prolatio dispositiva. *Leg.* 2 *Cod. de impuber. et aliis substit.*

Verbis enunciativis non statur, nec creditur, si contrarium apparet. *Leg. Scriptura* 10 *Cod. Commun. utriusque etc.*

EPISCOPUS

Vid. *Clericus — Familiaris — Ordinatus*

Episcopus tenetur esse sacerdos. *Cap. Ex literis. de excess. praelat.*

Episcopo aegroto nolenti cedere, dandus est adjutor. *Cap. Ex parte de Cler. aegrotand.*

Episcopus non potest diminuere beneficium sine consensu Clerici. *Cap. Ad haec. de excess. praelat.*

Episcopus non potest vendicare res Ecclesiae. *Cap. Prohibemus de censib. et exaction.*

Episcopi duo simul esse non possunt in una, eademque Dioecesi. *Cap. Quoniam in plerisque. de offic. ordin.*

Episcopus non potest sibi alienare res Ecclesiae sine consensu Capituli. *Cap.* 1 *de his, quae fier. a praelat. sine consensu.*

Episcopus non potest habere personatum, vel dignitatem in alia Ecclesia. *Cap. Post electionem. de concess. Praebend.*

Ad Episcopum pertinet de cura animarum investigare. *Gregor. in Novell. de verb. signif. cap. ult. lib.* 6.

Episcopus de ovibus Deo reddet rationem. *De regul. jur. Cap. penult.*, *Gloss. cap.* 10 *de renunciation. vers. derigendo manum.*

Episcopi possunt condere canones. *De consecrat. dist.* 3 *caus.* 1, *et Gloss. in cap. Si quis venerit. de majoritat. et obedient. vers. decretum.*

Ab omnibus de Dioecesi obediendum est Episcopo. *Cap. Omnes. de majorit. et obedien.*

Episcopus, vices suas, sub annuo censu non committat. *Cap. Querelam. Ne praelat. vic. suas etc.*

Episcopus in sua Ecclesia novam consuetudinem inducere potest circa officia. *Dist.* 12 *Novit.*, *De consecrat. dist.* 3 *Cap.* 1, *Gloss. in cap.* 1 *dist.* 91 *vers. vigiliae in fin.*

Episcopus non erubescat a subdito doceri. *Gloss. Cap.* 1 *caus.* 24 *quaest.* 3 *vers. Senex,*

Episcopus praedicans habeat mitram, et baculum. *De consecr. Cap. Nullus. dist.* 1 *ubi gloss. in verb. praesumat.*
Episcopus patri, et Ecclesia filio comparatur. *Gloss. in Cap. Quorum vires. dist.* 69 *vers. illos.*
Episcopus aliorum doctrina non debet egere. *Cap.* 2 *dist.* 36.
Scientia non mediocris requiritur in Episcopo. *Concil. Trid. de refor. Sess.* 22 *cap.* 2.
Episcopus, Clericum alterius Episcopi non ordinet. *Cap.* 6. *Caus.* 9 *quaest.* 1 *ubi gloss. vers. quod autem*, *Concil. Trid. de refor. Sess.* 14 *cap.* 3, *et Sess.* 23 *cap.* 8.
Episcopus est judex corporum, et animarum. *Dist.* 36. *Oportet. ubi gloss. vers. Secularium*
Episcopi dicuntur Summi. *Cap.* 3 *de consecrat. dist.* 5 *ubi gloss. vers. a summis*
Episcopi Episcopum deponere non possunt. *Cap.* 3 *caus.* 2 *q.* 6 *ubi gloss.*
Episcopis non licet Pontificalia in alterius Dioecesi sine licentia exercere. *Concil. Trid. de refor. Sess.* 6 *cap.* 5 *et Sess.* 14 *cap.* 2.
Episcopus potest esse judex in causa suae Ecclesiae. *Gloss. in cap.* 6 *caus.* 2 *q.* 7 *vers. privetur.*
Episcopatum desiderare valde periculosum est. *Cap.* 7 *dist.* 40 *ubi gloss. in verbo periculosius.*
Non licet Episcopo res Ecclesiarum in proprios usus convertere. *Cap. Nulli Episcoporum* 12 *q.* 1.
Episcopus potest esse abbas in monasterio. *Cap. Causam.* 1 *de judiciis.*
Episcopus si vult novam Dignitatem creare, debet ei in redditibus providere. *Cap. Quanto. de consuetudine*
Episcopus potest revocare, quod antecessor indebite alienavit. *Cap. Requisivit. de in integr. restit.*
Episcopus potest delegare collationem beneficiorum. *Cap. Constitutus. de concess. praebend.*

ERRANS — ERRONEUS — ERROR

Vid. *Consensum — Ignorantia — Nomen — Notarius — Peccare — Solutio*
Errantes, et ignorantes, consentire non videri. *Leg. Si per errorem ff. de jur. omn. judic.*, *leg.* 116 §. 2 *ff. de regul. jur.*

Ubi agitur de damno, errorem juris non nocere. *Leg. juris la 2 ff. de jur. et fact. ignor.*

In facto proprio, error non praesumitur nisi probetur. *Leg. Si haeres §. fin. ff. ad S. C. Trebell.*

Communis error, jus facit. *Leg.* 30 *in fin. ff. de supellect. legat.*

Erronea subscriptio, vitiat actum. *Leg. Si quis gestum. Cod. plus valere quod etc.*

Nulla errantes voluntas est. *Leg.* 20 *ff. de aqua et aqua pluv.*

Non stultis solet succurri, sed errantibus. *Leg.* 9 §. 5 *in fin. ff. de jur. et fact. ignor.*

Errans in parte, omnium dicitur reus. *Leg. Si quis in gravi. §. Si quis ignorans, vers. Si autem non totum ff. ad S. C. Syllan., leg. Etiam ff. de legat.* 1, *leg.* 1 *et* 2 *Cod. de form. subl.*

Error scribentis, veritati non nocet. *Leg. Si nomine, et leg. Si errore ubi Bart. Cod. de testib.*

Error in nomine appellativo non vitiat actum, dum de corpore constet. *Leg. Si quis in fundo vocabulo ff. de legat., leg. his verbis §. fin. ff. de haered. instit., leg.* 7 *Cod. de legat.*

Error juris nocet, facti non. *Gloss. in leg.* 1 *Verb. putavit ff. pro dote, leg. Nunquam ff. de usucap.*

Errantis nulla voluntas, vel consensus est. *Leg. Cum testamento* 8, *et leg. seg. Cod. de jur. et fact. ign.*

Error facti, etiam prudentissimos fallit. *Leg.* 2 *ff. de jur. et fact. ignor.*

Si librarius in trascribendis, stipulationis verbis errasset, nihil nocere, quominus et reus, et fidejussor tenetur. *Leg.* 92 *ff. de regul. jur.*

Error scriptoris non vitiat actum. *Leg.* 7 *Cod. de testam., leg.* 92 *ff. de reg. jur.*

Error scribentis non vitiat praeces. *Leg.* 2 *Cod. de error. advocat.*

Error scriptoris non laedit statum personarum. *Leg.* 8 *ff. de stat. homin.*

Error non nocet non intelligenti. *Leg. Ea quae Cod. de err. advocat.*

Errare etiam ipse Princeps potest. *Leg. Suppellectilium* 3 *ff. de suppell. legat.*

Errans, nemo rem suam amittit. *Leg. Si Procurator. ff. de acquir. rer. dom.*
Error acerrimus, excusat. *Leg. Avunculo 5 ff. de condit. sin. caus.*
Error justus, pro titulo habetur. *Leg. Pro legato 9 ff. Si pro legat., leg. Justo errore 44 §. fil. famil. ff. de usucapion. seu usurpat., leg. Ait Praetor 1 ff. quor. bonor*
Error Notarii, non vitiat instrumentum. *Leg. Si librarius ff. de regul. jur. ubi Gloss.*
Error praesumitur, nisi probetur scientia. *Leg. Et si 4 §. 5 ff. Si quis caut.*
Errore solutum, repetitur. *Leg. fin. in fin. ff. de publican.*
Error imperitiam detegit. *Leg. Quod non 39 ff. de legib.*
Error calculi non vitiat. *Leg. 2 Cod. de rejudicata.*
Error in corpore vitiat stipulationem, at non in nomine. *Leg. Si non nomine 32 ff. de virbor. oblig.*
Error, jus facit. *Leg. Suppellectile legata, in fin. ff. de suppell. legat.*
Error nominis, non vitiat libellum, si de corpore constet. *Leg. Idem Pomponius 5 §. Cum in rem. ff. de rei vindic.*
Error in nomine proprio, cognomine, aut agnomine, non vitiat si de corpore constet. *Leg. Si in nomine 4 Cod. de testam.*
Error in nomine appellativo generalis, vitiat etiamsi de corpore constet. *Leg. Neque 5 Cod. de testam.*
Error in syllaba nominis proprii, non nocet. *Leg. Qui habebat 54 ff. de manumiss. test.*
Error calculi non nocet. *Leg. Unic. Cod. de error. Calcul.*
Error est contrarius consensui. *Caus. 29 quaest. 1 ubi gloss. vers. consensit.*
Non qui aliquid nescit, sed qui putat se scire quod nescit, errare probatur. *Cap. 11 dist. 38.*
Errans non fatetur, nisi jus ignoret. *Leg. Non fatetur ff. de confessis.*
Erranti, ignoscendum. *Leg. Interdum §. Divus ff. de publ. judic.*
Errore, veritas originis non admittitur. *Leg. Assumptio ff. ad Municipal.*
Error, et imperita excusat. *Leg. Sed hoc ff. de aqua pluv. arcend.*

ESSE

Vid. *Nullus — Par.*
Paria sunt non esse, et non apparere. *Leg. Duo Filii in fin. ff. de testam. tut.*, *leg. In lege ff. de contrahen. empt.*
Paria snnt esse, vel esse debere. *Leg. Qui cum alio*, *in fin. ff. de reg. jur.*
Paria sunt aliquid jam esse, vel de proximo sperari. *Leg. penult. ff. mil. test.*
Paria snnt aliquid esse certum per se, vel per relationem ad aliud. *Leg. Asse toto ff. de haered. istit.*
Paria snnt non esse, vel reperiri non posse. *Leg. Cum unus* §. *fin. ff. de bon. aut. jud. poss.*
Non quod meum non est, tuum est. *Gothoffr. in leg. ultim. Cod. de rei vindic.*
Esse non videri in loco, quae ibi sunt ad tempus. *Leg. Si fundus* 42 *ff. de legat.* 3.
Esse in fundo videntur, quae majori parte anni fuerunt. *Leg. Cum de Lanionibus* §. *Sabinus ff. de fund. instruct.*
Esse in fundo videri, quae ibi sunt ut perpetuo sint. *Leg. Quaesitum est* §. *praedia ff. de legat.* 3.
Esse in loco non videtur pecunia, quae illic est, ut mutuo detur. *Leg. Si Chorus* §. 1. *ff. eod.*

EVENTUS — EVENTURUS

Vid. *Actus — Exitus — Finis.*
Quod ab initio inutile est, ex eventu non confirmatur. *Leg. Si tutoris ff. quod jussu*
A primordio titnli, posterior omnis formatur eventus. *Leg. Unic. in fin. Cod. de imponend. lucrat. descript.*, *leg.* 1 *Cod. de liber. praeterit.*
Tristes eventus non facile considerandos. *Leg. Inter* §. *sacram. ff. de stipulat.*, *leg. Si quis ab alio ff. de re judic.*
Statns rei dubius, a futuro declaratur eventu. *Leg. Jure nostro* §. *fin. ff. de test. tutel.*
Frustra illud expectatur, cujus nihil operatur eventus. *Leg. Cum haeres* §. 1 *ff. de acquir. haered.*, *leg. Aliquando*, *in fine ff. ad S. C. Vellej.*, *leg. Si quis ita scripserit ff. de haered. istit.*
Dubius est litis eventus. *Leg. Quod debetur ff. de pecul.*
Eventus conditionis, in mora consistit. *Leg. Uxori* 1 *ff. de pen. leg.*

Eventu facilia consideramus. *Leg. Si duobus* 3 *Cod. Comm. de legat.*

Eventura facile consideramus. *Leg. Si quis* 32 *ff. de negot. gest.*

Eventura quaeque maxime eveniunt, inspicimus. *Leg. Divortio* 38 *ff. de neg. gest.*, *leg. In diem* 9 §. 2 *ff. de aqua pluv. arcend.*

Eventura perspici debent. *Leg. Verum* 11 *ff. de minor.* 25 *ann.*

EVICTIO — EVINCERE

Vid. *Debitor — Legatus — Venditor*

Quod evincitur, in bonis non est. *Leg.* 151. *ff. de regul. jur.*

Etsi venditor evictionem non promiserit, tenetur de evictione. *Leg. Non dubitatur* 6. *Cod. de evictionib.*

Emptor in periculo evictionis, pretium solvere non cogitur. *Leg.* 18. §. 1. *ff. de pericul. et comm. rei vend*; *leg.* 31. §. 1. *de cedendo*, *leg.* 22. *ff. de haered. vel act. vend.*

In divisione facta a patre non agunt filii de evictione. *Leg. Si cogitatione* 21. *ubi gloss.*

Donator tenetur de evictione, si eam promisit. *Leg.* 2. *Cod. de evictionib.*

Evictio non datur, re facto evicta. *Leg. expeditam* 2. *Cod. de assertion. tollend.*

Antequam res evincatur, de evictione non agitur. *Leg. qui rem* 3. *Cod. de evictionib.*

Si tota res evincatur, sive pars, habet regressum emptor in venditorem. *Leg.* 1. *ff. de evictionib.*; *leg.* 16. *Cod. eod.*

Pro praedio dato in solutum, et evicto, agitur de evictione. *Leg. Si praedium* 4. *Cod. de evictionibus*, *leg.* 46. *ff. solutionib.*, *leg.* 24 *ff. de pign. action.*

Futurus casus evictionis, post contractam emptionem, ad venditorem non pertinet. *Leg.* 11. *ff. de evictionib.*

Venditor non potest evincere rem, quam vendidit. *Leg. Exceptione* 11. *Cod. de evictionib*; *ubi gloss.*

Venditor non tenetur defendere emptorem a violentia. *Leg.* 17. *Cod. de act. empt.*

Fidejussor rem venditam evincere non potest. *ibid.*

Evictione imminente in limine contratus, non cogitur emptor solvere pretium. *Leg. Pater* 17. *ff. de doli mali, et met. except.*

Evicta re ex empto, actio non ad pretium dumtaxat recipiendum, sed ad id quod interest, competit. *Leg.* 60, *et leg.* 70. *ff. de evictionib.*

Si emptor agendo vicit, non debetur evictio. *Leg. Si controversia* 9. *Cod. de evictionib.*

Haeres venditoris, non potest evincere. *Leg. Sive* 14. *Cod. eod. Leg.* 1. *ff. de except. rei vend.*, *Leg.* 73. *ff. de evictionib*; *leg.* 72 *ff. de rei vendicat*; *leg.* 46 *ff. de act. empt. et vend.*; *leg.* 17. *et* 18. *ff. de evictionib.*

Si quid ex finibus evinceretur, pro bonitate ejus emptori praestandum. *Leg.* 1. *et leg.* 45 *ff. de evictionib.*

Re ante motam litem perempta, cessat periculum evictionis. *Leg. si quis* 26. *Cod. de evictionib.*

In contractu permutationis venit evictio. *Leg. Si permutationis.* 29. *Cod. eod*; *Leg.* 1. *ff. de rer. permutat.*, *Leg.* 1. *Cod. de rer. permut. et praescript. verb.*

Qui vendidit alienum fundum, et suum postea factum, emptorem evincere non potest. *Leg.* 1. *ff. de except. rei vend.*, *et leg.* 14 *Cod. de evictionib.*, *leg.* 46. *ff. de act. empt. et vend.*

Emptori qui non denunciavit, vel compromisit, aut sine necessitate transegit, nulla actio de evictione danda est. *Leg.* 53. §. 1. *leg.* 55. *leg.* 56. §. 1. *leg.* 63. *ff. de evictionib.*, *leg. emptor*, *et leg. Empti. Cod. de evictionib.*

Venditor haereditatis non tenetur de evictiono rerum singularium, nisi pactum intercesserit. *Leg.* 1. *leg.* 2. §. 9. *leg.* 14. *infin. et leg.* 15. *ff. de haered. vel action. vend. leg.* 1. *Cod. de evictionib.*

Emptor universitatis agere non potest sine conventione, pro evictione rei singularis. *Leg. Emptor* 1. *Cod. de eod.*

Ubi res pro parte evincitur, pro parte debetur actio. *Leg.* 5. *Cod. de Commun. rer. alienat.*

Si plus, vel minus quam pretii nomine datum est, evictione secuta convenerit, placitum custodiendum est. *Leg.* 74. *in princ. ff. de evictionib.*

Creditor vendens jure pignoris, tenetur de evictione quando se obligavit. *Leg. Si a creditore* 2. *Cod. Creditor. evict. pign. non deber.*

Si creditor, sciens rem pignori datam esse alterius, et non debitoris, jus pignoris vendat, tenetur de evictione. *Leg.* 2. *Cod. eod., ubi gloss. in verbo vitio.*

Paria rem non tradi, vel traditam evinci. *Leg. Emptorem* §. 1 *ff. de act. empt.*

Debitorem ex causa lucrativa, de evictione non teneri. *Leg. ad res donatus. Cod. de eviction.*

Ex evictione non tenetur qui donavit. *Leg.* 18 §. 3 *ff. de donation.*

Venditor regulariter tenetur de evictione. *Tot. Tit. ff. et Cod. de eviction., Cap. Si extra, de empt. et vend., leg. fin. Cod. de act. empt., leg. Stipulatio ista ff. de verb. obl.*

Cohaeres tenetur de evictione cohaeredi, cui res evicta obvenit ex divisione facta ab ipsis cohaeredibus. *Leg. Si fratres Cod. Commun. utrius. jud., leg. Communi dividundo* §. *Si debitor ff. commun. dividund.*

Emptor in causa evictionis venditori denuntiare tenetur, ut liti assistat, ad hoc ut teneatur de evictione *Leg. Denuntiasse* §. *quid tamen ff. de adulter., leg. Non solum ff. solut. matr., leg. Emptor et leg. Empti. Cod. de evict. leg. Nomen Cod. quae res pign. oblig. poss.*

Emptor regulariter agit de evictione contra venditorem, re evicta. *Leg. Emptor fundi Cod. de evict., leg. Si in venditione ff. eod., leg. Non dubitatur. Cod. eod. Cap. fin. de empt. et vend.*

In divisione tenetur quis de evictione. *Leg. Si familiae* 14 *Cod. famil. erciscund., leg. Si fratres* 7 *Cod. Commun. utriusque etc., leg.* 25 §. 21 *ff. famil. erciscund.*

EXCEPTIO

Vid. *Confessio — Excipere — Petere — Probatio — Procurator.*

Favorabilior est exceptio, quam actio. *Leg.* 1 §. *Nam cui damus ff. de superficieb., leg. fure* §. *fin. ff. de doli except.*

Exceptio negativa, non requirit probationem. *Leg.* 10 *Cod. de non numer. pecun.*

Dispositio liberationis de futuro, inducit exceptionem de praesenti. *Leg. Si creditoris. Cod. de fideicomm.*

Sicut actor tenetur probare suam intentionem, ita reus suam exceptionem. *Leg. Ut creditor Cod. de Probationib.*

Facilius dari exceptionem, quam actionem. *Leg.* 1 §. *Cui damus ff. de superficieb.*

Adversus doli exceptionem, de dolo non replicari. *Leg. Apud* §. *quaesitum ff. de dol. except.*

Annalia ad agendum, perpetua esse ad excipiendum. *Leg. Pura* §. *fin. ff. de doli except.*

Remediorum cumulationem prohiberi, non exceptionum. *Leg. Plura ff. de action. et obligat.*, *leg. is qui*, *et leg. Nemo ff. de except.*

Nemo prohibetur pluribus exceptionibus uti, quamvis diversae sint. *Leg.* 8 *ff. de exception. etc.*

Agere videtur, qui exceptione utitur. *Leg.* 1 *ff. eod.*

Reus in exceptione fit actor. *Leg.* 1 *ff. eod.*

Ex delicto exceptio non datur. *Leg.* 154 *ff. de regul. jur.*, *leg.* 4 §. 13 *ff. de doli mali etc.*

Exceptio perjurii, transit in singularem successorem. *Bald. in Leg. Si tertius* §. *Si quis prius ff. de aqua pluv. arcend.*

Exceptio rei judicatae, non obstat si nova supervenerit causa. *Leg. Si mater* §. *si eadem in pr.*, *et Si is qui haeres ff. de except. rei jud.*

Exceptio non numeratae pecuniae non competit post biennium. *Leg. In contractibus* 14 *in pr. Cod. de non num. pec.*, §. 1 *Istit. de litter. oblig.*

Exceptio falsi procuratoris, semper opponi potest. *Leg. Licet* 24 *Cod. de procurat.*

Exceptio Vellejani transmittitur ad haeredes. *Leg.* 20 *Cod. ad S. C. Vellejan.*

Exceptio ex pacto nudo, de jure civili oritur. *Leg. Juris gentium* §. *sed cum nulla ff. de pactis*, *leg.* 1 §. *id quod natura ff. ad leg. falcid.*

Exceptio, quae reo principali non prodest, etiam ejus fidejussori non prodest. *Leg. Et haerede* 21 §. 2 *ff. de pactis.*

Exceptio, quae incipit competere venditori, post contractum transit ad emptorem *Leg.* 10. *ff. de reb. eor qui sub tut.*

Exceptione in factum repellitur, qui id non fecit, quod facere debuit. *Leg. apud Celsum* 4. *ff. de doli mali et met. caus.*

Exceptio debet esse de regula. *Leg. Nam quod liquide* §. *fin. ff. de penu legat.*

Exceptio ubi non reperitur posita, non est a regula recedendum. *Leg. Praevaricationis §. ult. ff. de praevaricat.*, *leg. dissentientem Cod. de divor.*, *leg. Illam Cod. de collation.*

Exceptio jure personali, competit fidejussori. *Leg.* 24. *et* 25. *ff. de rejudicata etc.*

Excipiens non videtur fateri ea quae in exceptione includuntur. *Cap. Cum venerabilis de exception.*

Renuncians generaliter omnibus exceptionibus, non intelligitur renuntiare exceptionem, quae habet ortum ex facto adversarii. *Not. in leg. qui officii §. fin. ff. de contrah. empt.*

Exceptiones competentes reo principali, competunt fidejussori. *Leg. omnes ff. de except.*, *leg. defensiones Cod. eod. leg. tam mandatori Cod. de non num. pec.*

Exceptio altioris indaginis, non admittitur in judicio summario, sed debet reservari. *Leg.* 3. *§. ibidem cum gloss. in verb. obscurior. ff. ad exhib.*, *leg. fin. Cod. de compens.*

Exceptio quae est contra naturam actus, vitiatur, et non vitiat. *Leg. Si quis* 74. *ff. de haered. instit.*

Exceptio solutionis, continet confessionem debiti. *Glos. in leg. Julianus ff. de condict. indeb.*

Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. *Cap.* 6. 32. *q.* 7., *Leg. quaesitum §. denique*, *leg. nam quod liquidae §. vult. ff. de pen leg.*, *gloss.* 1. *leg. his verbis ff. de legat.* 3.

Qui allegat exceptio, debet hoc probare. *Leg. omnis definitio* 202. *ff. de reg. jur.*

Exceptiones quae sunt temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. *Leg. licet Cod. de except.*

Qui potest agere, multo magis potest excipere. *Leg.* 1. *ff. de superficieb.*, *Reg.* 71. *de reg. jur. in* 6.

Exceptio repellit eumdem, quem de jure tenet actio. *Leg. Vendicantem, et leg. seq. ff. de exceptionib.*, *leg. exceptione doli ff. de eviction.*

EXCESSIO — EXCESSUS

Excessus vitiat formam. *Leg. Diligenter, vers. nam qui excessit ff. mandati.*

Excessus in numero, formam non vitiat. *Leg. Non sunt liberi, ff. de Stat. homin.*, *leg. Testamentum Cod. qui test. fac. poss.*

Excessus modicus non attenditur. *Leg. Necessarium* 2 §. 2 *ff. de orig. jur.*

EXCIPERE

Vid. *Exceptio*

Excipere de jure tertii nemo potest. *Leg. Is consequenter* 18 *ff. fam. aerciscun.*

Excipiens probare tenetur. *Leg. Obligamur* 52 *ff. de oblig. et action.*

Excipiendo quaedam acquirimus quae non agendo. *Leg. Ait Praetor.* 3 §. 4 *ff. de negot. gest.*

EXCLUDERE — EXCLUSIO

Exclusio unius est inclusio alterius. *Leg. Cum praetor ff. de judic., leg. Maritus Cod. de procurat*; *Cap. qualis.* 25 *dist.*, *Cap. non ne de praesumpt.*

Inclusione unius non excluduntur quae alia via specialiter includuntur. *Gloss. in leg. de crimine. Cod. qui accus. etc.*

Paria sunt ipso jure excludi, vel ope exceptionis., *Leg. Nihil interest ipso jure ff. de reg. jur.*

Paria sunt excludi morte, vel repudiatione. *Leg.* 2 §. *Sed ipsa ff. ad S. C. Tertull.*

Excludens unum ex duobus propositis aliud includere videtur. *Leg. Cum praetor ff. de judic., leg. maritus Cod. de procurat.*

EXCOMMUNICATIO - EXCOMMUNICATUS

Excommunicati testificari non possunt. *Cap. Veniens de testibus et attest.*

Ab excommunicatis potest petere debitum licite. *Cap. Inter alia. de Sent. excommunic.*

Excommunicatus notorius etiamsi appellat, vitandus est. *Cap. pervenit.* 1 *de appellat.*

Excommunicato communicans non potest ei excommunicationem abjicere. *Cap. in praesentia de Sent. excom.*

Excommunicatus publicus non debet ad dignitatem laicalem eligi. *Cap. Venerabilem de election.*

Excommunicatus publice non potest Judex esse. *Cap. Exceptionem infin. de except., et Cap. ad probandum de Sent. et re jud.*

Excommunicatus debet ab omnibus, etiam privilegiatis, vitari. *Cap. Cum, et plantare de privileg.*, 26 *Caus.* 11 *q.* 3 *ubi gloss. in verbo commoniti.*

Excomunicatus publice non admittitur ad accusandum. *Cap. Olim. de accusat.*

Excommunicato domino potest familia communicare. *Cap. Inter alia, et Cap. Si vere de Sentent. excommunic.*, 103 *Caus.* 11 *quaest.* 3.

Excommunicare seipsum nemo potest. 9 *Caus.* 1 *q.* 7 *ubi gloss. in verb. Anathematis*; 101 *Caus.* 11 *quaest.* 3 *ubi gloss. in vera. etiam si nos.*

Excommunicatus in uno territorio quousque absolvatur, est excommunicatus ubique. *Abb. in Cap. Sollicitudinem num.* 20 *de appellat, et in Cap.* 1 *de raptor. num.* 3.

Percutiens Clericum incidit in excommunicationem. *Cap. Si quis suadente* 17. *q.* 4.

Excommunicatus non potest in judicio principaliter agere. *Cap. Intelligimus. de judic. Cap. post. cessionem. de probat. Cap. Decernimus. de sentent. excom. in* 6.

Excommunicatus potest facere testamentum. *Innoc. In Cap. Cum voluntate de sent. excom.*

Excommunicatio sequitur excommunicatum. *Leg. Ex ea* 9 *ff. de pustul.*

Clericum percutiens ignoranter, non est excommunicatus. *Cap. Si vero de Sentent. excom.*

Clericum tenens in vinculis solum, est excommunicatus. *Cap. Nuper a nobis. de sent. excom.*

Excommunicatus potest amplius, et saepius excommunicari. *Cap. Ita quorundam de Judaeis et Sarracenis.*

Excommunicandus quis non est pro minimis causis. 10 *dist.* 96. *ubi gloss. in verb. videbatur.*

Excommuuicatus matrimonium potest contrahere. 3 *dist.* 95 *ubi gloss. in verb. negantur.*

Excommunicatus non intret Eclesiam. 16. *Caus.* 11 *q.* 3 *ubi gloss. vel oraverit.*

Excommunicatus ratione societatis toleratur. 1 *dist.* 41 *ubi gloss. in verbo vivit.*

Excommunicatio pro modica injuria non est ferenda. 7 *Caus.* 2 *q.* 1 *ubi Gloss. in verb. quamlibet.*

Excommunicatio est maxima poena. 11 *Caus.* 2 *q.* 1 *ubi gloss. in verbo excommunicat.*

Excommunicatio est mucro Episcopi. *ibi, et Cap.* 17 *Caus.* 23 *quaest.* 3 *ubi gloss. in verb. Episcopale.*

Excommunicatio non retrotrahitur. *Cap. Cum quis de Sentent. excom. in* 6.

Capientes fructus beneficii vacantis sunt ipso facto excommunicati, et absolutio Papae reservatur. *Cap. Generali* 13 *de elect. in* 6, *Pio V. Costit.* 104 *Durum nimis.*

EXCUSARE — EXCUSATIO

Vid. *Absens — Ignorantia — Imperitia — Relictum — Rusticitas — Tutor.*

Quamlibet causam, vel injustam a dolo excusare. *Leg. Igitur §. Et generaliter ff. de liber caus.*

Fati infelicitas neminem excusat. *Leg. Verum §. sciendum ff. de minorib.*

Vani timoris justa excusatio non est. *Leg.* 84 *ff. de reg. jur.*

Imperfectae excusationes non juvant. *Leg.* 15 §. 11 *ff. de excus. tut.*

Excusatus a tutela unius, non ob id excusatur a tutela alterius. *Leg. Duobus ff. de testam. tutel.*

Excusationum temporibus neglectis, non valet excusatio. *Leg. Scire etiam oportet* §. 1 2 *et* 3 *ff. de excusat. tutor.*

Excusatur imperitia. *Leg. Si quis* 7 *ff. de jurisd.*

Excusat jussus majoris. *Leg. Quod Principis* 23 *de aq. pluv. arc.*

EXECUTIO — EXECUTOR

Vid. *Sententia*

Merus executor non potest assumere partes judicis. *Leg.* 6 *Cod. de execut. rei jud.*

Executor est qui sententiam mandat effectui. *Leg.* 8 *Cod. eod.*

Juris ordine praetermisso non valet executio. *Leg.* 1 *Cod. de execut. rei jud.*

Executionem non faciendam juris ordine praetermisso. *Leg. Si cum Nulla ff de re jud. Leg.* 1 *Cod. de except. rei jud.*

Executio sententiae fieri non debet durante tempore dato ad appellandum. *Leg. Unica vers. novare ff. nihil nov. ap-*

pell. pend., *Gloss. in Cap. Non solum vers. innovata in pr. de appellat in* 6.

Non licet victori sua authoritate sententiam exequi. *Leg.* 6 §. *qui judicati ff. de rejudicata etc.*

Executio ante sententiam non est facienda. *Leg. Nimis* 1 *Cod. de execut rei jud.*

Non licet executori cognoscere de justitia sententiae. *Leg.* 6 *Cod. eod.*

EXEMPLAR

Vid. *Exemplum — Originalis*

Ubi deficit exemplar exemplum deduci non potest. *Leg. In testamento ff. de condit et demostr.*

EXEMPLUM

Vid. *Exemplar — Judex*

Exemplum malum ad malos mores provocat. *Concil. Trid. de refor. Ses.* 24 *Cap.* 8

Exemplum malum, vitandum. *Leg. Observandum* 47 *ff. de judic.*

Exempli causa dictum non obligat. *Leg. Obligationis.* §. *Verborum.* 2 *ff. de action.*

Exemplum sacerdotum quanti momenti. *Concil. Trid. de refor. sess.* 22 *cap.* 1; *sess.* 23 *cap.* 14, *sess.* 25 *cap.* 1 *et* 14.

Exempla sumi debent, et solent a re minus dubia. *Leg. Cum vero* 26 §. 1 *ff. de fideicom. lib.*

Exempla non restringunt, sed declarant. *Leg. Regula* §. *fin. ff. de jur. et fact. ign.*, *leg. Praetor. alias Julianus* §. *quoties. ff. de collat. bon.*, *leg. damni infecti stipulatio ff. de damno infect.*, *leg.* 1 §. *quod vulgo ff. de vi et vi arm.*

Exemplis non est judicandum, sed legibus. *Leg. Nemo Cod. de Sent. interl. omn. jud.*

Exemplum Principis sequendum est. *Leg. Et hoc Tiberius. ff. de haered. istit.*, *leg. Titius ff. ad S. C. Trebell.*

Exemplum Magistri sequendum est. *Leg. An manumittere. ff. de manumis. vind.*

Mala exempla non sunt sequenda. *Leg.* 1 *in pr. ff. ad S. C. Macedon.*

Exempli positio est respondentis instructio. *Leg. Ut responsum. Cod. de Transaction.*, *Leg. Praecibus Cod. de Impuber.*, *Leg. Exprimere Cod. de duob. reis.*

Exempli res fit manifestior. *Leg. Praetor* §. *Julianus ff. de collat. bonor.*

Doctrinae gratia unicum exemplum sufficit. *Leg. Ita vulneratus. infin. ff. ad leg. Aquil.*

Ratione mali exempli, gravior poena imponitur. *Leg. Omne* §. *In acie ff. de re milit.*

Non statur exemplo, nisi constet de originali. *Auth. Si quis in aliquo. Cod. de edend.*

Ea quae exemplo gravia sunt, tolerari non debent. *Leg. si quis aliquid.* §. *qui abortionis. ff. de poenis., leg. Exemplo Cod. de probat, leg. fin. in fin. Cod. de his qui latr. occult.*

Quod exempli gratia ponitur ad omnia similia extenditur. *Leg. Damni* 30 *infin. ff. de damn. infect.*

Exemplum non facit plenam fidem. *Cap.* 1 *de fid. instrum., Auth. Si quis in aliquo Cod. de aedendo.*

Exemplo alterius saepe docetur homo. *Leg. aut. facta* §. *fin. ff. de poenis.*

Exemplis majorum est judicandum. *Leg. Apud Julianum* §. *Antistia ff. ad Trebell.*

EXHAEREDATIO — EXHAEREDATUS

Vid. *Filius — Posthumus*

Exhaeredationem conditionalem non valere. *Leg. Et si* 3 *et* §. *filius ff. de liber et posthum. haered. istit.*

Exhaeredationem pure fieri debere. *Leg. eadem.*

Exhaeredatus licet juste fuerit filius, nepos tamen contra testamentum Avi, venire potest. *Leg.* 3 §. *Si emancipatus ff. de bon. posses. contr. tabul.*

Exhaeredatus a gradu institutionis, a substitutionis gradu exhaeredatus intelligitur. *Leg. Cum Cod. de liber. praeterit.*

EXIGERE

Vid. *Solvere*

Exigere est extorquere a nolente solvere. *Leg. Solvendo ff. de negot. gest.*

Bona fides non patitur ut bis idem exigatur. *Leg.* 57 *ff. de regul. jur., leg. Si rem* §. *ult. ff. de novat., leg.* 21 *ff. de haered. vend; leg. Si fidejussor.* §. *si cum debitor in fin. et* §. *omnibus ff. mandati.*

Debitum non est exigendum armata manu, sed civiliter. *Leg. Negantes* 9 *Cod. de action, et oblig.*

EXITUS

Vid. *Finis — Initium — Principium*

Melius est in tempore occurrere, quam post exitum vindicare. *Leg.* 1 *Cod. quando licet unicuique etc.*

Exitus acta probat. *Leg. Si mater ubi Bald. Cod. ne stat. defunct., leg. rem non novam in fin. Cod. de jud., Cap. quod autem* 22 *quaest.* 2.

In maleficiis voluntatem spectatur non exitus. *Leg. Divus ff. ad Leg. Corn. de Sicar.*

EXPENSA

Vid. *Causa — Dos — Fructus — Victus —*

Impensa facta in certis fructibus, deducitur ex aliis fructibus ejusdem anni, et ejusdem fundi. *Leg.* 9 §. *quod ff. solut matrim.*

Expensa funeris statim repetitur. *Leg. Si filia* 61 *ff. eod.*

Quae fiunt ad perpetuam utilitatem rei, dicuntur expensae necessariae. *Leg.* 3 *ff. de impens. in reb. dotal.*

In actione de dote, de impensa modica non curatur. *Leg.* 12 *ff. eod.*

In actione negotiorum gestorum etiam de modica impensa curatur. *Ibid.*

Expensae voluptariae fructum non augent. *Leg.* 79 §. 2 *ff. de verb. signific.*

In expensis condemnatur, qui temere aliquem trahit ad judicium. *Cap. Ex literis de dolo, et contumac.*

Utiles impensae dicuntur quae rem faciunt meliorem. *Leg.* 79 §. 1 *ff. de verb. signif., leg.* 5 §. *ult. leg.* 6. *et leg.* 7 *ff. de impens. in res. doct. fact.*

Impensae necessariae sunt quae si factae non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit. *Leg.* 79 *ff. de verb. significat.*

In expensis condemnatur qui appellationem non prosequitur. *Cap. Irreprehensibilis. de Appellat., Innoc. in Novell. de appellat. cap.* 1.

Condemnatur in expensis qui irrationabiliter appellavit. *Cap. Ut debitus. de appellat.*

Expensae necessariae dicuntur quae habent in se necessitatem impendendi. *Leg.* 1 §. 2 *ff. de impens. in res dot. fact.*

Voluptarias expensas non repetit negotiorum gestor. *Leg. Ex duobus* 27 *ff. de negot. gest.*

Expensae semper sunt deducendae. *Cap. Vobis* 23 *Caus.* 2 *q.* 2 *ubi gloss. in verb. quid ad causas.*

Sumptus immodicos non repetuntur. *Leg.* 43 *in fin. ff. de act. empt.*

Sumptus non repetit qui pietatis gratia fecit. *Leg.* 14 §. 7 *ff. de religios. et sumpt. fun.*

Victus victori debet condemnari in expensis. *Leg. Qui solidum* §. *etiam ff. de legat.* 2, *leg. Eum quem temere ff. de judic. Cap. fin. de dolo, et contum.*, §. *Haec autem. Instit. de poen. tem. litig.*

Expensas factas causa studiorum non debent conferri in divisione, nisi pater eas repetendi suppeditasse probetur. *Leg. Quae pater.* 51 *ff. fam. ercisc.*

Expensae funeris filii non emancipati, spectant ad patrem. *Leg. Filius fam. ff. de in rem verso.*

EXPRESSIO

Vid. *Expressus — Tacitus*

Expressio ejus quod tacite inest, per alium modum quam insit, multum operatur. *Leg. Si quis Sempronium, et leg. Cornelius ff. de haered. istit.*

Expressio ejus quod tacite inest nihil operatur. *Leg.* 3 *ff. de legat.* 1, *leg. Non recte, Cod. de fidejussor.*

Expressio tacite inentium alio modo quam insit, aliquid operatur. *Leg. Si ita legatum,* §. 1 *ff. de legat.* 1, *Cap. Significasti* 4 *De elect.*

Expressio non necessaria, licet inepta, actum vitiat. *Leg. Unic. in princ. Cod. de re ux. act.*

Expressio intrinsecae conditionis actum non suspendit. *Leg. Si decem ff. de stipulat.*

Expressio alicujus individui, reliquunt speciei a genere eximit. *Leg.* 1 §. *fin. ff. de aur. et arg. leg.*

EXPRESSUS

Vid. *Expressio — Tacitus*

Expressi major est vis, quam taciti. *Leg. Nonnumquam ff. de condit. et demonstr., leg. Expressa nocent. ff. de reg. jur., leg. Praecibus Cod. de impuber.*

Expressum dicitur quod ex natura verborum inducitur. *Bart. in leg. Si fidejussor. §. Meminisse ff. de legat.* 1.

Expressum dicitur quod subintelligitur a jure. *Leg. Licet Imperator. ff. de legat.* 1, *leg.* 1 *Cod. de testam. milit.*

Expressum dicitur quod sub ratione comprehenditur. *Leg. Quaesitum scio. ff. de testib.*, *leg. Si postulaverit. §. sed si negaverit. ff. de adulter.*

Expresso vitiato vitiatur tacitum in eo comprehensum. *Leg.* 3 *§. fin. in fin. ff. de servit. rustic. praed.*, *leg. Cum unus §. plane ff. de bon. auct. jud. poss.*, *leg. fin. ff. de constit. pecun.*

Expressa nocent quae tacita non obessent. *Leg. Nonnumquam ff. de condict. et demonstr.*

Expressum facit cessare tacitum. *Leg. Cum ex filio §.* 1 *ff. de vulg. et pupill. subst.*

Par est virtus taciti et expressi. *Leg. Cum quid mutuum* 3 *ff. de reb. cred. et si cert. petat.*

Vitiato expresso, non vitiatur tacitum aeque principale. *Leg. Si fidejussor in princ. ff. de legat.* 1

Potentior est dispositio expressa, quam tacita. *Leg. Praecibus Cod. de impuberib.*

Multa tacite conceduntur, quae expresse fieri prohibentur. *Cap. Caeterum. extr. de juram. calumn.*, *leg.* 2 *§. Sed quia veremur. Cod. de jur. calum.*, *leg. actus legitimi ff. de reg. jur.*, *leg. Illa institutio*, *et leg. Si quis Sempronium ff. de haered. istit.*, *leg. Si unus, §. Illud. ff. de pact.*

Expresso prorogato, tacitum non differtur. *Leg. Quaero §. fin. ff. de testam. tutel.*

Expressum dicitur etiam quod verbis generalibus explicatur. *Leg. Lucius ff. de vulg. et pupill. substit.*

Expressum non dicitur quod venit in consequentiam. *Leg. Sicut certi Cod. de test. milit.*

Expressum dicitur quod ex signis colligitur. *Leg. Item quia* 4 *§.* 1 *ff. de pact.*

Expresse qui consentire non potest, nec tacite potest consentire. *Leg. Interdum* 29 *ff. de condit. indeb.*

EXTENDERE

Vid. *Dispositio — Extensio — Lex.*

Dispositio hominis non tam facile extenditur quam dispositio legis. *Cap. Susceptum de rescript. in* 6, *Cap. Cum illis de praebend. in* 6.

Dispositio facta in favorem aliquorum, ad alios non extenditur. *Leg. Si unus §. ante omnia ff. de pactis.*, *leg. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. et posthum.*

Dispositio facta in uno casu, ad alium similem extenditur ex verisimili et tacita mente disponentis. *Leg. Titius §. Lucius ff. de lib. et posth.*, *leg. fin. Cod. de posth. haered. istit.*, *Gloss. in leg. Tale pactum ff. de pactis.*

Quod nullum est extendi non potest. *Leg. 1 et 2 ff. de judic.*, *leg. Sed si manente ff. de praecario.*

Tacita dispositio non extenditur. *Gloss. in leg. 1 §. Sed videndum ff. de success. edict.*

Quando actus potest aliquid operari, numquam extenditur in alterius praejudicium; sed ubi esset omnino nullus, tunc nullius praejudicio, considerato solo favore disponentis, extenditur ut aliquid operetur. *Leg. Scaevola ff. ad Sen. Cons. Trebell.*

Quando agitur de favore publico jura exorbitantia extenduntur ex identitate, vel majoritate rationis. *Bart. in leg. Si constante ff. de solut. matrimon.*, *et in leg. Quaemadmodum Cod. de agricol. etc.*

Provisio facta in uno casu ad alios similes extenditur. *Leg. Gallus §. Et qui tantum ff. de lib. et postkum.*

In his quae sunt stricti juris, casus expressus ad ommissum non extenditur. *Leg. Quidquid adstringendae ff. de verbor. oblig.*

EXTENSIO — EXTENSUM

Vid. *Correctio — Extendere — Ratio.*

In fictionibus non fit extensio. *Leg. Pater §. fin. ff. de captiv.*, *leg. Lex Cornelia cum Gloss. ff. de vulgar*, *et pupill. subst.*

Extensum non est majoris virtutis quam id ad quod extenditur. *Leg. 1 et 2 ff. de judic.*

In poenalibus non fit extensio. *Leg. Pater severinam ff. de cond. et demostr.*; *leg. Cum proponas Cod. de haered. istit.*, *Reg. in poenis*, *et Reg. Odia. de regul. jur. in 6.*

De persona ad personam non fit extensio. *Leg. Si unus §. Ante omnia ff. de pactis*, *leg. Gallus §. idem credendum ff. de lib. et posth.*

In odiosis, et poenalibus etiam vel identitate vel majoritate rationis, non fit extensio. *Leg. Cum quidam ff. de lib. et posth.*

In correctoriis non fit extensio. *Leg. Si vero §. de viro ff. solut. matrim.*

De tempore ad tempus non fit extensio. *Leg. Comodissime ff. de lib. et posth., leg. Si ita quis substituerit ff. de vulg. et pupill. substit.*

Etiam ex tacita, et verisimili mente disponentis, de persona ad personam non fit extensio. *Leg. Si quis ita, §. pen. ff. de test. tutel.*

Ubi agitur de poena imposita a testatore non fit extensio de uno casu, ad alium. *Leg. Pater severinam in princ. ff. de condit. et demostr.*

A ratione quae consideratur favore agnationis non fit extensio de una persona ad aliam *Bald. in leg. Sed et milites ff. de excus. tut.*

Ex identitate rationis, de stricta significatione vocabuli, ad latam fit extensio. *Cap.* 1 *de tempor. ordin. in* 6, *Gloss. in Auth. Ut qui oblig. in princ. in verbo ad curationem ff. ad S. C. Macedon.*

EXTRAHERE

Extrahi de domo sua invitus quis non debet. *Leg. Nemo de domo ff. de regul. jur., leg. Plerique cum tribus sequentib. ff. de in jus vocand.*

EXTREMUS

Probatis extremis, media praesumuntur. *Leg. Sicut §. non videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.*

Omne extremum est vitiosum. *Leg. Solent. §. fin. ff. de offic. proconsul.*

FACERE

Vid. *Concedere — Dare — Dicere — Facile — Factum — Obligatio — Probatio — Terminus*

Facere videtur qui curat uti fiat. *Leg. Ex duodecim* 3 *ff. ad leg. Jul. majest.*

Facit ficte, qui per alium facit. *Leg. Praetor ait.* 1 *§. quoties* 13. *ff. de vi, et vi arm.*; *leg. Ait praetor. §.* 8 *ff. ne vis fiat ei etc.*

Paria sunt aliquid facere vel per se, vel per alium. *Leg.* 1 §. *dejecisse ff. de vi, et vi armata, leg. is damnum ff. de reg. jur.*, *Reg.* 72 *de reg. jur. in* 6.

Paria sunt facere, vel facto authoritatem praebere. *Leg.* 1 §. *Omnia Cod. de vet. jur. enucl.*

Paria sunt aliquid facere, vel per se, vel per interpositam personam. *Leg. Hac edictali* §. *Si vero plus. Cod. de secund. nupt.*

Paria sunt facere, vel minus legitime facere. *Leg. Quoties ff. qui satisd. cogan.*, *leg. Si aut nullum Cod. de legit. haered.*

Paria sunt nihil facere, vel partem tantum individui facere. *Leg. Furiosum ubi gloss. Cod. qui testam. fac. poss.*

Paria sunt facere, vel facienti consentire. *Leg. Utrum*, *et leg. sequent. ff. ad leg. Pompej. de parricid.*

Paria sunt non facere, vel in facto non perseverare. *Leg. Quidquid calore ff. de reg. jur.*

Paria sunt aliquid fieri sine lege, vel contra legem. *Bald. in Cap. in generi col. fin. de election.*

Paria sunt aliqnid fieri coacte, vel metu compulsionis. *Leg. Novissime in princ. ff. quod fals. tut. etc.*

Paria sunt aliquid fieri necessitate cogente, vel suadente utilitate. *Cap. Post traslationem* §. *fin. de renuntiat.*, *Cap. Quaeris. de aetat. et qualit.*

Paria sunt aliquid per me, vel mea voluntate fieri. *Leg. Filio familias Cod. de jur. deliber.*

Paria sunt aliqua simul fieri, vel eodem tempore confirmari. *Leg.* 2. *Cod. de testam. tutel.*

Paria sunt aliquid non facere, vel facere non tamen debito modo. *Leg.* 1 §. *penult. ff. quod legator.*

Paria snnt aliquid fieri de jure comuni, vel ex privilegio. *Leg. Liberos. Cod. de collation.*

Paria sunt contra legem facere, vel ultra legem. *Leg.* 1 *in fin. ff. de loc. publ. fruend.*

Paria sunt male facere, vel male facto non obviare. *Cap. Sicut dignum. extra. de homicid.*

Paria sunt aliquid fieri tempore habili, vel in tempus habile conferri. *Leg. In tempus ff. de haered. istit.*

Paria sunt aliquid fieri tempore prohibito, vel in tempus prohibitum conferri. *Leg. Oratio ff. de sponsalib.*

Paria sunt quem aliquid facere, vel per se non stare quominus fiat. *Leg. Uter. in fin. ff. de conditionib. istitut.*

Quod communiter fit, censetur legitime fieri. *Leg. Certi condictio* §. *Si nummos ff. si cert. pet.*

Quae incontienti fiunt, videntur inesse. *Leg. Lecta. ff. Si cert. pet.*, *Gloss. in leg. Pomponius* §. *ratihabitionis ff. de procurat.*, *leg.* 3 *ff. de divort.*

Quod juste fieri prohibetur, per indirectum fieri non potest. *Leg. Si duobus*, *ubi gloss. fin. ff. de negot. gest.*

Quod contra legem fit, inutiliter fit. *Cap. Vides.* 10 *dist.*, *leg. Non dubium. Cod. de legib.*

Frustra auxilium legis invocat qui contra legem facit. *Cap. Quia frustra. de usur.*, *leg. Auxilium ff. de minor.*

Qui per alium facit ipse facere videtur. *Cap. Qui facit. de reg. jur. in* 6, *leg. quod jussu alterius ff. de reg. jur*; *leg. Arethusa* 15 *ff. de stat. hom.*

Non facere, est facere. *Leg. Si mora* 9 *ff. solut. matrim. ubi gloss. in verb. Ne facto.*

Non facere et non bene facere paria sunt. *Leg. Quoties ff. qui satis cog.*

Qui non facit quod debet, non recipit quod oportet. *Leg. Julianus* 13 *ff. de act. empt.*

Qui facit aliter quam debet, facere non dicitur. *Cap. Qui ex timore. de regul. jur.*

Quidquid in calore iracundiae vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseverantia apparuit judicium animi fuisse. *Leg.* 48 *ff. de regul. jur.*, *leg.* 3. *ff. de divortio.*

Qui jussu judicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere. *Leg.* 167 *ff. de regul. jur.*, *leg.* 4 *ff. de aqua*, *et aq. pluv. arcend.*, *Reg.* 24 *de Reg. jur. in* 6.

Plus est facere, quam pronuntiare. *Leg. Si tamen.* §. *ei qui supra ff. de aedil. edict.*

Facientem non excusat jussus alterius. *Leg. Praetor ait.* 1 §. 13 *quotiens. ff. de vi et vi arm.*

Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum. *Reg.* 48 *de regul. jur. in* 6.

Quod mihi prodest, et alii non nocet faciendum est. *Leg.* 2 *ff. de solut. matrim.*

Omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis similiter. *Luc.* 6. 31, *Matth.* 7. 12, *Tob.* 4. 16.

FACIES

Facies hominis non debet signari. *Leg. Si quis in metallum Cod. de poenis.*

Facilitas veniae incentivum tribuit delinquendi. *Cap. Ut Clericorum de vit. et honest. Cleric.*, *Cap. Est injusta* 23 *q.* 4.

Facile quod potest fieri habetur pro quasi facto. *Leg. Locus* 26 *ff. de acquir. possess.*

Facilius toleratur quod a pluribus exigitur. *Leg. Actores* 4 *Cod. de exact. trib.*

FACTUM

Vid. *Facere — Narratio.*

Factum alienum promitti non potest. *Leg. Inter stipulantem in princ. ff. de stipulat.*, *leg. Sicut reus. ff. de fidejuss.*

Factum inimici in malam partem accipitur. *Leg. Athletae.* §. 1 *ff. de excus. tutor.*

Factum Principis in dubium refricari non debet. *Leg. quaeris ff. de natalib. restituend.*

Ad quaestionem facti non respondet Jurisconsultus. *Leg. Eum quem* §. 1 *ff. de judic.*

Non inspicitur factum, sed causa faciendi. *Leg. Verum est. ff. de furtis.*

Ea quae sunt facti, nulla juris constitutione mutantur. *Leg. In bello* §. *factae ff. de captiv.*, *Gloss. in leg. Librorum* §. *quod tamen Cassius*, *in verb. non continebuntur ff. de legat.* 3, *leg.* 1 §. *Si vir. ff. de acquir. possession.*

Legitime factum, nullam poenam meretur. *Leg. Graecus Cod. de adulter.*, *leg. qui servum ff. de stipulat.*

Contra factum proprium, nemini venire conceditur. *Leg. Post mortem ff. de adeption.*, *leg. Cum a Matre. Cod. de rei vindicat.*

Ad rescindendum aliquod factum, non potest quis suam, vel quasi suam turpitudinem allegare. *Leg. Si Creditoribus. Cod. de Servo pign. dat. manumiss.*, *leg. Transactione*, *Cod. de Transactionib.*

Ubi opus est facto, verba non sufficiunt. *Leg. Non omnes* §. *fin. ff. de re milit.*, *leg. Peculium in fin. ff. de peculio.*

Fieri eodem tempore dicitur, quod successive fit. *Gloss. in leg. Antiqui*, *in verb. eodem tempore*, *ff. Si pars haered. pet.*

Quod quis ex suo facto sentit, sibi et non alii debet imputare. *Leg. Inter cohaeredes*, §. *quod ex facto*, *ff. famil. aerciscund.*

Facere dicitur qui cum possit, non prohibet. *Leg. Adigere in princ. ff. de jur. patronat.*

Ex facto alieno alius onerari non debet. *Leg. In causae ff. de procuratorib.*

Re facti, infirmarii jure civili non potest. *Leg.* 1 §. *Si vir. ff. de acquir. possess.*

Facta inter alios aliis non praejudicant *Leg.* 1 *et* 2 *Cod. res int. alios acta.*

Factum esse non sufficit, nisi perduret. *Leg. Si pro parte.* §. *versum. ff. de in rem vers.*

Multa facta tenent, quae ab initio fieri prohibentur. *Leg. Patre ff. de his qui sunt sui, vel alien. jur.*

Quae dirimunt facta, longe magis impediunt facienda. *Leg. Inter stipulantem* §. *sacram. ff. de stipulat.*

Quaedam vitiant jam facta, quae non impediunt facienda. *Leg. Non distinguemus circ. princ.*, *et ibi gloss. in verb. ferre debet. ff. de arbitr.*

Facta sunt potiora verbis. *Leg. In pupillo* §. *meminisse ff. de oper. nov. nunciat.*

Factum procuratum non prodest. *Leg. Si servus legatus* §. 1 *ff. de legat.* 1.

Factum contra voluntatem faciendi non imputatur. *Leg. Cura*, *vers. nec si per vim*, *ff. de muneribus*, *et honoribus.*

Quae incontinenti fiunt, inesse videntur. *Leg. Lecta*, *vers. dicebam. ff. Si cert. pet.*

Factum naturae aequo animo ferendum est. *Leg. In summa* §. *apud ff. de aquae pluv. arcend.*

Facta non praesumuntur nisi probentur. *Leg. Si emancipari. Cod. de Collution.*, *Cap. Cum in jure. De offic. delegat.*

Facta infecta esse non possunt. *Leg. In bello.* §. *factae ff. de captiv. et postlim.*

Facta pro infectis haberi possunt. *Leg. Non dubium Cod. de legib.*, *leg. quod. si minor.* §. *restitutio*, *ff. de minor.*

Facti appellatione etiam non factum continetur. §. *Si uxor. Istit. de nupt.*, *leg. fin. in fin. ff. de inofficios. testam.*

Facta plerumque etiam prudentissimos fallunt. *Leg.* 2 *ff. de jur. et fact. ignor.*

Pro facto habetur quod proxime facturum. *Leg. penult. ff. de milit. testam.*

Nemo ad factum precise obligatur. *Leg. Stipulationes non dividuntur. vers. Celsus. ff. de stipulation.*

Factum praecisae in ultimis voluntatibus obligatur. *Leg. Fideicommissa* §. *fin. ff. de legat.* 3.

Alieno facto, jus alterius non mutatur. *Leg. Nam satis* §. *fin. ff. quemad. serv. amitt.*

Factum tolli non potest. *Leg.* 31 *ff. de reg. jur.*

Facti quaestio in arbitrio est judicantis, poena vero legis auctoritati reservatur. *Leg.* 1 §. 4 *ff. ad Sen. Cons. Turpill.*

Facta sunt fortiora quam verba. *Leg. Observandum ff. de offic. praes.*

Factum judicis dicitur factum partis. *Leg.* 2 *Cod. Si in caus. jud., leg.* 13 *Cod. de eviction.*

Factum aliquod si prohibetur, multo magis et antecedens ad illud factum. *Leg. Oratio ff. de sponsal., leg.* 4 *ff. de fund. dot.*

Factum unius non debet alteri obesse. *Leg. fin. ff. ad S. C. Syllan; leg. de pupillo* §. *Si plurium* 1 *ff. de nov. oper. nunc., leg. rem haereditariam in fin. ff. de evict., leg. Pater fam. ff. de haered. instit.*

Factum de mane melius dicitur fieri. *Gloss. in leg. Unic. in verb. Indefesso. Cod. de just.*

Qui locum tenens, potest facere ea quae facere poterat ipse officialis principalis *Leg. Suggerente Cod. de offic. ejus qui vic. etc.*

Facto datur, voluntas intelligi. *Leg. Reprehendenda* 5 *Cod. de instit. et substit.*

Factum praesumitur quod fieri consuevit. *Leg. Scio cui, ff. de ann. legat, leg. ult. Cod. de fidejussorib.*

Facto non minus quam verbo consensus elicitur, et ratificatio. *Leg. Paulus, et leg. Non tantum ff. rem rat. haber, leg. de quibus circ. fin. ff. de legib.*

Plus est aliquid factis ratificare, quam verbis. *Cap. Dilecti filii, il* 1 *de appellat.*

Factum non attenditur, sed quod debuit fieri. *Leg. Nemo Cod. de Sentent.*

Factum quod non relevat fieri non debet. *Leg. Ad probationem Cod. de probationib.*

Factum non reputatur id quod non habuit effectum. *Leg.* 1 §. *nihil ff. de inoffic. testam*, *leg. Si quis sub conditione ff. de testam. tut*, *leg.* 2 §. *sed et si sint sui ff. de suis et legit. haered.*, *leg. Ex consensu* §. 1 *ff. de appellat.*

Factum contra jus pro non facto habetur. *Leg. Jubemus.* §. *Praedia Cod. de sacros Ecles.*, *Cap. quae contra jus.* 64 *de reg. jur. in* 6.

Factum unius non debet alteri nocere. *Leg. Si unus* §. *ante omnia ff. de pactis*, *leg. de pupillo* §. *si plurium ff. de nov. op. nunc.*, *leg. non debet alteri ff. de reg. jur.*, *leg. Coheredi. Cod. famil. aercisc.*

Factum proprium nemo impugnare potest. *Leg. Post. mortem ff. de adopt.*, *leg. Et per fundum ff. de servit. rust. praed.*, *leg. Sicut Cod. de obl. et act.*, *leg. cum matre Cod. de rei vind.*, *leg. generaliter* §. *fin. ff. de non num. pecun*; *leg. Non idcirco Cod. de contr. empt.*, *leg. si creditoribus Cod. de serv. com. pign. dat*, *leg. Cum profitearis Cod. de revoc. donat.*

Factum, vel dictum calore iracundiae non obligat dicentem vel facientem. *Leg. Quidquid calore ff. de regul. jur.*, *cap. Si quis iratus* 2 *quaest.* 3, *leg.* 3 *ff. de divort*, *leg. Si non convitii Cod. de injur.*

FALCIDIA

Falcidia non debetur de eo quod poenae nomine accrevit. *Gloss. Cap. Raynaldus de testam.*

Testator prohibere potest detractionem falcidiae. *Auth. Sed cum testator. Cod. ad leg. Falcid.*

Falcidia non detrahitur de legatis ad pias causas. *Auth. Similiter Cod. ad leg. Falcid.*

Falcidiam non extraneus deducit. *Leg. Cohaeredi* 41 §. *Cohaeres. ubi gloss. verb. non idem ff. de vulg. et pupill. substit.*

Falcidia institutionis causa debetur. *Leg. Quod statuliber.* 41 *ff. de mort. caus. donat.*

Falcidia locum habet in donatione mortis causa. *Leg. Ubi ita* 27 *ff. de mort. caus. donat.*, *leg. Seja* 42 §. 2 *ff. eod.*

Falcidia minuit ipso jure legata. *Leg. Scire* 1 *Cod. ad leg. Falcid.*

Falcidia retinetur jure institutionis non naturae. *Leg. Si Patronus* 20 §. 1 *ff. de donation.*

Falcidiam non detrahit legatarius. *Leg. liberto* 21 *ff. de ann. legat.*

Falcidiam haeres pacto remittere potest. *Leg. Pactum* 46 *ff. de pactis.*

FALLACIA — FALLERE

Fallere praetorem non licet. *Leg. Debuit* 17 *ff. de his qui not. infam.*

Fallere non vult Sapiens. *Leg.* 10 §. 2 *ff. de just. et jur.*

Fallaciis occurrendum. *Leg. hoc edicto ff. de dolo.*

FALSARIUS — FALSIFICANS — FALSITAS

Vid. *Falsum*

Falsitas nihil aliud est quam immutatio veritatis. *Auth. de istru. cauth. et fid. in princ.*

Falsificans acta debet causam perdere. *Leg. Fraudem.* §. *quoties ibi gloss. ff. de jur. fisci.*

Falsitas non probatur, nisi de necessitate probetur. *Leg. Jurisgentium* 7 §. 12 *ff. de pactis.*

Falsarius praesumitur qui antea talis fuit. *Leg. Si quis* 7 §. 1 *ff. de eden.*

FALSUM

Vid. *Causa — Falsitas — Vitiare*

Non videtur omnino falsum quod veritatis primordio adjuvatur. *Leg. Cum filius* §. *haeres ff. de legat.* 2.

Paria sunt falsum exprimere, vel supprimere veritatem. *Cap. super litteris extr. de rescript*; *leg.* 1 *in princ. ff. de falsis.*

Quod falsum est nihil est. *Leg. eleganter* §. *qui reprobos ff. de pignor. action.*, *Glòss. in leg.* 2 *in verb. non habent. Cod. de haeret.*

Qui verum tacit falsum committit. *Leg. Praesbiteri citra. Cod. de Episc. et Cleric.*

Falsum apte fabricatur in tenebris. *Cap. Consuluit. de offic. et potest. jud. ubi glos. in verb. odit lucem.*, *leg.* 1 §. *tria luminaria ff. de ventr. inspic.*

Falsum sine dolo non committitur. *Cap. ad falsariorum. de Crimin. falsi, ubi gloss. in verbo examinent.*

FAMA

Vid. *Testis.*

Fama plus valet quam testimonium unius. *Cap. super eo, de consang. et affin.*

Fama in probationibus attendenda est. *Cap. Cum causam de probation.*

Fama sola non sufficit ad condemnandum, cum testibus sit judicandum. *Cap. Tua nos de cohab. cler. et mulier.*

Fama non facit plenam fidem. *Leg.* 3 §. *ejusdem ff. de testib*, *Cap. Illud. vers. in hoc de cleric. excom. min.*

Fama in criminalibus non facit semiplenam probationem. *Cap. veniens in verb. Illorum de testibus.*

Fama bona, et integra multum valet. *Cap.* 1 *Sancimus* §. *Neque* 2 *Tit.* 6 *quam oport. episc. Auth.* 52.

Fama publica excusat a dolo. *Leg. Miles* §. *Mulier* 12 *ff. ad leg. Jul. de adul.*

FAMILIA — FAMILIARIS

Familia dicitur de his qui ex eadem domo, et gente proditi sunt. *Leg.* 195 §. 2 *in fin. ff. de verb. sign.*

Ad familiam requiruntur plures duobus. *Leg. Detestatio* 40 *ff. de verb. sign.*

Familiam unus constituere non potest. *Leg. Praetor ait* 1 §. *Si adversus* 2 *ff. de vi et vi arm.*

Familiarum unio conservanda. *Leg. Ili qui* 1 *Cod. fil. offic.*

Familiares inimici sunt pestiferi. 1 *dist.* 93 *ubi gloss. in verbo hostis.*

Episcopus familiarem suum non subditum ordinare non potest, nisi per triennium secum fuerit commoratus. *Concil. Trid. de refor. Sess.* 23 *Cap.* 9.

FATUUS

Fatuus fatua loquitur. *Cap. Legimus* 93 *dist.*

FAVORABILIS

Vid. *Favor.*

Favorabilis reputatur actus per quem pluribus providetur. *Leg.* 3 §. *quod si Servus ff. de stat. liber.*

Dispositio favorabilis, vel odiosa judicatur inspecta principali intentione disponentis. *Leg. qui exceptionem ff. de condit. indeb.*

Favorabilius est directum quam obliquum. *Leg. fin. Cod. qui man. non poss.*

Favorabilior est exceptio quam actio. *Leg.* 1 §. *Nam cui damus ff. de superficiet*; *leg. pure* §. *fin. ff. de doli except.*

Favorabilior est ultima voluntas quam contractus. *Leg. In testamentis ff. de regul. jur.*

Favorabilia in odium retorqueri non debent. *Leg. qui de fideicom.* 16 *ff. de transact.*

FAVOR

Vid. *Favorabilis — Odiosus — Odium — Renuntiare.*

Favor personae ad causam non porrigitur. *Leg. ex pluribus ff. de admin. tutor.*

Favor causae praeponderat favori rei conventi. *Cap. Ex literis de probat.*, *Cap. fin. de re judic.*, *leg. lege Julia ff. de manumiss.*

Favor patroni praefertur favori agnationis. *Leg. qui duos.* §. *Si cum filio ff. de reb. dub.*

Favorem proprium remittenti frans fieri non dicitur. *Leg. Potest. ff. ad leg. falcid.*

Favori publico derogari non potest. *Leg. quidam in princ. ff. de admin. tutor.*

Favor non debet in odium retorqueri. *Cap. ob gratiam de reg. jur. in* 6, *leg. quod favore*, *et leg. juris nulla ratio ff. de regul. jur.*, *leg. eo minus ff. de procurat.*

Favor attributus certae rei ad dispositionem sibi conjunctam non extenditur. *Leg. Si ita scriptum ff. de manumis. test.*

Favori pro se inducto potest quilibet renuntiare. *Leg. pen. Cod. de Episc. et Cler.*, *leg. pen. Cod. de pact.*, *leg. potest ff. ad leg. Falcid.*

Inducta in favorem non debent in odium retorqueri. *Leg. Nulla ff. de legib.*

Ea quae favore publico introducta sunt humana dispositione mutari non possunt. *Leg. Nemo potest ff. de legat.* 1, *leg. Jus publicum ff. de pactis, leg. quod de bonis, §. fin. ad leg. facild.*

Non tam uni favendum est, ut alteri fiat injuria. *Leg. Impuberi ff. de admin. tut., leg. cum fil. fam. ff. de milit. testam, leg. assiduis in fin. Cod. qui pot. in pign. hab.*

Sufficit favor si cui, vel in modico faveatur. *Leg. Tutori Cod. de negat. gest., leg. Tutores §. 1 ff. de admnistr. tut.*

Favores sunt ampliandi, et odia restringenda. *Leg. cum quidem ff. de lib. et posth., leg. qui bona fide* 13 §. 14 *ff. de damn. inf.*

Ademptum uni applicatur ei cujus favore fit ademptio. *Leg. Si defunctus vers. quorum comodo Cod. de suis et legit., leg. pen. Cod. de legat.*

Favor causae superat favorem rei. *Leg. Inter pares ff. de re jud., Cap. ex litteris de probationibus, Cap. fin. de re jud.*

Non debent ex una parte omnes favores, et ab altera omnia gravamina cumulari. *Leg. Si non fuerit ff. pro socio.*

Inducta in odium in favorem redundare non debent. *Leg. Relegatorum in fin. ff. de interd. et releg.*

Favore introducta odiose interpretari non licet. *Leg. Nulla* 25 *ff. de legib.*

Favores captamus ex mente legum ubi earum verba silent. *Leg. Si quis.* 2 *ff. de fideicom. liber.*

FENESTRA

Nemo parietem proprium potest aperire ut immittat fenestras suas in vicini aedes. *Leg.* 12 *Cod. de aedific. privat. §. ne liceat.*

In pariete alterius non potest quis facere fenestras, sed in proprio pariete bene possum facere. *Gloss. in leg.* 8 *Cod. de servitutib. et de aqua.*

FICTIO

Ubi veritas locum habere potest cessat fictio. *Leg. Nec ei §. primum ff. de adoption.*

Figmentum veritati non praejudicat. *Leg. Si ancillam. Cod. de contrah. empt.*

Quando veritas, et fictio ad idem concurrunt, veritas praefertur. *Leg. Filio pater ff. de liber. et posthum.*

In spiritualibus magis attenditur veritas quam fictio. *Cap. 1 Per illum de vot. in* 6.

Non hominis fictio, sed veritas spectanda est. *Leg. Si forte ff. de castrens. pecul.*

Idem operatur fictio quod veritas. *Leg. 1 ff. de adopt., leg. Cum ex oratione ff. de excusat. tutor.*

Fictio nunquam inducitur nisi aequitate suadente. *Leg. denique, et leg. nec utilem ff. Ex quib. caus. major.*

Voluptatis gratia fictio non inducitur. *Leg. 2 ff. de captiv.*

Fictio non operatur plusquam veritas. *Leg. Filio quem pater ff. de lib. et posthum, Bart. in leg. quis pro emptore ff. de usucap.*

Duae fictiones circa idem concurrere non possunt. *Leg. 1 Cod. de dotis promiss.*

Fictio juris naturam imitatur in quantum potest. *Leg. Adoptio ff. de adoptionib.*

Ficta dementia non excusat a poena. *Leg. Congruit* 13 §. 1 *ff. de offic. praes.*

Ficte facit qui per alium facit. *Leg. Ait praetor.* 1 §. 8 *ff. ne vis fiat ei etc.*

Fictio locum non habet in his quae natura non admittit. *Leg. Certe* 6 *ff. de judic.*

Ficta denuntia non excusat a tutela. *Leg. Congruit* 13 §. 1 *ff. de offic. praes.*

Fictio juris artificium est. *Leg. Nemo* 5 *ff. de duob. reis.*

Fictione legis consensus inesse dicitur ubi non est. *Leg. Servum* 6 *ff. rem. pup. salv. for.*

FIDEICOMMISSUM

Fideicommissum tam ex verbis, quam ex mente testatoris inducitur. *Leg.* 36 §. *Pater ff. de legat.* 3.

Donatario potest imponi onus fideicommissi. *Leg.* 36 §. *Pater ff. de legat.* 3.

Verbum *pervenire* fideicommissum inducit. *Leg.* 11 §. *haec verba ff. de legat.* 3.

Verbum *commendo* fideicommissum inducit. *Leg.* 11 §. *Si ita ff. de legat.* 3.

Non valet fideicommissum quod relinquitur a praeterito. *Leg.* 2 *ff. de legat.* 3.

Fideicommissum tacite induci posse non directam institutionem. *Leg. Denique* §. *Interdum ff. de pecul. legat.*, *leg. Haereditas ff. de haered. instit.*

Morte gravati fideicommissum non extingui. *Leg. Cum ita* §. 1 *ff. de legat.* 2.

Resoluto testamento neque legata, neque fideicommissa debentur. *Leg. Cum duobus Cod. de inoff. test.*

Fideicommissarius generalis loco est haeredis. *Leg. Nec ullam* 13 *ff. de hered. petit.*

Fideicommissum relictum in diem mortis non cedit ante diem mortis naturalis. *Leg. Statius* 48 §. *Cornelio ff. de jure fisci.*

Ubi haereditas est, ibi fideicommissum peti potest. *Leg. Unic. Cod. Ubi fideicomm. peti opport.*

FIDEJUSSOR

Vid. *Creditor — Exceptio — Obligatio — Satisdatio.*

In maleficiis fidejussorem non admitti. *Leg. Si a reo* §. *fin. ff. de fidejussor.*

Fidejussor non potest se obligare duriori conditione, quam fuerit obligatus ipse principalis. *Leg. Grecae* §. *Illud ff. de fidejussor.*

Fidejussor contra confidejussorem debet habere jura cessa. *Leg. Ut fidejussor. ff. de fidejussor.*

Fidejussor esse non potest qui nequit esse in judicio. *Leg.* 2 §. 1 *ff. qui satisd. cog.*

Electo fidejussore reus principalis non liberatur. *Leg.* 28 *Cod. de fidejuss. et mand.*

Fidejussor non possidens immobilia potest recusari tamquam non idoneus. *Leg.* 2, *et leg. Sciendum ff. qui satisd. cog.*, *Gloss. in Auth. de exhib. reis* §. *suscepto Collat.* 5., *et in leg. Si quis stipulatus sit Stichum* §. *si quis stipulatus fuerit ff. de verb. oblig.*

Fidejussori minoris non prodest restitutio concessa. *Leg.* 1 *et* 2 *Cod. de fidejuss. min.*, *leg. Marcellus ff. de fidejuss.*, *leg. In causae la* 1. *ff. de minor.*

Electo principali fidejussor non liberatur. *Leg.* 28 *Cod. fidejussor. et mandatorib.*

Fidejussor non solidalis ante principalem conveniri non potest. *Auth. Praesente. Cod. de fidejussor.*, *Auth. de fidejuss.* §. *si quis igitur*, *et* §. *non solum coll.* 2 *in Auth. Hoc si debitor. Cod. de pignor.*

Fidejussori solventi solidum cedenda est actio contra fidejussorem. *Leg.* 17 *ff. de fidejussorib.*

Fidejussor qui diu non stetit in obligatione, non potest agere contra principalem ut eum liberet antequam solvat. *Leg. Si pro ea. Cod. Mandati*, *leg. Lucius Titius ff. eod.*, *Cap. fin. de fidejussor.*

Qui se pro alio constituit soluturum obligat et se, et successores suos. *Leg.* 1, *et Auth. Si quando Cod. de constit. pecun.*

Fidejussor solvens pro reo habet contra eum mandati actionem. §. *Si quid autem. Istit. de fidejuss.*, *leg. Si fidejussor. Cod. Mandat.*, *Leg. Ex mandato* §. 1, *et Leg. Inter causas* §. *is qui ff. eod.*, *Cap.* 2 *et* 3 *de fidejuss.*

Electo uno de fidejussoribus non liberatur alter. *Leg.* 28 *Cod. de fidejussor. et mandatorib.*

Cavere nemo potest sibi ipsi. *Leg.* 4 §. 2 *ff. de aqua pluv. arc.*

Fidejussor obligationi quae nulla est accedere non potest. *Leg. Marcellus* 25 §. *de fidejuss. et mandat.*

Fidejussor ibi obligari non potest ubi non est principalis. *Leg. Si quis* 56 *ff. de fidejuss.*

Sublata causa fidejussionis tollitur effectus fidejussionis interpositae. *Leg.* 40 §. *Curatores ff. de adm. et per tut.*

Fidejussor non tenetur in plus quam promisit. *Leg. Fidejussores* 68 *ff. de fidejussorib.*

Erroris fidejussio nulla est. *Leg.* 37. *ff. de fidejussor. et mandat.*

Omni obligationi fidejussor accedere potest. *Leg.* 1, *et leg.* 8 §. 6 *ff. de fidejuss. et mandat.*, *Instit.* §. 1 *de fidejuss.*

Fidejussor non tenetur quando principalis obligatio non valet. *Leg. Si dubitet* 10 *ff. de fidejuss. et mand.*

Fidejussor domini loco habetur. *Leg. Titius* 76 *ff. de procur.*

Fidejussor liberatus intelligitur reo ipso principali liberato. *Leg. Fidejussores* 68 §. *pro Aurelio* 3 *ff. de fidejussor.*, *Leg. Mora* 87 *ff. de verbor. oblig.*

Fidejussor deterioris conditionis esse non debet quam reus. *Leg. Testamento* 79 §. *quaesitum* 2 *ff. de fidejuss.*

Fidejussori facta acceptilatione reus principalis liberatur. *Leg. Si quis* 5 *ff. de liber. leg.*

Fidejussor accedere potest etiam obligationi faciendae. *Leg Si ita* 14 *ff. de verb. obligat.*

Si creditor non potest cedere actionem fidejussori, exceptione cedendarum repellitur. *Leg. Sticum* 95 §. *penult. ff. de solutionib.*, *Leg.* 76 *ff. eod.*, *Leg.* 17 *ff. de fidejus.*

FIDES

Vid. *Bona-fides — Justitia*

Fidem violanti fidem non servandam. *Leg. Cum proponas Cod. de Transact.*

Grave est fidem fallere. *Leg.* 1 *Cod. de constit. pecun.*, *leg.* 1 *ff. de pact.*

In alienis rebus gerendis bonam fidem desiderari. *Leg.* 1 *ff. de solution.*

Sine fide nihil bonum. *Gloss. in Cap. Illi* 1 *quaest.* 1.

Frangendi fidem fides frangatur eidem. *Leg. Quaero* §. *inter locatorem ff. locati*, *leg. Cum proponas. Cod. de pact.*

Nihil tam congruum humanae fidei quam pacta servare. *Leg.* 1 *ff. de pact.*, *leg. Jurisgentium* §. *Praetor ait ff. eod.*

Fides publica etiam hostibus est servanda. *Leg. Conventionum ff. de pactis*, *Cap. Noli* 23 *quaest.* 1.

Fides major habetur probo homini quam diviti. *Leg. Neque* 17 *ff. de adopt.*

Fidem qui de pretio habet, is quasi solvisse videtur. *Leg. Servus* 61 *ff. de furtis.*

Fidem generant ea quae in conspectu sunt. *Leg. Pignori* 13 §. 2 *ff. de usucap.*

Fidem bona facere dicimur quod ex necessitate facimus. *Leg. Si quis* 1 §. 1 *ff. si ex nox. caus.*

Fides ubi non sit, ibi justitiam sibi invenire locum non posse. *Gloss. in Leg.* 15. §. *consequens. verb. fidem ff. de excus. tutor. et temp. ear.*

In malis promissis fidem non expedit observari. *Reg.* 69 *de reg. jur. in* 6.

Qui fideliter agunt placent domino. *Prov. XII.* 22.

Confirma verbum, et fideliter age cum proximo tuo. *Eccles. XXIX.* 3.

Fides non scripta sicut scripta est servanda. *Leg. Pactum* 17 *Cod. de pactis.*

Bonam fidem in contractibus considerari aequum est. *Leg.* 4 *Cod. de act. et obl.*

FILIATIO

Vid. *Filius — Pater.*

Filiatio probatur ex solo tractatu de alieno tamquam de filio etiamsi non nominetur. *Leg. Quidam quasi ff. de probat.*

Filiatio ex sola nominatione non probatur in extraneis. *Leg. Non nudis, et leg. Non epistolis. Cod. de probationib., Gloss. in Cap. Mihael. de fil. Praesbyth., Cap. Per tuas. de probat., Cap. Illud. de praesumpt.*

Filiatio non probatur ex sola nominatione parentum, nisi alia adminicula concurrant. *Cap. Ex transmissae qui fil. sunt legit., Cap. Per tuas de probation.*

FILIUS

Vid. *Alimenta — Curator — Donatio — Dos — Legitimatio — Pater — Querela — Successio — Turpitudo.*

Filius non potest vocare patrem in jus sine venia. *Leg. fin. Cod. de in jus voc., Leg. Parentes ff. eod.*

Filio in vita patris non debetur legitima. *Leg.* 1 § *si impuberi ff. de collat. bonor., leg.* 2 §. *interdum ff. de vulg. et pupill. subst., leg. fin. ff. de lib. agnosc., leg. Lex Cornelia ff. de vulg. et pup. subst.*

Filius contra patrem in integrum restitui non potest. *Leg. Cum apud veteres Cod. qui et advers. quos etc., leg. Sed si hac lege §. pen. ff. de in jus voc.*

Filius spurius de jure canonico debet habere alimenta a parentibus. *Cap. Cum haberet in fine de eo qui duxit in matrim.*

Filius non potest institui a patre sub conditione casuali, vel mixta. *Leg. Si pater Cod. de instit., et substit., leg.* 1 *ff. de injust. rupt. testam., leg. Lucius in verb. nullius esse momenti ff. de condit. et demonstr.*

Filius familias non tenetur de mutuo. *Leg.* 1 *ff. ad S. C. Macedon.*

Filius potest compellere patrem ut sibi ministret sumptus, et expensas in studio. *Leg. De bonis* §. *non solum ff. de Carb. Edict.*

Filio studenti causa studii, et propter necessitatem mutuum factum, potest repeti a patre. *Leg. Sed Julianus* §. *proinde et ibi gloss. ff. ad S. C. Macedon.*; *leg. Macedoniani in verbo non recusaret. Cod. eod.*

Si quis pregnantem uxorem reliquit, non videtur sine liberis decessisse. *Leg.* 187 *ff. de reg. jur.*

Filius conceptus habetur pro nato. *Leg. Cujus* 4 *Cod. de fideicom. liber.*

Filius sequitur conditionem patris. *Leg. In successione* 48 *ff. de decur.*

Filius habet dignitatem, et honorem patris. *Leg. Partum* 7 *Cod. de rei vind.*

Filius non portabit iniquitatem patris. *Leg. Filiam* 9 *ff. de Senat.*

Appellatione filiorum etiam naturales filii continentur. *Leg.* 4 *Cod. de interd. matrim.*

Filius non haeres non tenetur ex patris contractu. *Leg. Et exhaeredatum* 19 *ff. de re jud.*

Filius corrector patris esse non debet. *Leg Ex consensu* 23 §. 3 *fil. fam. ff. de appellat.*

Filius juste praesumitur qui ex legitimo matrimonio natus est. *Leg. Filium* 6 *ff. de his qui sui etc.*

Filius naturalis non est in potestate patris. *Leg. Lucius* 40 *ff. de fideicom. liber.*

Filius putativus patri putativo possessionem non acquirit. *Leg. Per eum* 50 *ff. de acquir. possess.*

Filium nuptiae probant. *Leg. Filium* 6 *ff. de his qui sui etc.*

Patri filius praejudicare non potest. *Leg. Filius* 23 *ubi gloss. Cod. de pactis.*

Filius non potest obligare rem patris. *Leg. Nec* 4 *Cod. Si alien. res pignor. dat.*

Filium familias consentiente patre posse donare, sed non testari. *Leg. Tam his ff. de donat. caus. mort.*

Filios primi gradus sub potestativa tantum conditione instituendos, non etiam nepotes. *Leg. Suus quoque, et lege Sed et si* §. 1 *ff. de haered. istit.*

Liberos in conditione positos vocatos non censeri. *Leg. Lucius in fin.*, *et ibi gloss. ff. de haered. instit.*

Filius natus in domo praesumitur esse mariti. *Cap. Per tuas de prob.*, *Leg. Filium definimus ff. de his qui sunt sui vel etc.*, *Leg. Si vicinus Cod. de nuptiis.*

Parentum necessitatibus liberos succurrere justum est. *Leg.* 1 *Cod. de alien. liber.*

Pater et filius una est eadem persona. *Leg. Ult. in fin. Cod. de impub. et aliis.*

Filii nomine continentur mares et foeminae, nati et nascituri. *Leg. Si quis* 5 *ff. de testament. tutel.*

Qui in utero est in rerum natura esse. *Leg.* 36 *ff. de stat. homin.*

Qui mortui nascuntur neque nati, neque procreati videntur. *Leg.* 129 *ff. de verb. signific.*

Contra formam humanis generis nati pro liberis non habentur. *Leg.* 14 *ff. de stat. homin.*, *leg.* 135 *ff. de verb. signif.*

Filiae dignitatem habent a patre, non a matre. *Leg.* 10 *ff. de Senator.*

Filius in patria potestate non iterum redigitur invitus. *Leg. Ult. ff. de his qui sui*, *vel alieni etc.*

Alendi sunt filii etiam emancipati. *Leg.* 5 §. 1 *ff. de agnosc. et alend. etc.*

Filii etiam emancipati parentes alere debent. *Leg.* 5 §. 1 *ff. de agnosc. et alend. etc.*

Filiorum nomine filiae comprehenduntur. *Leg.* 45 *ff. de Legat.* 2, *et leg.* 116 *ff. de verb. sign.*

Liberi sunt etiam ex foeminino sexu descendentes. *Leg.* 56 *ff. de verb. sign.*, *leg. Ult. ff. de pollicit.*

Pro filio habetur is qui in utero est. *Leg.* 7 *ff. de ventr. in possess. mitten.*

Appellatione filii nepos videtur comprehendi. *Leg.* 201 *ff. de verb. signif.*, *leg.* 56 *et leg.* 220 *ff. eod.*

Filius familias non potest esse in judicio sine consensu patris. *Leg. fin.* §. *necessitatem Cod. de bon. quae liber. etc.*

Filius non tenetur solvere debita patris viventis. *Leg. pen. et fin. Cod. Ne Ux. pro Mar.*, *leg. Unic. Cod. ut nullus ex etc. et tot. Cod. Ne fil. pro patr. etc.*

Proemium denotat causam finalem. *Leg. fin. ff. haered. istit.*
Origo bonornm non attenditur, sed finale dominium. *Leg. Si avia Cod. de donat.*
Causa finalis attendi debet. *Leg. fin. ff. de haered. istit.*

FINIRE — FINIS

Vid. *Exitus — Initium — Principium*
Finem expectare oportet. *Leg. Diximus ff. de excus. tutor.*
Finis est nobilior omnibns quae sunt ad finem. *Leg. Et si non sint* §. *perveniamus ff. de aur. et arg. legat.*
Inducta ad unum finem non operantur contrarium effectum. *Leg. Legata inutiliter ff. de legat.* 3.
Finis aliquando principium trahit, et e contra. *Leg.* 4 *ff. de adimen. legat.*, *leg. Si quis in princ. ff. de legat.* 3, *Gloss. in leg. Qui sella* §. *fin. ff. de serv. rustic. praed.*
Habito fine de origine non curatur. *Leg. Cum servus ff. de verb. obligat.*
Habito fine de mediis non curatur. *Leg. Si sui natura ff. quemadmod. testam. aper.*
Tempus centum annorum est longissimus vitae finis. *Leg. Si usufructus ff. de usufr. legat.*
Nihil ab eo casu incipere potest quo finiri debet. *Leg. usumfructum ff. de usufr. leg.*
Denegato qnalicumque fine denegatum censetur qualecumque ejns principium. *Leg. Oratio ff. de Sponsal.*
Non datur finis ubi principium non praecessit. *Leg. Titio ususfructus. ff. de condit. et de mostr.*
Finis est consumatio actus. *Leg. Quaesitum* §. *Illud. ff. de legat.* 3, *leg. is* §. *quaedam ff. ad leg. falcid.*, *leg. Aedificia* §. *perfecisse ff. de verbor. signific.*
Omnis actus a fine judicatur. *Leg. Verum ff. furtis.*
Media sequuntnr naturam sui finis, et ab eo regulantur. *Leg. Oratio ff. de sponsal.*
Omne agens agit propter finem, et ad enm principalis intentio dirigatur. *Leg.* 1 *ff. solut. matr.*, *leg. Ex quam*, *ubi Bald. in princ. Cod. fideicom.*
Finis est primus in intentione, et ultimus in executione. *Leg.* 1 *Cod. de exec. rei jud.*

A fine res denominatur. *Leg. Ex imperfecto ff. de legat.* 3, *leg. Rem non novam* §. *fin. Cod. de judic.*, *leg. Sed et si quis* §. 1 *ff. de usufructu.*, *Cap. Fraternitatis* §. *fin. de frigid.*, *et malefic.*

FISCUS

Vid. *Edere.*

Contra fiscum licet cuilibet se defendere. *Leg. Defensionis* 7 *Cod. de jure fisci.*

Fiscus semper idoneus est, et solvendo. *Leg.* 2 *in fin. ff. de fund. dot.*

Fiscus semper habet jus pignori. *Leg.* 46 §. 3 *ff. de jur. fisci.*

Fiscus in dilationibus utitur jure communi. *Leg. Inter privatos* 6 *Cod. de dilation.*

Fisco solvens privilegio succedit. *Leg.* 2 *Cod. de his qui in pr.*, *leg.* 5 *ff. de Censib.*, *leg.* 12 §. 8 *et* 9 *ff. Qui pot. in pign. vel hypot.*, *leg. In fraudem* 45 §. *qui pro alio. ff. de jure fisci.*

Fiscus comparatur minori. *Leg. Si finita* 15 *ff. de damno infec.*

Fiscus satisdare non solet. *Leg.* 2 §. 14 *ff. Ut legat. seu fideicom. serv*; *leg.* 3 §. 5 *ff. Si cui plus quam per leg. falcid.*

FLUMEN

Fluminis impetus praevideri non potest. *Leg. Hoc amplius* 9 §. 1 *ff. de damn. inf.*

Fluminis inundatione usucapio interrumpitur. *Leg. Possideri* §. 17 *ff. de aquir. poss.*

Flumina proprietate publica. *Leg. Flumina* 3 *ff. de fluminib.*; *leg. Fluminum* 24 *ff. de damn. infect.*

FOEMINA

Vid. *Masculinum — Mulier — Uxor.*

Foemina non potest esse procuratrix. *Leg. Qui absente*, *et leg. Alienam Cod. de procurat.*, *leg. Nec foeminae ff. eod.*, *leg. Foeminae ff. de regul. jur.*, *Cap. Cum dilecta in verb. procuratricem. De confirmat. utili*, *vel inutili.*

Foemina pro debito non potest carcerari. *Leg.* 1 *Cod. de offic. divers. judic., et ibi Auth. hodie novo jure. Cod. de Custod. reor.*

Foeminae civilibus, vel publicis officiis fungi non possunt. *Leg. Cum praetor §. pen. ff. de judic., leg. 1 ff. ad S. C. Vellejan., leg.* 2 *ff. de reg. jur.*

FORMA

Vid. *Actus — Conditio — Omissio — Solemnitas*

Forma dat esse rei. *Leg. Julianus §.* 1 *ff. ad exhiben, leg. Divus ff. de in int. rest.*

Formae nihil addi, vel detrahi potest. *Leg.* 1 *§. Opus novum ff. de nov. op. nunciat.*

Forma non potest per aequipollens adimpleri. *Leg.* 3 *§. fin. et leg. Qui per salutem ff. de jurejur.*

Actus efficaces fieri nequeunt nisi servata forma a legibus tradita. *Leg.* 1 *in princ. ff. de stipulat., leg. Traditionibus. Cod. de pact.*

Neglecta forma quidquid agitur infirmatur. *Leg.* 1 *Cod. de praed. decur. cur.*

Paria sunt aliquid fieri contra legem, vel non servata forma legis. *Auth. quae res. Cod. de sacr. sanct. Ecles.*

Forma verbalis potentior est reali. *Innocen. in Cap. Si quis, extr. de baptism.*

Forma consuetudinis attendi debet. *Leg.* 4 *ff. de custod. et exib. reorum.*

Mutatio pristinae formae opus novum facit. *Leg.* 1 *§. Opus novum ff. de nov. op. nunciat.*

Majus est peccatum formae quam materiae. *Leg. An inutilia ff. de acceptilat.*

Forma ex consumatione contingit. *Leg. Si is §. fin. ff. ad leg. falcid.*

In notoriis forma non attenditur. *Leg.* 1 *Cod. Ut quae des. advocat.*

Major est diversitas respectu materiae quam formae. *Leg. An inutilis ff. de acceptilat.*

Fortius est jus in causa imprimente formam quam in causa materiali. *Leg. Si is §. Quaedam ff. da leg. falcid.*

Causa quantumcumque favorabilis formae defectum non excusat. *Leg. Cum hi. §. Si Praetor ff. de Transact.*

Omissio formae vitiat actum. ***Leg. Cum hi.*** **§.** ***Si Praetor. ff. de transact.***

Mutata forma prope interemit substantiam rei. ***Leg.*** **9 §. 3** ***ff. ad exhib.***

Forma in aliquo actu servanda, si in illo deficiat actus est nullus. ***Leg. Maevius, et leg. Qui haeredi ff. de condit. et demostr., leg. 1 et 2 Cod. Quando prov. non est necesse.***

Forma omissa ratione scandali vitandi, vel eminentis periculi non vitiat actum. ***Cap. Statuimus. de offic. deleg. in 6, Cap. Ubi periculum §. porro. de election. in 6, Clem. 1 De for. compet.***

Forma est de genere indivisibilium. ***Leg. Si veritas. Cod. de Fideicomm.***

Forma debet non in parte sed in totum adimpleri, et illa in parte quamvis minima non adimpleta, in totum actus corruit. ***Leg. Cum hi. §. Si Praetor. ff. de transact., leg. Qui Romae §. Flavius. ff. de verb. oblig.***

FORUM

Vid. ***Actor — Clericus — Reus***

Actor forum rei sequatur. ***Leg. 2 Cod. de jurisd. omn. jud. Cap. Si Clericus 5 de for. compet.***

Forum sortiri, et statutis ligari paria sunt. ***Gloss. in leg. 2 ff. de eo quod cert. loco, et in Cap. Quod Clerici. De for. comp.***

Forum sui originis mutat mulier nubendo viro alterius fori. ***Leg. Cum quaedam puella. ff. de jurisb. omn. jud; leg. Exigere dotem ff. de judic., Cap. 1 De sponsal., leg. fin. §. idem rescripserunt. ff. ad municipal.***

Forum sortitur quis ratione delicti. ***Cap. Postulasti, et Cap. fin. de for. competendi; leg. 1 et Auth. qua in provincia. Cod. ubi de crimin. agi oport., leg. 1 Cod. ubi senat. vel clar.***

Fori incompetentia semper allegari potest. ***Leg. Non erit. §. dato. ff. de jurejur., leg. Fidejussor. §. praetor ait ff. qui satisd. cog.***

FRATER

Vid. *Divisio — Successio*

Inter plures fratres antiquior instrumenta tenere debet. *Leg. Cum pater 77 §. Pater pluribus. ff. de legat.* 2.

Frater pro fratre in civilibus testificari potest. *Leg.* 1 §. 1 *ff. de testib., Gloss. in leg. Parentes Cod. de testib.*

Frater contra fratrem non cogitur testificari. *Leg. Julia ff. de testib., Cap. Si testes. §. Lege julia 4 quaest.* 3, *leg. Parentes Cod. testib.*

Fratris appellatione continetur soror. *Leg. Lucius* 93 §. *quaesitum ff. de legat.*, *et fideicomm.* 3.

Frater non potest obligare portionem fratris. *Leg. Si probatum* 2 *Cod. Comm. dividund.*, *leg. Frater.* 1 *Cod. Si commun. res pign. dot.*

Fratres consanguinei uterinis praeferuntur in rebus paternis. *Auth. Post fratres la* 1. *ubi gloss. in verb. filii Cod. de legit. haered.*

Uterinus frater praefertur consanguineo in matris haereditate. *ibid.*

FRAUDARE — FRAUDATOR — FRAUDOLENTUS

Vid. *Circumventio — Deceptus — Fraus*

Nemo videtur fraudare eos qui sciunt, et consentiunt. *Leg.* 145 *ff. de reg. jur., leg. Qui autem* 6 §. 10 *ff. quae in fraud. cred.*

Fraudolentus praesumitur qui scit se non esse solvendo res suas alienat. *Leg. Si quis* 15 *ff. quae in fraud. cred.*

Fraudator legum eorum privilegiis carere debet. *Leg. Omnes* 9 *Cod. de metal.*

FRAUS

Vid. *Concessio — Dolus — Donatio — Injuria — Emptor — Restituere — Solutio.*

Favorem proprium remittenti fraus fieri non dicitur. *Leg. Potest. ff. ad leg. falcid.*

Dolis, ac fraudibus modis omnibus occurrendum. *Leg.* 1 *ff. dolo, Cap. Sedes. de Rescriptis.*

Qui fraudem se fecisse audet dicere, audiri non debet. *Leg.* 5 *Cod. de serv. pign.*, *leg.* 30 *Cod. de Transact.*

Qui suum recepit nullam videri fraudem facere. *Leg.* 6 §. 6 *ff. quae in fraud. cred.*

Nemo videtur fraudare eos qui sciunt, et consentiunt. *Leg.* 6 §. 9 *ff. quae in fraud. cred.*, *leg.* 45 *ff. de reg. jur.*

In generali concessione non videtur concessa fraus. *Leg. Si pater* 12 *ff. quae in fraud. cred. etc.*

Fraus non praesumitur nisi probetur. *Leg.* 1 *ff. pro Socio.*

Fraus, et dolus nemini debent patrocinari. *Leg. Itaque fulco ff. de furtis*, *Cap. Dictum* 30 *q.* 1, *Cap. Intelleximus. De judic.*, *Cap. Tuae* 12 *de Cler. non resid.*, *Cap. Sedes*, *et Cap. Ex tenore. De rescript.*, *Cap.* 2 *de dolo*, *Cap.* 2 *de cogn. spir.*

Fraudibus via non est aperienda. *Leg. In fundo ff. de rei vind.*, *leg. Cum ii.* §. *Si cum lis. ff. de transact.*, *leg. Qui sub praetextu. Cod. de sacros. Ecles.*, *Cap. Porro. de divortio*, *Clem.* 1 *de usur.*

Fraudem fraude repellere licet. *Leg. Cum pater.* §. *Titio fratri ff. de legat.* 2; *Gloss. in verb. Malignantium. in Cap. Cupientes. De elect. in* 6, *leg. Papinianus.* 8 *ff. de inoffic. testam.*

Generaliter cum de fraude disputatur, non quid habeat, sed quid per adversarium habere non potuerit, considerandum est. *Leg.* 78 *ff. de regul. jur.*

Fraudis interpretatio semper in jure civili non ex eventu dumtaxat, sed ex consilio quoque desideratur. *Leg.* 79 *ff. de regul. jur.*

Praesumitur fraus quando pacta claudicant. *Leg. Pomponius* 13 *ff. recept. qui arbitr. rec. etc.*

Fraudis conscius non agit. *Leg. Ex pacto* 30 *ff. de negot. gest.*

FREQUENTES — FREQUENTIA

Frequentia magis refraenantur. *Leg.* 3 *Cod. de Epis. aud.*

Frequentia delicti poenam auget. *Leg. Si dominus* 2 *ff. de his qui sui etc.*

Frequenter dicitur fieri quod bis fit. *Coll.* 3 *Nov.* 15 *Tit.* 2 *de defen. Civit. lib. Auth.*

Frequentiora, et magis usitata semper inspicimus. *Leg. Si servum* 91 *ff. de verbor. oblig.*, *leg. Ubi est* 22 *ff. de reb. dub.*, *Leg. locum* 17 *ff. de usufr.*

FRUCTUARIUS

Vid. *Divisio — Usufructuarius.*

Fructuarius quasi dominus est. *Leg.* 1 *ff. de his qui sui etc.*

Fructuarii jus deterius proprietarii facere non possunt. *Leg. Generare* 32. *ff. de usufr.*

Fructuarii haeres pro tempore praeterito agere potest. *Leg. Si fundi* 12 *ff. de cond. indeb. cau.*

Ad expensas pro fructibus colligendis fructuarius tenetur pro rata. *Leg.* 32 §. *Lucius Titius ff. de usu*, *et usufr. legat.*

FRUCTUS

Vid. *Bonum — Dos — Possessor.*

Fructibus augetur haereditas. *Leg.* 20 §. 3 *ff. de haered. petit*, *leg.* 178 §. 1 *ff. de verb. sign.*

Fructus maturi tempore mortis augent haereditatem. *Leg.* 9 *ff. ad leg. falcid.*

Fructus pendentes res immobiles judicantur. *Glos. in Cap. unic.* §. *sciendum de feud.*

Fructus diu expectatus dicitur esse gratissimus. *Gloss. in Cap. Institutum* 27 q. 2.

Fructus intelliguntur illi qui reliqui sunt deductis oneribus. *Leg. fructus* 7 *ff. sol. matr.*

Fructus pendentes dicuntur pars rei. *Leg.* 9 *ff. ad leg. falcid.*

Fructus restitui debent deductis expensis. *Leg. Fructus ff. solut. matrim.*

Fructus percepti per creditorem ex pignore computantur in sortem. *Leg. Si dominium. Cod. de pignorib.*, *Cap. Cum contra de pignor.*, *leg. creditor. la* 1 *et leg. fin. Cod. de pignor. act.*

Fructus intelliguntur deductis expensis. *Leg.* 36. §. *ult. ff. de haered. petit.*

Fructus inhonesti non aestimantur. *Leg. Fructus* 23 *ff. de rei vind.*

Fructus omnis ad fructuarium pertinet. *Leg. Usufructu* 3 *ff. de usufr.*

Fructus totius anni, unus fructus est. *Leg.* 9 §. *quod ff. solut. matrim.*

Fructos immaturos a re perceptos, et collectos haeres restituere usufructuario cogitur. *Leg. Si ususfructus* 35 *ff. de ususfruct.*

Fructus pignoris computandi sunt in sortem. *Cap. Cum contra de pignor.*

Omnis fructus non jure seminis, sed jure soli percipitur. *Leg.* 25 *ff. de usu et fruct.*

FRUSTRA

Vid. *Frustratorius — Potentia — Remedium — Usura.*

Frustra fit per plura quod paucioribus effici potest. *Leg.* 1 *ff. quod met. caus., leg. ampliorem* §. *in refutatoriis. Cod. de appellat.*

Frustra illud expectatur cujus nihil operatur eventus. *Leg. Si quis ita scripserit ff. de haered. ist., leg. Cum haeres* §. 1 *ff. de acquir. haered.*

Frustra praecibus imploratur quod jure comuni conceditur. *Leg. Unic. Cod. de Thesaur., leg. Imperatores ff. de privil. credit.*

Frustra beneficium legis implorat qui in legem committit. *Leg. Auxilium in fin. ff. de minorib.*

Frustra quaeritur de eo quod nullum operatur effectum. *Leg.* 3 *ff. quando dies legat. ced., leg. non oportet ff. de legat.* 2.

Frustra hominis ministerium requiritur ubi natura, vel ars operatur. *Leg. Si in duobus* §. 1 *ff. quemad. test. aperiat.*

Frustra disputatur de validitate actus cujus nullus est effectus. *Leg.* 1 *Cod. ne uxor. pro marit.*

Frustra exprimitur quod tacite subintelligitur. *Leg. Jam dubitari, et leg. Cornelius ff. de haered. istit.*

Frustra quaeritur ars ubi natura operatur. *Leg. Si in duobus* §. 1 *ff. quemad. test. aper.*

Frustra ab homine exprimitur quod ipso jure subintelligitur. *Leg. quaesitum* §. 1 *ff. de disfract. pign., leg. Non recte Cod. de fidejussor.*

Frustra contenditur de eo quod nullo casu potest verificari. *Leg. Successores ubi salicet. Cod. ad leg. falcid.*

Frustra ramos incidere conatur qui radices non evellit. *Cap. quia radix de poenit. dist.* 2.

Frustra velociter currit qui quam ad metam perveniat deficit. *Cap. Incassum. de poenit. dist.* 3.

Frustra petis quod intus habes. *Leg. Si finita* 15 §. 15 *ff. de damn. infecto, leg. Si is cui ff. de furtis.*

FRUSTRATORIUS

Frustatorius est actus qui non assequitur finem suum. *Leg. Verbis ff. de vulgar. et pupill. subst.*

Frustratorium est providere ubi non expedit. *Leg. Si plures ff. de testam. tut.*

Frustratoria remedia lex non introducit. *Leg. qui bis idem ff. de stipulat; leg. haec autem ff Si cui plusq. per leg. Falcid.*

FUGA — FUGERE

Vid. — *Abesse.*

Fuga non probat delictum. *Leg. lege Cornelia ff. ad S. C. Syllan, leg.* 1 §. *in autem post commissum. Cod. de rapt. virgin., leg. Raptores Cod. de Episc. et Cler.*

Fuga facit indicium. *Bart. in leg. fin. ff. de quaest.*

Fugiens a carceribus habetur pro confesso, et convicto. *Leg. Ad commentarienses Cod. de custod. reor; leg. in eos. ff. eod.*

Qui fugit dicitur esse in loco a quo fugit. *Leg.* 80 *ff. de legat.* 3.

FUNDAMENTUM

Vid. *Actor — Intentio — Probatio.*

Fundamento destructo corruit aedificatum. *Leg. Nam origo ff. quod vi, aut clam, leg. Egi tecum ff. de except. rei jud., Cap.* 1 *Cum Paulus* 1 *q.* 1.

FURIOSUS — FUROR

Vid. *Conditio — Curator.*

Furiosus non potest desinere animo possidere. *Leg. Si is qui ff. de acquir. possess.*

Furiosus per omnia, et in omnibus absentis, et quiescentis loco habetur. *Leg.* 2 §. 3 *ff. de jur. codicill*; *leg. Cum furiosus* 29 *ff. de judic.*, *leg.* 17 §. 11 *ff. de injur.*

Ubi ex re actio venit furiosus, et pupillus obligantur. *Leg.* 46 *ff. de obl. et action.*

Furiosus quidquid facit satis suo furore punitur. *Leg.* 9 §. 2 *ff. de leg. Pompeja de parric.*

Furiosus non potest facere testamentum. *Leg. Furiosum Cod. qui test. facer. poss*; *leg. Filius fam.* §. *Marcellus ff de testam*; §. *item furiosi. Istit. quib. non est permiss. facer. testam.*

Furiosus nullum negotium gerere potest quia non intelligit quod agit. §. 8 *Instit. de inutil. stipulat.*

Furiosi nulla voluntas est. *Leg.* 40 *ff. de reg. jur*; *leg. qui servum. ff. de acquir. vel omitt. haered.*

Furiosi factum non personale dicitur, sed causale. *Leg. fin. in fin. ff. de adm. tut.*, *leg. In negotiis ff. de reg. jur.*

Furiosus ignorans videtur. *Leg. Cum furiosus* 39 *ff. de judic.*, *leg. Furioso* 9 *ff. de re jud.*

Furiosi sunt in curatione agnatorum. *Leg. Cujus* 13 *ff. de manum.*

Matrimonium non potest contrahere furiosus. *Cap. Dilectus de responsalib.*

Furore non dissolvi patriam potestatem. *Leg. Cum haeres ff. de acquir. vel ommitt. haered. ubi gloss. vers. potestate.*

Furore satis quis punitur. *Leg. fin. ff. de admin. tut.*

Furore superveniente jussum revocari. *Leg. qui servum ff. de acquir. vel omitt. haered.*

FUR — FURTUS

Vid. *Partus.*

Nemo predo est qui praetium numeravit. *Leg.* 13 §. 8 *ff. de petit. haered.*, *leg.* 126 *ff. de regul. jur.*

Furem manifestum plus puniri quam raptorem. §. *qua dupli Istit. de actionib.*

Pro re modica furti actionem dari, sed non doli. *Leg. qui Saccum ff. de furtis*, *leg. Oleum in fin. ff. de dolo.*

Nemo sibi furtum facere intelligitur. *Ghoth. in leg.* 21 *ff. de acquir. vel omitt. haer.*

Furtum non fit nisi sit cui fiat. *Leg.* 43. §. 5 *ff. de furt.*

Nullus sit possessor nullum furtum fit. *Leg.* 1 §. 15 *ff. Si is qui test.*

Furtum non committitur sine effectu furandi. *Leg.* 37 *ff. de usurpat. et usucap.*, *leg. Vulgaris* 27 §. 3 *sed etsi ff. de furtis.*

Sola cogitatio furti faciendi sine effectu, non facit furem. *Leg.* 1 §. 1 *ff. de furtis.*

Ope, et consilio furtum fit. *Leg.* 50 §. 1 *ff. de furtis.*

Furta domestica, si viliora sunt, publice vindicanda non sunt. *Leg.* 11 §. 1 *ff. de poenis.*

Furti actione non tenentur successores. *Leg.* 15 *Cod. de furtis.*

Singuli ex furto tenentur in solidum. *Leg.* 1 *in fin. ff. Si is qui testam.*

Licet occidere furem nocturnum si periculum evitari non potest. *Cap. Si perfodiens* 3 *de homicid.*, *leg. furem nocturnum* 9 *ff. ad leg. Corn. de sicar.*

Furem diurnum non licet occidere nisi telo se defendat. *Ibid.*

Latronem itineribus insidiantem cuilibet occidere licet. *Leg.* 1 *et* 2 *Cod. quand. lic. unicuiq. fin. jud. etc.*

Furem licitum est capere, et eum ducere ad judicem. *Leg. Interdum* 56 *ff. de furtis.*

Furtum non fit sine conctrectatione. *Leg. Furtum* 1 *ff. de furtis.*, *Leg.* 55. *ff. mand.*

Non committit furtum qui credit se cum domino voluntate rem attrectare. *Leg. Si servus* 24 *ff. de usucap.*

Non committit furtum qui suam existimans rem alienam vendit. *Leg. Item* 4. *ff. de alien judic. mut.*

Furtum non fit immobilium rerum. *Leg. In dubio* 46 *ff. fam. aercisc.*, *Leg. Rerum* 25 *ff. de furtis*, *leg.* 20 §. *Restituere* 21 *ff. de pet. haered.*

Furtum non computatur inter casus fortuitos. *Leg. Ita* 3, *et leg.* 5 *ff. de paut. caup. stab.*

Furtum non fit sola inficiatione. *Leg. Pomponius* 44 *ff. de acquir. rer. dom.*

Furti actio ratihabitione tollitur. *Leg. Si tibi* 25 *ff. de donation.*

Furtiva res desinit quae domino restituta. *Leg. Si homo* 35 *ff. de usucap.*

Furans causa necessitatis non est judicandus fur. *Cap. Si quis de furtis.*

Licet uxor constante matrimonio furtum faciat, furti non tenetur. *Leg.* 1 *et* 2 *ff. de act. rer. amotar.*

Furtum non facit qui consilium praebet nisi furtum sequatur. *Leg. Servum* 1 *Cod. de serv. fugitiv.*

Fnrtum non fit rei quae dominum non babet. *Leg. Falsus* 43 §. 4. *qui ff. de furtis.*

Suae rei nemo furtum facit. *Leg. Si tibi* 25 *ff. de donation.*

Jubente domino furtum non fit. *Leg. Inter* 46 §. *Per* 8 *ff. de furtis.*

Furti condictio perseverat etiam re furtiva extincta. *Leg. Inter.* 46 §. *haec.* 3 *ff. eod.*

Furtum non est quod domino sciente fit. *Leg. De eo* 64 *ff. de donat. int. vir. et uxor.*

FUTURUS

Vid. *Praesens — Praeteritus — Veritas.*

Omne futurum despicitur, suadetquae magis praesentia fructnum. *Leg. cum hi, ff. de transact.*

De futnris contingentibus non est determinata veritas. *Leg. Ventre ff. de acquir. haered., leg. Si putator ff. ad Leg. Aquil; leg. qui bona* §. *cum inter. ff. de damno infecto.*

Quod pendet ex futuro ex ultimis sumit effectum. *Leg. Clari. Cod. de fideicom.*

Verba praesentis temporis ad futura non porriguntur. *Leg. Si stipulatus fuerim.* §. 1. *ff. de stipulat.*

GEMINATIO — GEMINATUS

Vid. *Actus — Enunciativa — Verbum.*

Geminatio actus denotat apertam voluntatem. §. *de constituta Instit. de action., leg. Balista ff. ad S. C. Trebellian., Alex. in Leg. Filius fam. ff. de legat.* 1.

Geminatio verborum melius monstrat voluntatem. *Leg. Balista ff. ad S. Cons. Trebell.*

Geminatio actns est maximae importantiae, et effectns. *Leg.* 1 §. *quaestioni. ff. de quaestionib.*

Geminata excusatio magis prodest quam simplex. *Leg. Et qui* 3 *ff. de muner. et honor.*

Geminatione delicti geminanda est poena. *Leg.* ***Praeclarum*** *2 Cod. de primicer*; *ubi gloss. in verb. postponendis.*

GENERALIS

Vid. *Genus — Specialis — Species.*
Tantum operatur generalis dispositio in genere, quantum specialis in specie. *Leg. Si duo ff. de admin. tut.*, *leg. Si Chorus ff. de legat.* 3, *leg. Omnes Cod. de praescript. trig. ann.*
Generalis provisio non refertur ad ea quibus specialiter provisum reperitur. *Leg. Doli clausola ff. de stipul.*
In generali sermone non continetur persona loquentis. *Leg. Inquisitio. Cod. de Solut.*
Generalibus semper specialia derogare. *Leg. In toto ff. de regul. jur.*
Generalis locutio, seu prohibitio comprehendit omnia. *Leg. Cum quaerebatur ff. de verb. signif.*
Generalis dispositio non comprehendit ea quae non esset quis in specie comprehensurus. *Leg. In obligatione generali ff. de pignor.*, *leg.* 3 *ff. de eviction.*, *leg. qui peculii ff. de peculio*, *Cap. Veniens*, *et Cap. Quintavallis, de jurejur.*
Generalis mentio idem operatur quoad omnia, quod specialis quoad singula. *Leg. Si Chorus ff. de legat.* 3, *leg. Si duo ff. de admin. tutor.*
Generale verbum generaliter est intelligendum. *Leg. Quidam 7 ff. de tritic. vin. et oleo legat.*
Generali verbo non continentur delicta. *Leg. Generaliter* 26 *ff. de verb. oblig.*

GENERALITAS — GENERALITER

Generalitas parit obscuritatem. *Leg. Ita fidei ff. de jur. fisci.*
Generalitas non extenditur ad incognita. *Leg. Cum aquiliana ff. de transactionib.*
Generalitas omnes casus includit, etiam privilegiatos. *Leg In fraude §. fin. ff. de milit. testam.*
Generalitas est vitanda. *Leg. Cum* 29 *ff. de solut. et liber.*
Generaliter dicta generaliter intelligenda. *Leg. De servitutibus* 2 *ff. si serv. vend.*

GENITIVO

Genitivo non semper dominium significatur. *Leg. Praetori* §. *Si publicanus* 10 *ff. de vi bon. rapt.*

GENUS

Vid. *Compensatio* — *Periculum* — *Specialiter* — *Species.*

In omni jure generi per speciem derogatur. *Leg.* 39 §. *felicissimo ff. de legat.* 3, *leg. Sanctio legum ff. de poenis, leg. In toto jure ff. de regul. jur., Cap. Pastoralis* §. *Quoniam. De rescript.*, *Reg.* 34 *de reg. jur. in* 6.

Genus est quod praedicatur de multis differentibus speciebus. *Gloss. in Leg.* 2. §. 1 *ff. Si cert. pet.*

Licet species derogat generi, non tamen genus speciei. *Cap. Dudum de praeb. in* 6.

Genus nunquam perit. *Leg. Incendium Cod. Si cert. pet., leg. In ratione* §. *Incerte ff. ad leg. falcid.*

Genus in medio positum ex praecedentibus, et sequentibus restringitur. *Leg. Quaesitum* §. 1 *ff. de legat.* 3.

Idem operatur genus in suo genere, quod species in sua specie. *Leg. Si Chorus ff. de legat.* 3.

Non permittitur fieri in genere, quod in specie denegatur. *Leg. spem praemiorum. Cod. quae res pignor. abl. poss.*

Non plus operari potest genus quam species. *Leg. suprad.*

A quo removetur genus removetur et quaelibet ejus species. *Leg. Fundi* §. *fin. ff. de fund. instruc, leg. Sancimus Cod. de usu rei judic.*, *leg. Jurisgentium* §. *Sed et si fraudandi ff. de pact.*

Genus quod non potest nisi in una specie verificari pro specie reputatur. *Leg.* 2 *ff. de lib. et posth., leg. Si optio ff. de opt. legat*; *leg. Fundus locatus ff. de fund. instr.*

Enumeratio quorundam individuorum genus praecedens non restringit. *Leg. Verba ff. de alim. legat.*

Enumeratio specierum genus praecedens non restringit. *Leg. Pediculis* §. *habeo ff. de aur. et arg. legat.*

Multa licent in genere quae in specie non licent, et e contra. *Cap.* 2 *extr. de offic. jud. ord.*

Non sufficit aliquid in genere proponere quando quaelibet species eumdem non operatur effectum. *Gloss. in Cap.* 1 §. *Si quis igitur in verbo species. de except. in* 6.

Genus includit omnes species sub genere comprehensas. *Leg. Omnes. Cod. de praescript.* 30 *etc.*, *leg. Semper ff. de reg. jur.*

Genus vere, et proprie reprahesentatur in qualibet specie. *Leg Quid earum* §. *interemptum ff. de legat.* 3.

Genere remoto removentur species. *Leg. Jurisgentium* §. *Sed etsi fraudandi ff. de pactis*, *leg. Fundi* §. *fin. ff. de fundo instr.*, *leg. Sancimus*, *ubi Bart. Cod. de usur. rei jud*, *leg.* 1 §. *Quod autem ff. de aleator*; *leg.* 1 *in fin. ff. de suis*, *et legit. haered.*

Quae praedicantur de genere debent praedicari de singulis speciebus. *Leg. Jurisgentium.* §. *Sed si fraudanti in fin. ff. de pactis.*

Genus perire non potest. *Leg. Qui decem* 72 *ff. de solut*, *leg. In Summa* 65 §. *si verum ff. de cond. Indeb.*, *leg. Quod si* 14 *ff. de peric. et comm. rei vend.*, *leg. Inter stipulantem* 85 §. *Sacram* 5 *ff. de verb. oblig.*, *leg. peculium* 65 *ff. de legat.*, *et fideicom.* 2.

Mediocre in dubio debitor generis dare debet. *Leg. Cum certum* 4. *ff. de tritic. vin*, *et oleo legat.*

GERERE

Vid. *Actus — Facere — Factum — Testamentum.*

Ea quae postea geruntur prioribus derogant. *Leg. Divi* 6 *in fin. ff. de jur. Codicillor.*

Gessisse videtur qui per alium gerit. *Leg. Certum Cod. Si tut. vel cur. non gess.*

Gestum utiliter dominus cogitur ratum habere. *Leg. Pompejus* 9 *ff. de negot. gest.*

GESTOR

Gestor omnium negotiorum de gerendis etiam tenetur. *Leg. Si negotia* 11 *ff. de negot. gest.*

Negotiorum gestor inchoata negotia perficere tenetur. *Leg. Nam et* 21 §. 2 *ff. eod.*

Negotiorum gestor non repetit sumptus negotii non utiliter gesti. *Leg. Jam* 5 *ff. judic. solv.*

Negotiorum gestor non repetit quod plus impedit in negotio quam valeat ipsum negotium. *Leg. Sive haereditaria 22 ff. de negot. gest.*

Gestor expensas non repetit ultra id quod oportuit expendi. *Leg. Si quis 25 ff. eod.*

Gestor sibi solvendo dominium rei acquirit. *Leg. Divortio 35 §. 1 ff. eod.*

GLOSSA

Glossa referens plures opiniones posteriorem tenere videtur si nullam earum expresse approbat. *Gloss. fin. in Leg. filius 74 §. Sabinus ff. ad S. C. Trebell.*

GRADUS

Gradi eodem qui sunt, iidem ex tacita voluntate defuncti simul succedere debent. *Leg. Si Titio 61 ff. de legat. et fideicom.* 2.

Gradibus ascendendum ad dignitates. *Leg. Nulli 10 Cod. de numerariis.*

GRATIA

Principis gratia non infamiam, sed poenam remitti. *Leg. fin. Cod. de general. obolit.*

GRAVARE

Vid. *Factum — Honeratus.*

Neminem multiplici onere pergravandum. *Leg. Navis. §. cum autem. ff. ad leg. Rhot. de jact.*

Pupillum exheredatum in legato gravari posse, sed non ejus substitutum. *Leg. Ab exheredati. ff. de Legat.* 1, *leg. Penult. Cod. de Legat.*

Gravare non possum quem non honoro. *Leg. Ab eo Cod. de fideicommiss., leg. Si abrogato ff. de adopt., leg. unum ex fam. §. 1 ff. de legat.* 2, *leg.* 1 *§. Sciendum. ff. de legat.* 3.

Gravari nemo debet alterius odio. *Leg. Si quis in suo in fin. Cod. de inoff. test., leg. non debet alteri. ff. de regul. jur., Cap. non debet 22 de reg. jur. in 6.*

Non est verisimile testatorem velle gravare haeredem duplici praestatione. *Leg. Qui dotem* 17 *ff. de dot. praeleg.*

In quantum quis honoratur in tantum gravatur. *Leg.* 118 §. *Apud Marcellum. ff. de legat.* 1.

Nemo gravari intelligitur in eo quod eligit. *Nov.* 120 *tit.* 3 *de alienat.*

GRAVATUS

In uno gravatum in alio relevandum. *Leg. Eum qui ff. de jurejur.*, *leg. Jure succursum ff. de jur. dot.*, *leg. Secundum naturam. ff. de regul. jur.*

Gravatus in uno in alio juvatur. *Leg. Cum* 6 *Cod. de Transact.*

Gravatus relevari debet. *Leg. Si quis* 16 *Cod. de omn. agr. deser*, *Nov.* 120 *de alien. Cap.* 6.

GREX

Vid. *Abigeus.*

Gregem ovium decem oves, porcorum vero quatuor, vel quinque faciunt. *Leg. Oves* 3 *ff. de abigeis*, *leg. Sed si pars.* 2. *ff. de rei vind.*, *leg. Si quis.* 1 *Cod. de fund. et salt.*

HABERE

Vid. *Actio.*

Paria sunt habere, vel habere posset. *Leg. Item veniunt.* §. *petitum ff. de petit. haered.*

Paria sunt habere, vel habere debere. *Leg. pen.* §. 1 *ff. de aur. et arg. leg.*

Paria sunt rem non habere, vel habere inutilem. *Cap. Inter corporalia* §. *Sicut. ff. de translat. Episc.*, *Gloss. in leg. fin. Cod. de plagiar.*

Quaedam habere licet quamvis utilia non sint. *Leg. Ei fundo ff. de Servitutib.*

Non potest videri desiisse habere qui numquam habuit. *Leg.* 208 *ff. de reg. jur.*

Habere quis dicitur quod remanet onere deducto. *Leg. Non amplius ff. de legat.* 1.

His qui actionem habet ad rem recuperandam ipsam rem habere videtur. *Leg.* 15 *ff. de reg. jur.*

Rem videtur habere qui dolo sciens habere desiit. *Leg. Si non* 16 §. *Liberta* 12 *ff. de cond. indeb.*, *Leg.* 21 §. *Praetor.* 2 *ff. de nox. act.*

Videtur habere qui dominium rei habet. *Leg. Id apud* 14 *ff. de verb. sign.*

Habere videtur qui potest exigere. *Leg. Dolus* 43 *ff. Mandati.*

Habere possum per alium quod non per me. *Leg. Petenda* 6 *Cod. de tempor. in integr.*

HABITATIO

Vid. *Legatum.*

Habitatio morte finitur. *Leg.* 11 *Cod. de usufr. et hab.*

Habitationem habens non potest eam alteri legare. *Leg. Ambiguitatem* 12 *Cod. de usufr. et habit.*

Habitationem qui non habet vagabundum dicitur. *Leg. Dies cautioni* 5 §. 5 *ff. de damn. infect.*

HABITUS

Habitus non facit Monachum, sed sola professio regularis. *Cap. Porrectum* 13 *de Regularib. ub. Glos. verb. non faciat*, *Cap. Consuluit. Qui Cler. vel voventes*; *Concil. Trid. de refer. Sect.* 13 *Cap.* 6 *in pr.*

Habitus facit praesumptionem, ita ut in dubio judicetur talis quam habitus quem defert demonstrat. *Leg. Item apud* 15 §. *si quis. ff. de injur. et fam. libell.*

HAEREDITAS

Vid. *Aditio — Bona — Fructus — Haeres — Petitio — Servus — Socius.*

Haereditas sustinet personam defuncti. *Leg.* 9 *Cod. Depositi*, *leg.* 57 §. *Si eo ff. de legat.* 2, *leg. In eo* 33 §. 1 *ff. de acquir. rer. dom.*

Haereditas nihil aliud est quam successio in universum jus quod defunctum habuerit. *Leg.* 62 *ff. de regul. jur.*

Haereditas aditio ad tempus mortis retrotrahitur. *Leg. Si ex re* 28 §. *illud ff. de stipulat servor.*

Haereditas est nomen juris. *Leg. Haereditas ff. de pet. haered.*

Haereditas est res incorporalis. *Leg.* 1 *ff. de rer. divis.*

Haereditatem usucapi non potest. *Leg.* 8 *ff. de rei vindic.*

Haereditatem codicillis nec dari, nec adimi potest. *Leg.* 2, *et leg.* 7 *Cod. de jur. Codicillor, leg. Scaevola ff. ad S. C. Trebell.*

Tempore mortis testatoris observat pro quantitate haereditatis. *Leg.* 56, *et leg.* 73 *ff. ad leg. falcid.*

Renuntians haereditati eam postea non potest adire. *Leg.* 2 *Cod. de jur. et fact. ignor.*

Paria sunt haereditatem non dividere, vel divisam uni tantum relinquere. *Leg. quidam elogio Cod. de jure delib; leg.* 2 *ff. de acquir. haered.*

Haereditas haeredi per alium quaeri non potest. *Leg. Per haereditarium* 18 *ff. de acquir. rer. dom.*

Fructibus, et aliis augetur haereditas. *Leg. Pecuniae* 178 *ff. de verb. signif.*

Haereditas patris liberis quasi debita est. *Leg. Nonnumquam* 8 *ff. de collat. bonor.*

Haereditas datur ex testamento, non ex codicillis. *Leg.* 5 *Cod. de jur. codicill.*

Haereditas repraesentat personam defuncti, non haeredis. *Leg. Si titio* 55 *ff. de legat.* 2.

Haereditas vicem et personam haeredis substinet. *Leg. Nam et* 21 §. 1 *ff. de negot. gest; leg. Novatio* 24 *ff. de novat.*

Haereditas non est viventis. *Leg. Pro haerede ff. pro haerede.*

Adiri haereditas pro parte non potest. *Leg. qui totum* 1 *ff. de acquir. haered.*

Haereditas non adita, non transmittitur nisi ad liberos. *Leg. Si Valerianus* 1 *Cod. de test. milit; leg. Si quis* 3 *ff. ad S. C. Syllan. et Claud., leg. liberis* 13 *ff. de dol. mali etc. leg. Si de possessione* 1 *ff. Si mulier ventr. nom.*

Haereditas codicillis directo dari non potest, per abliquum potest. *Leg. quidam* 5 *Cod. de necess. serv. haered.*

Adiri potest haereditas solo animo. *Leg. Si a domino* 26 §. 2 *si possessor. ff. de haered. pet.*

Haereditatem adimus sola voluntate. *Leg. Cum* 23 *ff. de acquir. possess.*

Haereditatis dominium ut transeat in haeredem necessaria est ejus aditio. *Leg legatum* 8 *ff. de legat.* 2.

Haereditatis nomen continet commoda, et incommoda. *Leg. Si haereditatem* 30 *ff. mandati.*

Haereditatis voce jus continetur, non res. *Leg Pecuniae* 178 *ff. de verbor. signif.*

Expilatae haereditatis crimen succedit in loco furti actionis. *Leg. Si te* 12 *Cod. ex qui caus. in fam.*

Expilatae haereditatis non proponitur ejus nomine cujus nulla est haereditas. *Leg. Liber.* 8 *Cod. de pet. haer.*

Haereditatem habere videtur qui ejus aestimationem est consecntus. *Leg. Si non* 10 *ff. si quis omiss. caus. test.*

Haereditariae res non sunt ipsa haereditas. *Leg. Pecuniae* 178 *ff. de verbor. signif.*

HAERES

Vid. *Aditio — Bona — Fructus — Haereditas — Medium Petitio — Servus — Socius.*

Haeres est universi juris successor. *Leg. Quoties* §. *haeredes ff. de haered. instit, leg. Haeres ff. de acquir. haered., leg. Cum haeres ff. de divers. praes., leg.* 62 *ff. de regul. jur.*

Defuncti haeres non potest proprium privileginm allegare. *Leg. Haeres* 19 *ff. de judic.*

Haeres institutus sub die, vel conditione incertis, nihil ut haeres potest distrahere ante eventum conditionis, vel diei. *Leg. Si quis* 23 *ff. de haered. inst.*

Haeres succedit non solum in dominio, sed in omni obligatione activa, et passiva. *Leg. Si ex sua* 36 *ff. de fidejuss. et mand.*

Haeres tenetur ad debita pro portionibus haereditariis. *Leg. Cum.* 14 *Cod de rei vind., leg. Si Testamentum* 49 §. *ex duobus.* 1 *ff. de fidejuss.*

Haeres tenetur exonerare conscientiam defuncti. *Leg. Julianus* 16 *ff. de jud.*

Haeres non venit contra factum defuncti, nisi negotium de quo agitur sit factum in frandem haeredis. *Leg. gravissimum* 1 *Cod. ne fisc. rem etc.*

Qui aliquem haeredem instituit alienare intelligitur. *Leg. Si quis* 8 *Cod. de secund. nupt.*

Haeredem institntionis removere non praesumimus. *Leg. Si quis.* 3 *ff. de adim. legat.*

Haeredis verbo omnis haeres intelligitur. *Leg. Statuliberi* 29 §. 1 *ff. de Statuliber.*

Haeredem esse fortunae adscribitur. *Leg. Sed et si* 6 *ff. de legat. et fideicom.* 3.

Haeredem voluntatem defuncti non servantem infamia facti infamem effici. *Leg. Quidam* 5 *ff. de necess. serv. haered.*

Haeres intelligitur comprehensus in investitura. *Leg. Reos ff. de duob. reis*, *leg. Si pactum ff. de probation.*

Jus revocandi non transit ad haeredem. *Leg. Cum hic status*, §. *ait ratio*, *ff. de don. int. vir*, *et ux.*

Jus poenitendi non transit ad haeredem. *Leg. ead.* §. *poenitentiam.*

Legatarius, et fideicommissarius large dicitur haeres. *Bart. in leg. In Conventionibus ff. de verb. signif.*

Haeres, et defunctus censetur una, et eadem persona. *Auth. de Jurejur. a mor. preest. in princ.*, *leg. Sciendum* 1 §. 2 *ff. de separat.*, *leg. Omnes* 17 *ff de action. et oblig.*

Quis haeres in certis rebus institutus habetur loco legatarii, nec tenetur creditoribus. *Leg. Quoties* 13 *Cod. de haered. instit.*, *Gloss. in Cap. Raynutius* 16 *de testamen.*

Non potest haeres venire contra factum defuncti. *Leg. Cum a matre* 14 *Cod. de rei vindic.*

Non vult haeres esse qui ad aliud trasferre voluit haereditatem. *Leg.* 2 *ff. Si quis omiss. caus. test.*, *leg.* 8 *ff. de mort. caus. donat.*, *leg.* 24 *ff. de acquir. haered.*, *leg.* 6 *ff. de regul. jur.*

Haeredem ejusdem potestatis, jurisque esse cujus fuit defunctus. *Leg.* 59 *ff. de regul. jur.*

Pro haereditariis partibus haeredes onera haereditaria agnoscere placuit. *Leg. Sive* 17 *ff. de duob. reis stipul.*, *leg.* 1 *et* 2 *Cod. de haered. act.*, *leg.* 1 *Cod. si cert. paet.*

Haeredes furis tenentur condictione furtiva, sive ad eos pervenit res, sive non. *Leg. Civilis* 1 *ff. de priv. delict.*

Haeredes pro portionibus haereditariis conveniuntur. *Leg. Si filia* 20 §. *si pater* 3 *ff. famil. erciscund.*

Ad haeredes poena non transeunt. *Leg. Cui opus* 22 *ff. de nov. oper nunc.*

Quandiu possit valere testamentum, tandiu legitimus haeres non admittitur. *Leg.* 89 *alias* 90 *ff. de regul. jur.*,

leg. Quandiu 39 , *leg. In plurium* , *et leg. Illud ff. de acquir. haered.*

Haeredem scriptum a fideicommissario sed non a legatariis adire compelli. *Leg. Si quis omissa ff. Si quis omissa caus. testam. etc.*

Quae per defunctum incohata sunt per haeredem explicari debent. *Leg. Haeres Socii ff. pro Socio.*

Haeres non habet jus variandi. *Leg. fin. Cod. de Codicill.*

Haeres occisi consolatur videns puniri homicidam. *Leg. Capitalia §. fin ff. poenis.*

Haeres represehentat personam defuncti pro ea parte pro qua haeres est. *Leg. Cum a Matre Cod. de rei vend., leg.* 3 *Cod. ad leg. falcid., leg. Si adulta ff. de haered. act., leg. fin. in fin. ff. de praet. stipul.*

Miserum est sine haerede decedere. *Istit. Quand. man. nam lic.* §. 1.

Laudabile est haeredem , et successorem habere. *Leg. Et quia ff. de interrog. in jur. etc.*

Haeres coloni colonus non est. *Leg.* 60 §. 1 *ff. Locat. conduct.*

Haeres juris successor est. *Leg.* 9 §. 12 *ff. de hered. inst.*

Haeres haeredis testatoris haeres est. *Leg. ult. Cod. de haered. istit.*

Sine haeredis institutione nihil in testamento scriptum valet. *Leg.* 1 §. 3 *ff. de vulg. et pupill.*

Nemo haeredi suo relinquit plus quam ipse habuit. *Leg.* 120 *ff. de reg. jur.*

Qui falsum testamentum dicit indignus haeres est. *Leg.* 2 *Cod. de his quae ut indign.*

Haeres non potest dici qui nihil capit ex testamento. *Bartin Leg. Quis has. ff. de legat.* 1.

In omnibus vice haeredum bonorum possessores habentur. *Leg.* 2 *ff. de bon. poss.* , *leg.* 160 *ff. de reg. jur.*

Ex dolo defuncti haeres in solidum tenetur pro ea parte qua haeres est. *Leg.* 157 §. 2 *ff. de reg. jur.*

Haeres indistincte tenetur sarcire damnum ex delicto defuncti. 16 *Quaest.* 6 *Cap.* 3 , *et* 10 *quaest.* 4 *Cap.* 36 *de act. rei persecut.*

Haeres recusans adimplere voluntatem defuncti privatur omni commodo. *Leg. Si ab hostibus.* §. *fin. ff. sol. matr.*

Haeres tenetur stare judicio caepto cum defuncto. *Leg. Haeres absens ff. de judic.*

HOMO

Vid. *Facies — Ignorantia — Impossibile — Memoria — Servire — Talis.*

Liber homo in stipulationem deduci non potest. *Leg. Liber.* 103 *ff. de verb. oblig.*

Homines faciles sunt ad dissentiendum. *Leg. Quia poterat. ff. ad S. C. Trebell.*, *leg. Item si unus. §. principaliter. ff. de recept. arbitr.*

Homo intenso dolore permotus non est in plenitudine intellectus. *Leg. Si adulterium §. Imperatores ff. de adulter*

Homo est dignissima creatura. *Leg. Justissime ff. de Edil. Edict.*

Homo praesumitur vivere usque ad centum annos. *Ecclesiast.* 18. 8, *Leg. fin. Cod. de Sacros. Ecclesiis.*, *leg. An ususfructus ff. de usufr.*

Liber homo aestimationem non accipit. *Leg. Si tamen* 48 *ff. de edilit. edict.*

Hominis appellatione foemina continetur. *Leg. Praetor* 2 *ff. de vi bon. rapt.*

HONESTAS — HONESTUS

Honestatis jus ab omni debito excipiendum. *Leg. Quod ex libera Cod. de oper. libert.*

Non omne quod licet honestum est. *Leg.* 144 *ff. de reg. jur.*

Honestum in dubio praesumimus. *Leg. Si rem* 19 *ff. de pign. act.*

Honeste vivere praeceptum juris est. *Leg.* 10 §. 1 *ff. de just. et jur.*

HONOR

Vid. *Dignitas*

Honorem lucro, imo etiam vitae praeferendum. *Leg. Isti quidem ff. quod met. caus.*, *leg. Reprachendenda Cod. de instit. et substit.*

Paternos honores invidere filiis non oportet. *Leg.* 11 *Cod. de dignitat.*

Honor aequiparetur vitae. *Leg. Julianus ff. si quis omissi caus. test.*, *leg. Justa causa ff. de manumiss. vind.*

Honor est maximum bonorum. *Gloss. in Extrav. ad conditorem. in vers. honorem de verb. signif.*

Honor volenti confertur. *Leg. Actuarii* 5 *Cod. de erogat. milit. annonae.*

Uxori per Virum fit honor. *Leg. Sicut* 1 *Cod. de in jus vocan.*

Honori onus inest. *Leg. Continet* 3 §. 1 *ff. quod met. caus.*

Honorem vitans stultior est onus vitandi. *Leg. Murileguli Cod. de murilegulis etc.*

Honores transferuntur ascendendo, non discendendo. *Leg. Majoribus* 2 *Cod. quemadmod. civil. muner.*

Honores gradatim deferuntur. *Leg. Quae utiliter* 45 *ff. de negot. gest.*

Veteres honores facilius retinemur, quam novos adipiscimur. *Leg. Reos.* 1 *Cod. de reis postul.*

HYPOTHECA

Vid. *Dos — Pignus — Privilegium — Tutor.*

In rebus Coloni tacitam hypothecam non induci. *Leg.* 4 *ff. in quib. caus. pign. vel hypot. tacit. contr.*

Prohibita alienatione, hypotheca quoque prohibita censetur. *Gloss. in Leg. fin. verb. hypothecam Cod. de reb. alienis non alienand.*

Hypotheca tacita veniunt bona etiam futura. *Auth. Nunc. Cod. de secund. Nupt.*

Per venditionem debitoris non dissolvitur hypotheca creditoris. *Leg. Res.* 10 *Cod. de remiss. pign.*, *leg.* 12 *Cod. de distr. pign.*

Hypotecam utilem inutilis emptio non solvit. *Leg. Quod autem* 7 *ff. de donat int. vir. et uxor.*

Hypothecam rei suae nemo habet. *Nov.* 108 *Tit.* 9 *de restitutione* §. *nos igitur* 2.

Hypothecaria actio non tollitur novatione inefficaci. *Leg. Aliquando* 13 *ff. ad S. C. Vellejan.*

Cessa hypothecaria non ceditur personalis. *Leg. Si pignori* 29 *ff. famil. ercisc.*

Hypotecaria actione pignus emptor evincit creditor. *Leg. Rem haereditariam* 65 *ff. de eviction.*

Hypotheca non tollitur mutatione dominii. *Leg. Conventio* 1 *ff. de pignor. act.*

Hypothecaria ejus naturae est, ut duret donec debitum sit solutum. *Leg. Quoties* 37 §. *Qui pro* 5 *ff. de solut.*

Hypothecaria expirat re obligata, seu hypothecata desinente, vel pereunte. *Leg. Convenerit* 18 §. *si nuda* 1 *ff. de pign. act.*

Hypothecaria individua in solidum competit. *Leg. Apud* 2 *Cod. de debit. civit.*

Qui agit hypothecaria probare debet debitorem fuisse dominum de tempore obligationis. *Nov.* 17 *Tit.* 5 *de Trient. et semisse.*

Hypothecaria tollitur pignore, vel debito remisso. *Leg. Si tibi* 17 §. 2 *ff. de pactis.*

IGNORANTIA — IGNORARE

Vid. *Culpa* — *Errans* — *Jus* — *Lex.*

Ignorans aliquid potest quod sciens non potest. *Leg. Si forte* 17 *ff. de offic. praef.*

Ignorans Jus stultus dicitur. *Leg.* 9 §. *Sed juris* 3 *ff. de jur. et fact. ignor.*

Ignorans actor non est improbus. *Leg. Qui* 137 *ff. de reg. jur.*

Ignorans debitor non est improbus. *Leg. Cum* 138 *ff. eod.*

Ignorantia crassa, et supina non excusat. *Leg.* 1 *Tit. Quo tempore miles. Feudor.*

Ignoranti interdum parcitur. *Leg. Qui contra. Cod. de inutilib. stip.*

Casus repentini non praevisi ignorantia excusat. *Leg. Praeses. ff. de extraord. cogn.*

Ignorantia juris naturalis, vel quasi non excusat a poena delicti. *Leg. Respiciendum* 11 §. *delinquitur* 2 *ff. de poenis.*

Ignorantia in facto proprio non est probabilis. *Leg. Item* 13 §. *exercitio* 7 *ff. locat. cond.*

Ignorantia juris non nocet in damno vitando. *Leg. Nunc.* 1 *ff. de cond. ind.*

Ignorantia juris non prodest acquirere volentibus. *Leg. Juris ignorantia* 7 *ff. de jur. et fact. ignor.*

Ignorantia juris gentium, seu naturalis non admittitur. *Leg. Si adulterium* 28 §. *Quare* 2 *ff. ad Leg. Jul. de adulter.*

Ignorantia justa a litis sumptibus excusat. *Leg. Qui solidum* 78 *ff. de legat.* 2.

Simulata ignorantia punitur. *Leg. Corradi. Tit.* 34. *Feudor.*

Ignorantia non excusat a delicto. *Leg. Colonos* 1 *Cod. de Colon. illy.*

Ignorantia toleratur in haerede. *Leg Si sterilis* 21 §. *si praedii* 1 *ff. de act. empt. et vend.*

Tolerabilis non est ignorantia illius, qui publice notum est. *Leg. Municipii* 6 *ff. de decret. ab ordin. fac.*

Ignorantiae haeredis in obligationibus judicii non subvenitur. *Leg. Haeres* 8 *ff. de fidejuss.*

Ignorantiam ejus quod publice propositum est allegans nemo audit. *Leg. Sed si* 11 §. *de quo* 2 *ff. de instit. act.*

Ignorare factum suum nemo debet. *Leg. Qui fundum* 6 §. 2 *ff. pro emptor.*

Ignorantur juste quae fiunt nocte, vel in multitudine hominum. *Leg. Item* 14 §. 3 *ff. quod met. caus.*

Ignorantia alterius alii non prodest. *Leg. Non solum* 22 §. 1 *ff. de lib. caus.*

Ignorantiam fingens fraudem committit. *Leg. Praetor* 13 *ff. Si quis omm. caus. test.*

Ignorantia excusat debitorem. *Leg. Non potest* 39 *ff. de reg. jur.*

In alieno facto ignorantia tolerabilis error est. *Leg. fin. ff. pro suo.*

In vasis vitiosis ignorantiam non probari. *Leg. Sed. addes* §. 1 *ff. Locati.*

Qui cum alio contrahit, vel est, vel esse debet non ignarus conditionis ejus. *Leg. Post. ff. de regul. jur.*

Juris quidem ignorantiam cuique nocere. *Leg.* 9 *ff. de jur. et fact. ignor.*

Facti ignorantia in damnis, vel compendiis non obest. *Leg.* 8, *et leg.* 9 *ff. de jur. et fact. ignor.*

Proprii facti non potest quis ignorantiam praetendere. *Leg.* 7 *ff. ad S. C. Vellejan.*

Non potest improbus videri qui ignorat quantum solvere debeat. *Leg.* 99 *ff. de reg. jur.*

Ignorantia in facto suo nocet. *Leg. fin. ff. pro suo.*

Ignorantes non sunt homines, sed hominum immagines. *Abbas. in Cap. prudentiam de offic. delegat.*

Ignorantia facti justa, et probabilis excusat. *Cap. Ignorantia. de reg. jur. in* 6, *Leg. Ea lege* 51 *ff. locat. conduct.*, *leg. Ait Praetor.* 1 §. *Et qualiter* 9 *ff. de aqua quot. et aestiv.*

Ignorantia juris non praesumitur, ac proinde non excusat. *Cap. ignorantia. de reg. jur. in* 6, *Leg. Cum* 2 *ff. de jur. et fact. ignor.*

Ignorantia semper praesumitur in dubio, nisi scientia probetur. *Leg. Verius. ff. de probat.*, *Cap. Praesumitur* 47 *de reg. jur. in* 6.

Ignorantes non promoveantur ad Clerum. *Cap.* 1 *dist.* 36, *et Cap.* 2.

Ignorans non dicitur negligere, nec contemnere jus suum. *Leg. Nec ignorans. Cod. de donationib.*

Cum quis in jus succedit alterius justam ignorantiae causam censetur habere. *Reg.* 14 *de reg. jur. in* 6.

Ignoranti non currit tempus. *Leg. Quandiu. Cod. Qui admitti.*

IGNOTUS

Ignoto verisimiliter nulla datur affectio. *Leg. Quis filiabus ubi glos. ff. de legat.* 1.

Ignotus potest haeres institui. *Leg. Quoties* 9 *ff. de haered. instit.*, *leg. Extraneum* 11 *ff. eod.*

ILLATIO

Illatio non fit a diversis. *Leg. Ult. in fin. ff. de calumniator.*, *leg. Papinianus exuli. ff. de minorib*, *leg. Inter stipulantem.* §. *Sacram ff. de verb. oblig.*, *leg. Natura* §. *Nihilominus. ff. de acq. possess.*

ILLICITUS

Vid. *Licitus — Malum — Principium — Superior.*

Propter necessitatem illicitum efficitur licitum. *Cap. Quod. non est. de reg. jur.*

Illicite factum, obbligationem non inducit. *Cap. Quod. latenter. de reg. jur.*

Dispensatio illicitum, reddit licitum. *Cap. Dudum. de electione*, *ubi gloss. in verbo Retinere.*

Illicite permissis utens ponitur. *Leg. Qui sine* 37 *ff. de negot. gest.*

Illicite adjectum, habetur pro non adjecto. *Leg. Placuit ff. de usuris.*

Illicita ab initio non sunt servanda. *Leg. Imperatores* 13 *ff. de pollicitat.*

IMMISCERE

Vid. *Culpa.*

IMMISSIO

Vid. *Bona — Haeres.*

IMMUNITAS

Vid. *Ecclesia — Statua*

Immunitas donat privilegium, non poena. *Leg. Nec infames* 12 *Cod. de decurionibus, et fil. eor. etc.*

Immunitatem non ecclesiasticam solus Princeps concedere potest. *Leg. Exceptis.* 1 *Cod. de decret. decurion.*, *leg. Nemo judex.* 14 *Cod. de decur. et fil. eor. etc.*

Ecclesia etiam consecrata in qua divina officia celebrantur gaudet immunitate. *Cap. Ecclesiae* 9 *de immunit. eccles.*

Qui sub spe immunitatis in ecclesiis, vel coemeteriis delinquunt immunitate non gaudent. *Cap. Immunitatem* 10 *de immunit. ecles.*

Immunitate gaudet locus omnis divinis officiis auctoritate Episcopi dedicatus. *Cap. Nulli liceat.* 12 *q.* 2, *Cap. Nemo Ecclesiam de consecrat. dist.* 1, *Cap. Ecclesia in fin. de immunit. ecles.*

Ecclesia diruta, dummodo subsit spe refectionis, gaudet immunitate. *Leg. In tantum ff. de rer divis.*

Coemeterium gaudet immunitate. *Cap. Consuluisti de consecrat. Eccles. vel altar.*, *Cap. Cum Ecclesia*, *ubi gloss. in verb. Coemeteriis, et Cap. Immunitatem de immunit. ecles.*, *Cap. Unic. de consecr. eccles. in* 6.

Ostium, et porticus Coemeteriis immunitate gaudent. *Cap. Ad haec*, *ubi gloss. de Religios. domib.*, *Gloss. in Cap. In ecclesiastico* 13 *q.* 2.

Tota Ecclesiae fabrica gaudet immunitate. *Cap. Si quis in atrio, et Cap. Si quis contumax. ubi gloss verb. adherentibus* 17 *q.* 4., *leg. quae religiosis ff. de rei vindic.*

Domus laicorum ad ecclesiam non pertinentes non gaudent privilegio immunitatis, quamvis sint proximae ecclesiis. *Gloss. in Cap. Quisquis inventus, in verb. vel domos.* 17 *q.* 4.

Palatium Episcopi gaudet immunitate. *Cap. Episcopus. dist.* 41, *Cap. Id. constituimus* 17 *q.* 4.

Personae prosequentes Santissimum Sacramentum gaudent immunitate. *Arg. leg. quisquis Cod. ad leg. Jul. majest.*

Monasteria et adnexa gaudent immunitate *Constit. Gregor. XVI. Cum alias* §. 2.

Omnia loca quae canonico jure religiosa censentur gaudent immunitate. *d. Constit. loc. cit.*

Hospitale authoritate Episcopi constructum immunitate gaudet. *Cap. Ad haec. de relig. domib.*

Oratoria Episcopi authoritate erecta gaudent immunitate. *Cap. cit; et d. Const. loc. eod.*

Immunitate non gaudent orataria, seu capellae quae homines in suis domibus habent. *Cap. Ult. de Censibus, de consuetudine dist.* 1 *Cap. Unicuique, et Cap. sequen., auth. de Eccles.* §. *Si quis in sua domo, et* §. *si vero, coll.* 9 *Cap. Ecclesiae. de immunitat.*

Spatia immunitatis protenduntur usque ad extremas fores. *Cap. Si quis* 17 *q.* 4.

Violantes Ecclesiae immunitatem de jure excommunicari debent. *Cap. Miror, Cap. Si quis contumax, Cap. Quisquam.* 17 *quaest.* 4, *Costit. Greg. XVI. Cum alias* §. 8.

Immunitas debitoribus ad Ecclesia confugientibus concessa est, non solum a jure civili, sed etiam a jure canonico. *Leg. Praesenti Cod. de his qui ad Eccles. confug., leg. Ult. Cod. eod.; Cap. Inter alia de immut. Eccles., Cap. Id constituimus, Cap. Si quis contumax, Cap. Frater. Caus.* 17. *quaest.* 4.

Non licet alicui hominem de Ecclesia rapere. *Cap. Miror.* 8 *Caus.* 17 *q.* 4.

Fugientem ad Ecclesiam nemo audeat abstrahere. *Cap. Reum* 9, *Cap. Si quis contumax* 20. *Caus.* 17 *quaest.* 4, *Cap. Inter alia de immunit. Eccles.*

Reus confugiens ad Ecclesiam inde extrahi non potest. *Cap. Miror, cum seq. Caus.* 17 *q.* 4, *Cap. Inter alia de immunit. Eccles., leg. Praesenti Cod. de his qui ad Eccles. confug., Constit. Gregor. XIV. Cum alias nonnulli etc.*

Immunitas ecclesiastica non potest tolli, vel minui per solam contrariam, quamvis immemorabilem consuetudinem. *Gloss. in Cap. Ult. verb. rationabilis. De consuetudine.*

Claustrum Ecclesiae violans dicitur violare immunitatem ipsius Ecclesiae. *Cap. Cum pro causa. de sentent. excommun.*

Lex civilis non potest restringere immunitatem Ecclesiae. *Cap. Inter alia. de immunit. ecclesiast.*

Reus si indebite ab Ecclesia extrahatur, potest petere se eidem restitui. *d. Cap. Inter alia, Cap. Reum* 17 *Quaest.* 4, *leg. Praesenti. Cod. de his qui ad Eccles. confug.*

Contra immunitatem reprobatur quaecumque consuetudo, sive generalis, sive specialis, etiam immemorabilis. *Cap. Inolita, Cap. Placuit, Cap. Si Clericus, Cap. Si qui ex fratribus, et Cap. Pervenit.* 11 *quaest.* 1, *Cap. Noverint. de Sent. excommunic., Gloss. in Cap. ult. verb. rationabilis. de consuetud.*

IMPEDIMENTUM — IMPEDITUS

Cessante causa impedimenti cessat impedimentum. *Leg. Si Chorus* §. *pen. et fin. ff. de legat.* 3, *leg. liberorum* §. *Pomponius ff. de his qui not. infam.*

Impeditus non habetur pro contumace. *Cap. Inter quatuor de Cleric. non resid., Cap. Praesentium* 7 *quaest.* 1.

Impedimentum non praestat quod de jure non sortitur effectum. *Cap. Non praestat* 52 *de reg. jur. in* 6.

Impedito non currit tempus. *Leg.* 1 §. *fin. Cod. de annal. except., Cap. quia diversitatem de concession. praebend., Cap. fin. de election.*

Impedimentum affectatum non excusat. *Leg. Sed et si quis* 4 *ff. Si quis caution.*

Impeditus angustiis temporis excusatur. *Leg. Hoc amplius* 9 *ff. de damn. infect.*

Impedimentum facto privati contingens non excusat. *Leg. Non exigimus* 2 §. 9. *ff. si quis caut.*

Impedimentum non praesumitur nisi probetur. *De pace Constantiae*, *in Extravag.*

IMPENSA

Vid. *Expensa — Litigator.*

Impensae fructuum semper deducendae. *Leg. In fundo* 38 *ff. de rei vind.*

Modicae impensae actione negotiorum gestorum repetuntur. *Leg. Omnino* 12 *ff. de impens in re dot. fact.*

Impensa non est utilis in iis quae non renascuntur. *Leg. Fructus* 7 §. *Si vir. ff. de solut. matr.*

Impensae necessariae dotem minuunt. *Leg. Quod dicitur.* 5, *et leg. Et ante* 16 *ff. de imp. in re dot. fact.*

Impensae cum fructibus non compensantur. *Leg. Et ante* 16 *ff. de impens. in res dot. fact.*

Impensae utiliter factae repetuntur. *Leg. In hac* 28 *ff. de damn. infect.*

Impensas fructuum etiam male fidei possessor servat. *Leg. Praetor* 10 §. 20 *ff. quae in fraud. cred.*

Impensas modicas circa dotem factas maritus uxore donasse praesumitur. *Leg. Omnino* 12 *ff. de impens in re dot. fact.*

IMPERARE

Imperat lex. *Leg. legis. virtus* 7 *ff. de legib.*

Imperare sibi ipsi nemo potest. *Leg. Praetor*, *et leg. Penult. ff. de tutor et curat. dat. ab his*, *leg. Ille a quo* §. *tempestivum ff. ad S. C. Trebellianum*, *leg. penult. ff. de arbitr.*, *leg. Princeps. ff. de legib.*

Imperantis est praesse, non subesse. *Auth. Coll.* 6. *Nov.* 81 *Tit.* 10 *Constitutio quae.*

IMPERFECTUS

Multa imperfecta unum perfectum constituere non possunt. *Leg. Unic. Cod. qui numer. tutelar.*

Imperfectum videtur quod pro non facto habetur. *Leg. Ita stipulatus* 111 *ff. de verb. oblig.*

Imperfectae duae excusationes ejusdem generis constituunt unam perfectam. *Leg. Tria* 3 *ff. de excusation.*

Imperfectum pro semipleno. *Leg. Cum* 78 *ff. de legat.* 2.

IMPERITIA

Vid. *Error — Reus.*

Imperitia culpae adnumeratur. *Leg.* 132 *ff. de reg. jur.*, *leg.* 9. §. 5 *ff. locati.*

Medicus tenetur de imperitia. *Leg. 7 in fin. ff. ad leg. Aquil.*

Imperitia imputatur Advocato. *Leg. Si praeses* 1 *ff. de extraor. cognit.*

Imperitiam error detegit. *Leg. Quod non* 39 *ff. de legib. Leg.* 15 *ff. de jurisdict.*

Imperitia facti error dicitur. *Leg. Sed hoc* 20 *ff. de acq. pluv. arcen.*

Imperitia non excusat. *Leg.* 1 *Cod. de interd. matrim.*

Mulier propter imperitiam excusatur. *Leg.* 2 *ff. de inspic. ventr.*

IMPLERE

Implevisse conditionem is videtur per quem non stat quo minus impleatur. *Leg. Si interdictum* 4 *ff. nc vis fiat ei.*

IMPORTUNITAS

Multa propter importunitatem conceduntur, quae alias non concederentur. *Leg.* 1 *Cod. de petit. bon. sublat.*

IMPOSSIBILIS — IMPOSSIBILITAS

Vid. *Agere — Conditio — Natura*

Quod a sola unius voluntate dependet quasi impossibile reputatur. *Leg. Apud Julianum* §. *constat. ff. de legat.* 1, *leg. continuus* §. *cum quis. ff. de verb. oblig.*

Paria sunt aliquid esse impossibile, vel multum difficile. *Leg. Apud Julianum* §. *constat. ff. de legat.* 1.

Paria sunt aliquid esse impossibile naturaliter, vel de jure. *Leg.* 1 *ubi gloss*, *et leg. filius ff. de condit. istit.*

Ad impossibile neminem obligari. *Leg. Si quis in gravi ff. ad S. C. Syllan*, *Reg.* 6 *de reg. jur. in* 6.

Impossibilium, et valde difficilium idem est judicium. *Leg. Apud Julianum* §. *constat. ff. de legat.* 1, *leg. Cum haeres* 4 §. 1 *ff. de statulib.*

Inutilis est stipulatio si impossibile sit. *Leg.* 2 §. 6 *ff. de eo quod certo. loc.*, *leg.* 1 §. 9. *ff. de obligat. et action.*

Nullam vim habet qnod impossibile est. *Leg.* 45 *ff. de haered. instit.*

Impossibilium nulla obligatio est. *Leg.* 135 *ff. de regul. jur. leg.* 185 *ff. eod.*

Impossibilis conditio faciendi stipnlationi obstat. *Leg.* 7 *ff. de verb. oblig.*, *leg.* 1 §. 11 *ff. de oblig. et act.*

Impossibile per naturam non potest fieri per legem. *Leg. Si pater. in fin. ff. de adopt.*, *Bart. in leg. Si eadem in prin. ff. de duob. reis. const.*

Impossibile est dari liberum hominem. *Leg.* 103 *ff. de verb oblig.*

Impossibilia facti nemini imputantur. *Leg. Cum quidam* 17 §. *Si fullo* 3 *ff. de usur.*

Impossibilis stipulatio nullius est momenti. *Leg. Certi* 9. *ff. de reb. cred.*

Impossibilitatis ratione actus nullus dicitnr. *Leg. Si a me* 11 *ff. de judic.*

Deus impossibilia non jubet. *Concil. Trid. Sess.* 6 *C.* 11 *in princ.*, *et Canon.* 18.

Impossibilitas de jure vitiat promissionem etiam a sciente factam. *Leg. Ea* 5 *Cod. de donat. ante nupt.*

Impossibile decretum non obligat. *Leg. Sejae* 26 *ff. de tut. et curat. dat.*

Impossibile praeceptum non valet. *Leg. Polla* 2 *Cod. de his quib. ut indig.*

Impossibile factum intelligitur qnod jus prohibet. *Leg. Obligationes* 1 §. 14 *item ff. de oblig. et actionib.*

Impossibile censetur qnod fieri non potest nisi inhoneste. *In conditionem* 133 *ff. de regul. jur.*

IMPOTENS

Non negligentibus, sed impotentibus succurrendum. *Leg. Non enim ff. de quib. caus. major.*

IMPUTARE — IMPUTATIO

Vid. *Collatio — Dos.*

Paria sunt relictum cohaeredi restituere, vel sibi in quartam imputare. *Leg. In fidecommissaria ubi gloss. ff. ad S. C. Trebell.*

In falcidiam, quod jure tantum baereditario capitur imputari: in trebellianicam, quidquid judicio testatoris acquiritur. *Leg. In quartam, ff. ad leg. Falcid.*

Imputare sibi debet qui cautionen non exigit. *Leg. Praetor ait.* 1 §. 7 *item haeres ff. quand. de pecul. act.*

Imputare sibi debet qui non excipit. *Leg. Idem quae* 45 *ff. de act. empt. et vend.*

Imputandum est ei qui minus perito se commisit. *Leg. Sed et si* 7 §. *parvi* 1 *ff. de inst. act.*

Imputatur ei periculum qui se in id projecit. *Leg. Item* 11 *ff. ad leg. Aquil.*

Imputatur necessitas ei qui necessitatem ipsam sibi assumit. *Leg. Si ante* 7 *ff. judic. solv.*

Imputare sibi debet qui non postulavit quod postulare potuit. *Leg. Quid* 3 *ff. de contr. tut.*

INCAPAX

Vid. *Haeres — Tutor.*

Incapax capax esse non potest in odium sui. *Leg. Si quis solidum* 72 *ff. de haered. Inst.*

Incapaci clam relinqui non potest, quo casu incapax relicto privatur. *Leg. Lucius* 123 *ff. de legat.* 1.

INCENDIUM

Incendium facile non fit sine alicujus culpa. *Leg Si modo* 59 *ff. de legat.* 1.

Incendium non semper praesumitur fieri culpa inhabitantium. *Leg. Nam salutem ff. de offic. praef. vig.*

Incendium conductorem excusat a pensione. *Leg. Ex conducto* 13 *ff. locat. conduct.*

INCERTITUDO — INCERTUS

Vid. *Cautio — Certus — Dies.*

Incerta parum relevant. *Leg. Neque natales Cod. de probat.*

Certa pro incertis relinquenda non est. *Leg. Cogi poterit* §. *idem quaerit ff. ad Sen. Cons. Trebell.*, *leg. Cum titio ff. ad leg. falcid.*

Ratione incertitudinis aliquid permittitur, quod alias non permitteretur. *Leg.* 1 *Cod. de pactis.*

Non est dare affectionem in incertos. *Leg. Qui filiam. ff. de legat.* 1.

Incerta quoties est petitio, certa sententia esse non potest. *Leg. Depositi* 1 *ff. depositi.*

Incerta dies est pro conditione. *Leg. Si ita* 45 *ff. de legat.* 2.

Incerta res fit, et dubia per negotiationem. *Leg. Eleganter* 23 *ff. de condit. indeb.*

Incertum corpus perire non potest. *Leg. Non amplius* 27 *ff. de legat.* 1.

Incertitudo non semper vitiat legatum. *Leg. Titia* 34 *ff. de legat.* 2.

Incertitudo regulariter vitiat omnem dispositionem. *Leg. A vobis quoque ff. de ann. legat.*, *leg. Pomponius* §. *fin. ff. de rei vind*, *leg. Duo sunt Titii ff. de test. Tutel.*, *leg. Tutor incertus ff. eod.*; *leg. Ita stipulatus et leg. ubi autem non apparet. ff. de verb. oblig.*, *leg. Si sic.* §. 1 *ff. de legat.* 1, *leg. Cum post.* §. *gener. ff. de jur. dotium.*

Incertus dies pro conditione habetur. *Leg. Fideicomm.* 11 *ff. de legat. et fideicom.* 3, *leg. Sub.* 16 *ff. de cond. indeb.*

Incerti sunt eventus judiciorum. *Leg. Si sine* 32 *ff. de adm. et peric tut.*

INCLUSIO

Inclusio unius est exclusio alterius. *Leg. Cum praetor ff. de judic.*, *leg. Cum maritus Cod. de procurator.*, *leg. Quamvis Cod. de pignor.*, *leg. Ait. Praetor.* §. *sed quod Papinianus ff. de minorib.*, *Cap. Nonne. de praesumpt.*

INCOGITATA

Vid. *Verbum.*

Verba quantumcumque generalia non extenditur ad incogitata. *Leg. Cum aquiliana ff. de transact.*, *Cap. Ne quis*, *ubi glos.* 12 *q.* 2.

INCOMMODUM

Vid. *Commodum — Compensatio.*

Incommoda eum sequi oportet quem commoda, et utilitas sequuntur. *Clem.* 1 *de censib.*

Qui sentit commodum sentire debet incommodum. *Reg.* 55 *de regul. jur. in* 6.

Incommodum non semper eum sequitur qui commodum habet. *Leg. Secundum* 10 *ff. de reg. jur.*

INCONSTANTIA

Inconstantia reprobatur in qualibet persona. *Epist. inter claras. Cod. de Summ. Trin. et fid. Chat.*, *Leg.* 1 *ff. de constit. pecun.*, *Cap.* 1 *de pact.*

Inconstantia recusatur. *Leg. In causae* 27 *ff. de procurat.*

INCORPORALIA

Incorporalia traditionem non recipiunt. *Leg.* 3 *ubi gloss. in verb. Nulla est ff. de act. emp.*

Incorporalia non possidentur. *Leg. Et si forte.* §. *Sciendum. ubi gloss. verb. possessor. ff. de servit. vind.*

INCREMENTUM

Incrementum praesupponit aliquid adesse. *Leg. Si manente ff. de praecar.*

INDEBITUM

Vid. *Error — Solutio.*

Qui sciens solvit indebitum non repetit. *Leg. Quod quis* 50 *ff. de condict. ind.*, *leg.* 9 *Cod. eod.*

Indebitum constitui non potest ope exceptionis. *Leg. Quod si* 3 §. *si quis* 1 *ff. de const. pecun.*
Indebite soluta condictione indebiti repetuntur. *Leg. Hominem* 3 *ff. pro suo, leg.* 3, *leg.* 6, *et leg.* 7 *Cod. de condict. indeb.*
Indebitum per errorem solutum, condicitur sine usuris. *Leg.* 1 *Cod. de condict. indeb.*
Delegatus indebite vero creditori delegantis a delegante condicit. *Leg.* 2 *Cod. eod.*
Debitum haereditarium per errorem a non succedente solutum repetitur. *Leg.* 5 *Cod. eod.*
Procurator falsus tenetur condictione indebiti. *Leg.* 8 *Cod. eod.*
Indebitum solutum ancipiti animo, sive mente titubante, repetitur. *Leg. fin. Cod. eodem.*

INDEFINITUS

Indefinita aequipollet universali. *Leg. Si pluribus* 45 *ff. de legat.* 2, *leg.* 96 *ff. de legat.* 3, *leg.* 1 *ff. de reg. jur.*, *leg. Si servus* 24 *ff. de serv. urb. praed.*
Quae indefinita reliquuntur a lege definienda sunt arbitrio boni viri. *Cap. de causis* §. 1 *de offic. deleg.*, *leg.* 1 §. 1 *ff. de jur. deliber.*
Indefinitum tempus decennio aestimatur. *Leg. In metallum* 22 *ff. de poenis.*
Indefinita permissio restringitur ad loca minus damnosa. *Leg. Via* 22 *ff. de servit. praed. rustic.*
Indefinita indefinite intelligenda. *Leg. Tutor* 6 *ff. de adm. et peric. tut.*

INDICIUM

Vid. *Suspicio.*
Indicia certa quae jure non respuuntur, non minorem probationis quam instrumenta continent fidem. *Leg.* 19 *Cod. de rei vindic.*

INDIGENS

Vid. *Pauper.*
Indigentibus dandum est. *Leg. Quidquid.* 1 *Cod. de publ. laetit. vel consulum etc.*

INDIVIDUUS

Qui partem tantum individui facit nihil facit. *Leg. Furiosum cum gloss. Cod. qui testam. fac. poss.*
In individuis utile per initile non vitiatur. *Leg.* 1. §. *item quaeritur ff. de aq. quot. estiv., leg. Praedius ff. de arbitr.*
Individua in solidum debentur. *Leg. Siculis* 13 *ff. de usufr.*

INDUCTUS

Vid. *Testis.*
Inducta ad unum finem non operantur contrarium effectum. *Leg. Legata inutiliter. ff. de adimit. legat.*
Inducta ad augendum non operantur diminutionem. *Leg. Si mancipia ff. de fund. instr. legat.*

INDULGENTIA

Principis indulgentiam non infamiam, sed poenam remittit. *Leg. fin. Cod. de general. abol.*

INFAMIA — INFAMIS

Vid. *Indulgentia — Testis.*
Infamis non prohibetur a successione intestati. *Leg. In Arenam* 11 *Cod. de inoffic. testam.*
Infamia status infamis non mutatur, sed minuitur tantum. *Leg. Capitis* 11 *ff. de capit. minut.*
Infamia repellit a dignitatibus. *Leg. Quid. ergo* 13 *ff. de his qui not. infam.*
Infamia ab honore repelli, at non ab onere. *Leg. Infamia* 8 *Cod. de decurion.*
Infamiae causa gravior pecuniaria censetur. *Leg. Cum ex* 97 *ff. de solut.*
Infamis infami nihil objicere potest. *Leg. Testium.* 3 §. 5 *Julia. ff. de testibus.*
Infamis advocatus esse non potest. *Leg. Hunc.* 1 §. 8 *ff. de postulando.*
Infamis a postulando removetur. *Leg. Omnes* 2 *ff. de offic. assess.*
Infamis dignitates perdit. *Leg. Frustra* 7 *Cod. de re milit.*

Infami privilegium dari non potest. *Leg. Nec infames* 12 *Cod. de decurion.*

Infames habentur actione famosa damnati. *Leg. Decuriones* 5 *Cod. ex quib. caus. infam. irrog.*

Infamibus portae dignitatum clauduntur. *Tit.* 17 *An ille qui interfecit. Feudor.*

Infamiam remittit Princeps. *Leg. Solet* 10 *ff. de his qui not. infam.*

Infamiam remisisse intelligitur qui dignitatem concessit. *Leg. Quod.* 24 *ff. de nupt.*

INFERIOR

Inferior Superiori subest. *Leg. Studentibus* 1 *Cod. de offic. Praef. Urb.*

Inferior non potest tollere legem Superioris. *Leg. Formam Cod. de offic. praefect, Cap. Cum inferior. de majorit. et obedien., Clem. Ne Romani. De election.*.

Inferior non potest facere legem quae Superiorem liget. *Cap. Inferior.* 21 *dist.*

Inferioribus prior voluntas mutata colligitur. *Leg. Titia* 34 *ff. de legat. et fideicom.* 2.

Inferior Majori reverentiam debet. *Leg.* 1 §. 22 *Sed et si vicinus. ff. de aqua, et aqua pluv. arcend.*

INFINITAS

Infinitas vitanda est. *Leg. Fin. et ibi gloss. Cod. de sacr. sanct. ecles., leg. Unic. Cod. de sentent. quae pro eo quod interest, leg. Qui bona* §. *ult. ff. de damn. infecto.*

Si verba sunt apta ad infinitatem toleratur infinitas. *Leg. Si ita stipulatus. ubi Bart. ff. de fidejussor.*

INFINITUM

Finiti ad infinitum nulla est proportio. *Leg. Filius fam.* §. *Secundum vulgarem. ff. de legat.* 1.

Providendum est ne lites in infinitum extendantur. *Leg. apertissimi. Cod. de Judic.*

INFIRMUS

Infirmus pro sanitate paratus est omnia dare. *Leg. Quisquis* 6 *Cod. de postul.*
Infirmus famulus, salarium non habet eo tempore quo est infirmus. *Leg. Operae* 7 *ff. de usu, et ufruct.*

INGRATITUDO

Ingratitudinem allegans debet eam probare. *Leg. Ut liberi ff. de inoffic. testam., leg. Si usum* 1 *Cod. de secund. nupt.*
Ingratitudo est indubitanter probanda. *ibid.*
Ingratitudinis causa alimenta filio a patre denegari possunt. *Leg. A patre* 4 *ff. de alend. liber.*

INHABILIS

Inhabilis ad unum est inhabilis ad ei annexum. *Cap. Postulastis. de Cleric. excom., Glos. Cap. Studeat.* 39 *vers. Ut tale beneficium.* 50. *dist.*

INHONESTUS

Inhonestas personas esse dedecet in loco honesto. *Leg. Si qua* 4 *Cod. de spectac.*

INIMICITIA — INIMICUS

In generali dispositione odiosi, et inimici non comprehenduntur. *Leg. Lucius. §. Lucius titius ff. de Legat.* 2.
Paria sunt inimicum virtute, vel fallacia superare. *Leg. Nihil interest. ff. de captiv. et postlim.*
Inimicus repellitur a testimonio. *Cap. Repellantur, et Cap. Cum oporteat. de accusat, leg. Liberi. Cod. de inoff. testam., Auth. Si vero. Cod. de testib.*
Capitalis inimicitia liberat a tutela. *Leg. Atheletae* §. 4 *ff. de excusat. tutor.*

INIQUITAS — INIQUUS

Ubicumque ex verbis simpliciter intellectis resultaret iniquitas, tunc a verbis receditur, et mens servatur. *Leg. Scire oportet. §. aliud. ff. de excusat. tutor.*

Iniquus est qui id retractat quod remisit. *Leg. Non solum* 11 §. 6 *at alicujus. ff. de in jur. et famos. libell.*
Iniquus est qui sciens peccat. *Leg. Injuriam* 1 *ff. eod.*

INITIUM

Vid. *Principium.*
Initium spectandum est. *Leg. Pomponius ff. de negot. gest.*
Initium litis fit per contestationem. *Leg. Unic. et ibi gloss. Cod. de plus petition., leg. apertissimi. Cod. de judic.*
Quod ab initio inutile est ex eventu non confirmatur. *Leg. Si tutoris. ff. quod jussu., leg.* 210 *ff. de regul. jur.*
Non attenditur initium, sed perseverantia. *Leg. Nam et si parentibus.* §. 1 *ff. de inoffic. test.*
Uniuscujusque contractus initium spectandum est, et causa. *Leg. Si procuratorem in princ. ff. Mandat., leg.* 1 §. *non solum ff. depositi, leg. Si tamen. ff. ad S. C. Macedon.*
Ad interpretationem alicujus materiae non est illotis manibus, et omissis initiis accedendum. *Leg.* 1 *in fin. ff. de orig. jur.*
Quae ab initio sunt voluntatis, ex post facto sunt necessitatis. *Leg. Sicut. Cod. de action. et oblig., leg. Si quis argentum.* §. *Cum enim Cod. de donat., leg. In commodato.* §. *Sicut. ff. Commodati.*
Quod ab initio non valet, nec tractu temporis convalescere potest. *Leg.* 210 *ff. de reg. jur., leg. Si alienum* 49 *ff. de haered. inst.*
Initio quod non valet, nec ex post facto validum est. *Leg. Si alienum* 49 *ff. de haered. instit.*
Initio, vel post aliquid fiat nihil interest. *Leg. Est et* 1 §. 2 *sive ab ff. de condict. sine caus.*

INJURIA

Vid. *Pater — Princeps — Uti.*
Non tam uni favendum est ut alteri fiat injuria. *Leg. Impuberi. ff. de admin. tutor., leg. Cum fil. fam. ff. de Milit. testam.; leg. Assiduis in fin. Cod. qui pot. in pign. hab.*
Ab omni vi, atque injuria penitus abstinendum. *Leg.* 1 §. 1 *ff. Quod vi, aut clam.*
Contra vim, atque injuriam licitam esse defensionem. *Leg. Ut vim ff. de just. et jur., leg Scientiam* §. *qui cum ff. ad leg. Aquil.*

Nemini injuriam facere qui jure suo utatur. *Leg. Proculus et leg. Fluminum in fin. ff. de damn. infect*

Injuriarum occasio inde nasci non debet unde jura nascuntur. *Leg. Meminerint Cod. Unde vi, Cap. Qualiter, et quando. De accusationibus.*

Tueri jus suum quis debet non injuriam committere. *Leg.* 1 §. 1 *ff. Quod vi, aut clam.*

Nemini injuriam facere videtur qui suae consulit indemnitati. *Leg. Filio pater ff. de legat.* 1, *leg. Si in meo ff. de aqua pluv. arc.*

Alterius negligentiam ad alienam injuriam referre non debet. *Leg.* 3 *ff. de transact.*

Nullam potest videri injuriam accipere qui semel voluit. *Leg.* 9 §. 1 *de aqua pluv. arc.*

Injuriam non facit qui doli capax non est. *Leg.* 3 §. 1 *ff. de injuriis et fam libell.*

Nulla injuria est quae in volentem fit. *Leg.* 1 §. 5 *ff. eodem.*

Remittens injuriam non dicitur remisisse satisfactionem injuriae. *Abb. in Cap.* 1 *de maledic.*, *Bart. in Leg. Si tibi decem* §. 1 *ff. de pactis.*

Injuria negat quod concedi solet. *Leg. Ait. praetor* 1 §. *meminisse ff. de aqua quotid.*

Injuria est vocare debitorem qui non sit debitor. *Leg. Item.* 15 §. 36 *si communem ff. de injur. et fam. libell.*

Injuria filiae illata, patri facte intelligitur. *Nov.* 143 *Tit.* 25 *de rapt. mulierib.*

Injuria facta comiti videtur fieri socio itineris. *Leg.* 25 §. 20 *Appellare ff. de injur. et fam. libell.*

Injuria procuratori facta nocet domino. *Leg. Non cogendum* 45 §. 2 *ff. de procurator.*

Injuria facta socio socium tangit. *Leg. Cum* 52 *ff. pro socio.*

Injuriae sibi a seipso illatae nemo adversus alium experiri sane potest. *Leg.* 55 *Sticum. ff. ad leg. Aquil.*

Injuria id alterum torqueri non debet, quod pro eo, ejusve causa constitutum. *Leg. quamvis* 6 *ff. de pign. act.*

Injuria non punitur quae effectum non habet. *Leg. Qui possessionem* 17 *ff. de vi, et vi arm.*

Injuriae actio crescit ex persona injuriam patientis, et inferentis. *Leg. Praetor* 7 §. *Atrocem* 7 *ff. de injur. et fam. libell.*

Injuriae actio tollitur pacto, et dissimulatione. *Leg. Auxilium* 37 *ff. de minorib.* 25 *ann.*
Injuriae filio illatae persecutio communis est patris, et filii. *Leg. Filiusfam.* 8 *de procurator.*
Injuriae Viro factae uxor agere non potest. *Leg. Quod* 2 *ff. de injur. et fam. libell.*
Injuriae non tenetur qui nudum consilium dedit. *Leg. Item* 15 §. *convitium* 7 *ff. eod.*
Injuriae non tenetur qui nocentem infamat. *Leg. Eum qui* 18 *ff. eod.*
Injuriam filio factam pater potest remittere. *Leg.* 17 §. *fil. fam.* 11 *ff. eod.*
Injuriam non facit qui jus exequitur. *Leg. Injuriarum* 13 §. *Si quis* 4 *ff. eod., leg. Continet.* 3 §. 1 *quod met. caus.*
Injuriam facit qui invitum de domo sua extrahit. *Leg. Plerique* 18 *ff. de in jus voc.*
Injuriam actio causam doloris agit. *Leg. Licere* 12 *ff. de incend. ruin. naufr.*
Injuriarum actio tollitur pacto, transactione, jurejurando. *Leg. Non solum* 11 §. *Attillicinius* 6 *ff. de in jur. et famos. libell.*
Injuriarum actio agere potest qui prohibetur jure suo uti. *Leg. qui pendentem* 25 *ff. de act. empt. et vendit.*
Injuriarum actio tenetur qui calumniat. *Leg. temporibus.* 1 *ff. de inspic. ventr.*
Tenetur actione injuriarum non modo qui fecit, sed et qui mandavit. *Leg. Non solum* 11 *ff. de injur. et fam. libell.*
Actio injuriarum non tenetur qui per errorem alium quam voluit percussit. *Leg. Illud.* 3 §. *Si quis. ff. eod.*
Injuria fit Judici quando pars ipsum relinquit. *Leg. Litigatores ff. de arbitr., Gloss. penult. in Cap. Placuit.* 11 *q.* 3.
Injuria facta uni de familia omnibus de familia facta videtur. *Bart. in leg. Cum scimus Cod. de agric. et cens., leg. ex Cornelia ff. de injur.*
Injuria non debet nasci unde jura oriuntur. *Leg. Meminerint Cod. Unde vi.*
Injuriam pati potest qui eam facere nequit. *Cap* 2 *Illud.* 15 *dist.*
Injuriarum actio neque haeredi, neque in haeredem datur. *Leg. Injuriarum* 13 *ff. de injur. et famosis libell.*

Injuriarum aestimatio non ad id tempus quo judicatur, sed ad id quo facta est, referri debet. *Leg. Injuriarum* 21 *ff. eod.*

Nec Magistratibus licet aliquid injuriosae facere. *Leg.* 32 *ff. eod.*

INNOCENS — INNOCENTIA

Vid. *Absolutio — Condemnare*

Innocentiam suam quisque purgare cogitur. *Leg. Miles* 5 *Cod. de furtis.*

Creditur innocens donec contrarium non probatur. *Leg. qui rei* 3 §. *de illo ff. de bonis eorum.*

Cavendum ne respectu nocentis innocens patiatur. *Leg. fin. Cod. de his qui latr., leg. pregnantis. ff. de poenis.*

INSTITOR — INSTITORIA

Institor tenetur ex promissione instituti. *Leg. Si procurator* 28 *ff. de procurator.*

Institoris contractu obligatur qui praeposuit, si in eam contrahat in quam praepositum est principaliter. *Leg. Cuicumque* 5 §. *non tantum* 11 *ff. de institor act.*

INSTITUERE — INSTITUTIO — INSTITUTUS

Vid. *Haeres*

Institutus excludit substitutum. *Leg. Si filius* 18 *ff. de condit. instit.*

Institutio blanditiis interpositis facta, non vitiatur. *Leg. Captatorias* 70 *ff. de haered. instit.*

Institutio vitiatur incertitudine. *Leg. In tempus* 62 §. *Quoties* 1 *ff. de haer. inst.*

Institutio praecedere substitutionem debet. *Leg. Ambiguitates* 24 *Cod. de testam.*

Institutio haeredis solo verbo, aut sola poenitentia mutari non potest. *Leg. militis* 37 §. *Veteranus ff. de milit. testam.*

Institutio haeredis est caput testamenti. *Leg. quod* 20 *ff. de jur. Codicill.*

Institutio inutilis non firmatur per utilem. *Leg. Rem.* 1 *Cod. de rei uxor. act.*

Fideicommissum tacite induci posse, non directam institutionem. *Leg. Denique* §. *Interdum ff. de pecul. legat., leg. Haereditas ff. de haered. instit.*

Paria sunt neminem instituere, vel institutum nolle adire. *Leg.* 2 §. *quisquis ff. de vulgar. et pupill. substit.*, *Istit. de haered. quae ab intest. defer. in princ.*

Ab initio institutio inutilis, ex post facto invalescere non potest. *Leg.* 210 *ff. de regul. jur.*

Institutio est nulla quoties erratur in corpore instituti. *Leg. quoties* 9 *ff. de haered. instit.*

Institutio particularis habetur loco legati. *Leg. quoties* 18 *Cod. de haered. instit.*

Institutio ex mera affectione fieri, non metu poenae. *Leg. Illae autem* 7 §. *Sed illud ff. de haered. instit.*

Ignotus potest haeres institui. *Leg. Extraneum Cod. de haered. instit.*

Institui non potest Collegium non approbatum. *Leg.* 8 *Cod. de haered. inst.*

Institutus haeres, et fidecommissarius non censetur fidcicommissarius nisi sit haeres. *Leg. Lucius* 14 *ff. de fideicom. liber.*

Institutio si existat, locum non habet substitutio. *Leg. Servum* 48 §. *Titius* 1 *ff. de vulgar. et pupill. subst.*

Institutio filii non est de solemnitate testamenti. *Leg. Hoc colore* 2 *ff. de inoffic. testam.*

Institutio facta in testamento non nisi alio testamento revocari, et adimi potest. *Leg. haeredes* 21 *ff. qui test. facer. poss.*

Institutionis, et substitutionis jus in unam et eamdem personam concurrere posse. *Leg. Julianus* 15 *ff. de haered. instit.*

Quamdiu locus est institutioni, non est locus substitutioni. *Leg. Si filius* 28 *ubi gloss. verb. si filius. ff. de condit. instit. leg. Quamdiu ff. de reg. jur.*

Institutus in re certa, si nulli alii sunt instituti universaliter, habetur loco haeredis. *Leg. Quoties* 13 *Cod. de haered. instit.*

Institutus tamquam pater qui pater non est, inutiliter censetur institutus. *Leg. Nemo dubitari* 58 *ff. de haered. inst.*

Institutus in re certa vice legatarii est. *Leg. Ex facto* 35 *ff. eod.*

Impossibilitas ratione perplexitatis vitiat institutionem. *Leg. Si titius* 16 *ff. de condit. instit.*

Institutus ut extraneus non rumpit ut filius. *Leg. Filio* 23 *ff. de liber. et posthum.*

INSTRUMENTUM

Vid. *Actum* — *Chirographum* — *Scriptura*

Instrumentum nil aliud probat quam illud quod continetur in eo. *Leg.* 21 *Cod. de probat.*

Contenta in instrumento deperdito, probari possunt per testes. *Cap. Cum olim* 12 *de privileg., leg. Sicut* 5, *et leg.* 11 *Cod. de fide instrum.*

Quod omittitur in instrumento praesumitur non actum inter partes. *Leg.* 21 *Cod. de probat.*

Subtrahens instrumentum incidit in poenam falsi. *Leg. Paulus* 16 *ff. de fals.*

Instrumenta testes superant. *Auth. Coll.* 6 *Nov.* 73 *de Instrum. caut. C.* 1 *si vero.*

Instrumento statur donec contrarium probetur. *Leg. Si filii* 16 *Cod. de donat. int. vir. et uxor, leg. Cum praecibus.* 18 *Cod. de probat.*

Instrumentum originale idem est quod authenticum. *Leg. Si legatum* 2 *ff. de edend.*

Instrumentum non est omnino vitiosum ratione partis. *Leg. Si ex falsis* 42 *Cod. de transact.*

Non vitiatur instrumentum etiamsi testes instrumentarii dicant se non meminisse eorum quae continetur instrumento. *Leg. Convenisse* 2 §. *sed si dubitetur* 6 *ff. de judic.*

Syllabae error non vitiat instrumentum. *Leg. qui habebat* 54 *ff. de manumis. testam.*

Instrumento dotis non plene probari matrimonium. *Leg. In concubinatu* 3 *ff. de concub*

INTEGER

Vid. *Haeres* — *Mandatum* — *Minor* — *Restitutio*

Integra res esse dicitur, neque judicatum, neque de ea transactum. *Leg. Filiae* 18 *Cod. Famil. ercisc.*

Integrum tempus restituendo aedificio locatori datur quod eis faciendo datum fuerat. *Leg. Et ideo* 15 *ff. de verbor. oblig.*

INTELLECTUS

Vid. *Homo*

Intellectus absurdus est vitandus. *Leg. Nam absurdum ff. de bon. damnat.*, *leg.* 1 §. *unde quaeritur ff. de publ. in rem actio*, *leg. Observare* §. *fin. ff. de offic. procons.*, *cap. quaemadmodum de jurejurando*, *cap. Cum inter. de exceptionib.*, *cap. dudum de praebend. in* 6.

INTENTIO

Vid. *Mens — Propositum — Voluntas.*

Quidquid agunt homines, intentio judicat omnes. *Leg.* 1 *Cod. ad leg. Cornel. di Sycar.*

Effectus contingens praeter intentionem agentis non consideratur. *Leg. Qui foveas*, *et leg. Si putator ff. ad leg. Aquil.*, *leg.* 2 *in fin. ff. de condit. et demostr.*

Malus eventus bonae intentioni minime imputatur. *Cap. de occidendo* 23 *quaest.* 5, *Cap. Illa* 15 *quaest.* 1.

Qualitas actus agentis intentionem demonstrat. *Leg. Non codicillum Cod. de testam.*

Actus sequens praecedentem intentionem declarat. §. *Pavonum Istit. de rer. division.*, *leg. Sed Julianus* §. *proinde ff. ad S. C. Macedonian.*

In omnibus ab animo dependentibus magis attenditur intentio, quam factum. *Leg. Etiam* §. 1 *ff. solut. matrim.*, *leg.* 1 §. *Divus ff. ad leg. Corn. de Sicar.*

Ubicumque aliquid potest fieri duplici intentione, probatur intentio per sacramentum. *Bald. in leg. Atqui natura* §. *Cum me absente ff. de negot. gest.*

Intentio virtualis seu tacita, et actualis sive expressa aequiparantur. *Cap. Quaemadmodum* 24 *de jurejur.*, *leg. Cum quid* 3 *ff. si cert. petat.*

Ex fine desumenda est intentio auctoris. *Leg. Cum aurum* §. *perveniamus ff. de aur. et arg. legat.*, *leg. fin. ff. de haered. instit.*

Ex principio colligitur intentio disponentis. *Leg. fin. ff. de haered. instit.*

Quando constat de intentione constituentis, non curamus de verbis. *Cap. Petitio de Procurator.*

Intentionis suae fundamentum quilibet probare tenetur. *Leg. Actor. Cod. de probat*, *leg. Qui accusare Cod. de edendo.*

Intentionem suam qui non probat, dicitur carere jure. *Leg. Argentarius §. cum autem ff. de edendo.*
Intentio cordis exprimitur voce. *Leg.* 8 *ff. de Justit. et Jur.*

INTERDICTIO — INTERDICTUM

Vid. *Prodigus.*
Interdictum eclesiasticum etiam speciale non includit coemeterium, et Sacella, nisi quando sunt contigua. *Cap. Si Civitas* 17 *de Sent. in* 6.
Ejus cui bonis interdictum sit nulla voluntas est. *Leg.* 40 *ff. de reg. jur.*
Mulieri quae luxuriose vivit bonis interdici potest. *Leg.* 15 *ff. de curat. furios.*
Is cui bonis est interdictum potest sibi acquiri, non autem obligari etiam naturaliter. *Leg. Is cui bonis* 6 *ff. de verb. oblig.*
Interdicto bonis aufertur libera testandi facultas. *Leg. Et Mulieri* 15 *ff. de curator. furios.*

INTERESSE

Interesse est damnum emergens, est lucrum amissum. *Leg. Si commissa* 13 *ff. rem rat. hab.*
Contra morosus consideratur interesse quanti plurimi fuerit a tempore morae. *Leg.* 11 *ff. de rejud.*
Interesse cessante, non auditur agens. *Leg. Si unus. §. ante omnia ff. de pactis.*

INTEREST

Vid. *Publice interest.*

INTERPELLARE

Vid. *Debitor — Evictio — Mora.*
Interpellari non debet qui scit se promississe. *Leg. Ita stipulatus* 115 *ff. de verb. oblig.*
Interpellat officium pro homine. *Leg. Monente* 2 *Cod. de delator.*

Interpellat pro homine tempus. *Leg. Dies cautioni* 5 §. 8 *ff. de damn. infect.*

Interpellatio quae non constituit principalem in mora, non nocet fidejussori. *Leg. Si pupillus* 127 *ff. de verb. oblig.*

INTERPRETARE — INTERPRETATIO

Vid. *Actus — Lex — Probatio — Testator.*

Interpretatione congrua uti debemus. *Leg.* 39 *ff. de pactis.*

Ambigua conventio interpretatur contra eum pro quo profertur. *Leg.* 39 *ff. de pactis.*

Interpretatio libelli obscuri non transit ad haeredem. *Leg. Idem* 5 §. *Si plures ubi gloss. in verb. appareat ff. de rei vindicat.*

Optima est legum interpres consuetudo. *Leg.* 37 *ff. de legibus.*

Interpretatio plena fit in contractibus, plenior in testamentis, in rescriptis autem plenissima. *Leg.* 1. 2 *et* 3 *ff. de constit. princip.*

Numquam capienda est illa interpretatio, quae iniquitatem continet. *Leg. In hiis ff. de condit. et demostr.*

Interpretatione legis opus est quoties occurrit verbum dubitabile. *Leg. Et ideo* 11 *ff. de legib.*

Interpretative utitur meo nomine, qui censetur uti meo nomine, licet re ipsa meo nomine non utamur. *Leg. Non utitur* 38 *ff. de usufruct.*

Interpretari suam orationem non licet stipulatori. *Leg. Si quis* 66 *ff. de jud.*

Interpretandi potestatem habens, non potest nisi semel interpretari. *Leg. Quidquid* 90 *ff. de verb. oblig.*

Interpretari largè principum rescripta debemus. *Leg. Praesens* 3 *ff. de offic. praesid.*

Interpretatio contractus fit contra proferentem. *Leg. In ambiguis* 96 *ff. de reg. jur.*, *leg. Cum manu* 30 *ff. de contrah. empt.*, *leg. Alienationis* 20 *ff. de verb. sign.*

Dura interpretatio legis reprobatur. *Leg. Si servus* 2 §. *solet.* 1 *ff. de custod. reor.*

Interpretatio legum ea esse debet, ut sensus vitiosus rejiciatur. *Leg.* 4 §. 2 *ff. de aqua et aq. pluv. arcend.*

Legis interpretatio quaerenda. *Leg. Et ideo* 11 *ff. de legib.*

Interpretatio debet esse probabilis, et consueta. *Leg. A fratris* 127 *ff. de legat.* 1.

Interpretatio semper ea nobis quaerenda est ut non actns pereat. *Leg. Si ita* 51 *ff. de legat.* 2.

Interpretatio sumitur ex affectione. *Leg. Rapienda* 128 *ff. de regul. jur.*

Interpretatio sumenda ex vi verbi. *Leg. Posthumi* 3 §. *posthumo* 1 *ff. de injust. irrit. fact. test.*

Interpretatio plenissima vitanda est si per eam redditnr scriptnm inntile. *Leg. Saepe* 8 *ff. de offic. praef.*

Interpretatione poenae legum molliendae. *Leg. Interpretatione* 42 *ff. de poenis.*

Interpretari, id est apertius exponere. *Leg. Necessarium* 2 §. *exactis. ubi gloss. in verb. interpretarentur ff. de orig. jur.*

Interpretatione juris, factum unius alteri interdum tribuitur. *Leg. Quod servus* 24 *ff. de acquir. possess.*

Interpretatione benigna, testamenta snnt adjuvanda. *Leg. Gallus* 19 *ff. de liber. et posthum.*

Repugnans interpretatio est vitanda. *Leg. Per.* 14 *ff. de usu et habit.*

Ad interpretationem alicujns materiae, non est illotis manibus, et omissis initiis accedendum. *Leg.* 1 *in fin. ff. de orig. jur.*

Verba secundum naturam actus interpretantur. *Leg. Si uno in princ. ff. Locati, leg. Insulam ff. de praescript. verb.*

Verba dubia contra loquentem interpretantur. *Leg. Veteribus ff. de pactis, leg. Labeo ff. de contrah. empt.*

Verba quae possunt dupliciter intelligi, debent in hnmaniorem partem interpretari. *Leg. fin. ubi Bald. Cod. de communi servo manumiss.*

Libellum obscurum pro libellante interpretari. *Leg. Si quis intentione ff. de judic., Cap. in praesentia extra. de probat.*

Facti interpretatio, plerumque etiam prudentissimos fallit. *Leg.* 2 *ff. de jur. et fact. ignor.*

In penalibns causis benignins interpretandum. *Leg.* 155 §. 2 *ff. de reg. jur.*, *Regul.* 49 *de regul. jur. in* 6.

Semper in dubiis, et obscuris benignior interpretatio est fienda. *Leg. Semper in oscuris, ff. de reg. jur., leg. Arianus ff. de act. et oblig., leg. Absentem ff. de poenis, leg. Merito ff. pro Socio.*

Fienda est interpretatio, ut actus potius valeat, quam pereat. *Leg. Quoties ff. de reb. dub.*, *leg. Quoties ff. de verb. oblig.*, *leg. Cum hic status* §. *poenitentiam*, *vers. quod si in obscuro ff. de donat int. vir. et ux.*, *leg. Divus in pr. ff. de usu*, *et habat.*

In beneficiis plenissima est interpetratio facienda. *Cap. Quia circa. de privil.*

Interpretari actum ejus est, cujus est condere, seu illum facere. *Leg. Non ambigitur ff. de legib.*, *leg. Si imperialis Majestas.*, *et leg. Leges sacratissimae Cod. de legib.*, *Cap. Cum venissent. de judic.*, *Cap. Inter alia. De sentent. excomun.*

Interpretationis ea lex est, ut singula singulis reddantur. *Leg. Generaliter.* 12 *Cod. de reb. cred.*

Interpretationis officium est apertum facere quod obscurum est. *Leg. In omni* 2 *ff. de jur. et fact. ignor.*

Interpretatio facienda est, ne dispositio fiat elusoria. *Leg.* 3 *ff. de milit. testam.*, *leg. Si quando ff. de legat.* 1.

Dubia, in meliorem partem interpretari debent. *Cap.* 2 *de Reg. jur.*

Interpretamur voluntatem defuncti ex ejus consuetudine loquendi. *Leg. Qui lancem* 31 *ff. de aur. et arg. legat.*

Plenius interpretamur testamenta quam contractus. *Leg. In testamentis* 12 *ff. de reg. jur.*

Interpretantur pacta contra proferentem. *Leg. Labeo* 21 *ff. de contr. empt.*, *leg. In ambiguis* 96 *ff. de reg. jur.*

Interpretationem largiorem sumimus pro comuni utilitate. *Leg. Et an.* 14 §. 1 *ff. de except. rei judic.*

Contra eum qui legem dicere potuit apertius est interpretatio facienda. *Reg.* 57 *de reg. jur. in* 6.

INTERROGARE

Vid. *Respondere — Reus.*

De sua, non de aliena coscientia quisquis est interrogandus. *Leg. fin. Cod. de accusat.*

Qui sine interrogatione respondit, pro interrogato habetur. *Leg.* 9 *ff. de interrog. act.*

Interrogatio nonnumquam habet vim negationis. *Leg. rogo* 21 *ff. de fideicommiss. libertat*; *leg. Si gratuitam* 17 *ff. de praescript. verb.*, *leg. Qui* 6 *ff. si usufr. pet.*

Interrogationibus quarum contrarium asserit, nemo respondere cogitur. *Leg. Si a te* 9 *ff. de except. rei judic.*

Interrogatoria actio datur, quae ex responso datur. *Leg. Voluit* 4 *ff. de interrog. act.*

Interrogato dandum est tempus ad deliberandum. *Leg. Qui interrogatur* 5 *ff. eod.*

Ubicumque judicem aequitas moverit, aeque oportere fieri interrogationem, dubium non est. *Leg. Ubicumque* 22 *ff. eod.*

INTERVALLUM

Intervallum modicum non inducit diversitatem actum. *Leg. Generali* 34 *ff. de rit. nupt.*

Intervallum modicum pro non intervallo habetur. *Leg. In duobus* 3 *ff. de duobus reis.*

INTESTATUS

Vid. *Haereditas — Infamia — Testatus*

Quamdiu potest ex testamento adiri haereditas, ab intestato non defertur. *Leg.* 39 *ff. de acquir, vel omitt. haered., leg.* 89 *alias.* 90 *ff. de reg. jur., leg.* 3 *et leg.* 7 *ff. de impuber. et aliis substit*; *leg.* 8 *Cod. Commun. de success.*

Nemo potest pro parte testatus, pro parte intestatus decedere. *Leg. Jus nostrum* 7 *ff. de regul. jur*; §. 5 *Instit. de haered. instit.*

Miles pro parte testatus, pro parte intestatus decedere potest. *Leg. Penult. ff. de castrens. pecul.*

Nullo existente testamento, vel eo infirmato, locum habet successio ab intestato. *Leg.* 39 *ff. de aquir. haered.*, §. 6 *Institut. per quas person. cuiq. adquir*; *leg.* 1 *ff. de suis et legit. haered.*

Intestatus est non tantum qui testamentum non fecit, sed etiam cujus ex testamento haereditas adita non est. *Leg.* 64 *ff. de verb. signif., leg.* 1 *ff. de suis et legitim. haered.*

Intestati proprie appellantur qui cum possent testamentum facere, testati non sunt. *Leg.* 1 *in pr. ff. de suis et legit. haered.*

Qui testari non potuit, dicitur intestatus. *Leg. eod.*

Qui ab hostibus captus est, pro intestato accipere debemus. *Leg.* 1 *ff. de suis et legit. haered*; *leg.* 3 §. 1 *ff. de verbor. signif.*

INUNDATIO

Vid. *Flumen*

Inundatio speciem fundi non mutat. *Leg.* 7 §. 6 *ff. de acquir. rer. dom.*

Inundatio temporalis jus non mutat. *Leg. Aristo* 10 *ff. de rer. divis.*

Inundatione amittitur possessio. *Leg. Si ager.* 23 *ff. quib. mod. usufr.*

Inundatum, et deperditum paria. *Leg. Cum unus* 12 §. 1 *ff. de reb. auth. jud. poss.*

INUTILIS

Vid. *Institutio — Stipulatio — Utilis*

Paria sunt non habere, vel habere inutilem. *Cap. Inter corporalia* §. *sicut. de translat. Episcop.*, *Gloss. in leg. final. Cod. de plagiar.*

Quod ab initio inutile est, ex eventu non confirmatur. *Leg. Si tutoris ff. quod jussu*, *leg. Si tibi* 17 §. 1 *ff. de pactis.*

Paria sunt non dare, vel dare inutile. *Leg. Quamvis* §. *si convenerit ff. ad S. C. Vellej.*

Inutile in jure nihil est. *In Proem. Dig.* §. *Alterutri glos.* 1.

Inutile cedit utili. *Leg. Si duo* 5 *ff. quib. ad liber.*

Inutilis adjectio vitiatur, et non vitiat. *Leg. Actus* 77 *ff. de regul. jur.*

Inutilis actio vitiatur, et non vitiat. *Leg. Si fundo* 1 *ff. si usufr. petat.*

Inutile quod est alicui, nec defensori ejus competit. *Leg. Et haeredi* 21 §. *nos ff. de pactis.*

Quod est inutile vitiatur, non utile. *Leg. Placuit* 29 *ff. de usuris etc.*

INVALIDUS

Vid. *Nullum.*

Actus invalidus, et nullus aequiparatur. *Leg. Si aut nullum. Cod. de legit. haered.*

Invalida non sunt in consideratione, et aliquid non operantur. *Leg.* 4 §. *Condemnatum ff. de re jud; leg. Non putavit* §. *Non quaevis ff. de bon. possess. contr. tab.*, *leg. quoties ff. qui satisd. cog.*

Invalidum ab initio, ex post facto non convalescit. *Tit.* 16 *Si de feudo defunct.* §. *Si quis.* 4 *de Feudor. Consuet.*

INVENTARIUM

Vid. *Haereditas*

Inventarium potest etiam non uno contextu fieri. *Cap. Hinc.* 2 *tit.* 1 *de haered. et falcid. lib. Auth.*

Inventarium bonorum pupilli a tutore fieri debet. *Leg. Omnia* 1 §. 7 *ff. de offic. praef. urb.*

Inventarii confectio remitti non potest a testatore. *Leg. Tutor* 3 *ff. de suspect. tut. vel. curat.*

Inventario facto, non confunduntur actiones haeredis et defuncti. *Leg. In Imponenda* 6 *Cod. ad. leg. Falcid.*

INVIDIA

Invidia frequens inter pares. *Leg. Item.* 14 §. 13 *ff. quod met. caus.*

Invidia inter fratres tollenda. *Leg. Cum* 77 *ff. de leg. et fideicom.* 2.

INVITUS

Vid. *Agere — Obligare — Solvere*

Invitus rem propriam distraere nemo ex conventione compellitur. *Leg.* 11 *et leg.* 13 *Cod. de contrah. empt.*

Invitis nobis ras nostras, nemo retinere potest. *Leg. Quoties* 29 *ff. de contr. empt.*

Invito officium publicum deferri potest. *Leg. Si quis solidum* 72 *ff. de haered. instit.*

Invitus beneficium non datur. *Leg. Praeterea* 3 *ff. mandati.*

Invitus compelli non potest ad agendum. *Leg. Praetor.* 2 §. *item Labeo* 28 *ff. ne quid in loco publ.*

Invitus nemo cogitur alieni debitoris nomine in solutum accipere. *Leg. Eleganter* 7 §. 8 *ff. de dolo.*

Invitus in communionem cadere nemo cogi debet. *Leg. Fundus* 64 *ff. de contrah. empt.*

Invitus est is potius qui ignorat, quam qui non consentit. *Leg. In eo jure* 45 §. *plane* 3 *ff. de ritu nupt.*
Parens invitus emancipare non cogitur. *Leg. Inviti filii* 11 *ff. de his qui sui etc.*
Inviti liberi non emancipantur. *Leg. ead.*
Inviti et ignorantis conditionem meliorem facere possumus. *Leg. Solvendo* 39 *ff. de neg. gest.*
Invito principali debitore, fidejussor liberari potest. *Leg. Si stipulatus* 11 *ff. de fidejuss. et mand.*
Invito quod injungi non potest, ab eodem sponte potest suscipi. *Leg. Aestimationem* 16 *ff. de muner et honor.*

INVOLUNTARIUM

Vid. *Actus — Voluntas*
Quidquid fit occasione alicujus involuntarie, involuntarium dicitur. *Leg. Qui levandae ff. ad leg. Rhod. de jact.*

IRONIA

Ironicae pronunciata nihil operantur. *Leg. Scio* 61 *ff. de manumiss. testam.*

ITER

Vid. *Via.*
Iter interdum pro via accipitur. *Leg. In usu* 158 *de verb. signif.*
Iter non est pars actus. *Leg. Qui usumfructum* 5 *ff. de verb. oblig.*
Iter habere minus, quam viam habere. *Leg. Praetor* 2 §. *Si tamen.* 18 *ff. ne quid in loc. publ.*
Iter usufructuarii fundi causa petere usufructuarius potest. *Leg. Si fundo* 1 *ff. si usufr. pet.*
Iter, et actus diversae sunt servitutes. *Leg. Loci* 4 *ff. si servit. vendic.*
Iter res est individua. *Leg. Si sponsus* 5 §. *concessa* 8 *ff. de donat. int. vir. et uxor.*
Itineris ratione longum tempus judex indulget. *Leg.* 13 *ff. de excusat.*

JACTARE

Nemo praesumitur jactare suum. *Leg. Cum de indebito ff. de probationib.*

JOCOSE

Vid. *Actus — Baptismus.*
Jocose dictum non meretur poenam, nisi sit contra fidem. *Leg. Sicut semel Cod. de liber. caus.*
Jocose facta promissio non obligat. *Leg.* 3 *ff. de servo corrupt.*

JUDAEUS

Vid. *Excommunicatio — Immunitas.*
Judaeus actor, vel reus forum sequitur Christianum. *Leg. Si qua* 14 *Cod. de Judaeis.*
In die Sabati, et aliis Festivitatibus judaeorum, ipsi non possunt conveniri, nec alios convenire. *Leg. Die* 12 *Cod. eod.*
Christiani cum Judaeis non possunt matrimonium contrahere. *Leg. Ne quis* 5 *Cod. eod.*
Judaeus non potest esse testis contra Christianum. *Leg. Quam multi. Cod. de heretic*, *Clem.* 1 *de Judaeis.*, *Cap. Judaeis. de testib.*
Judaeus judaeo nihil objicit. *Leg. Quidam* 7 *ff. Si quis ommiss. caus. test.*

JUDEX — JUDICARE — JUDICATUM

Vid. *Arbiter — Delictum — Injuria — Jurisdictio — Lex — Res — Judicatum — Judicium*
Judex qui non facit quod non debet, punitur. *Leg. Non quidquid* §. *judex ff. de judic.*
Supplet judex in eo quod legi deest. *Leg. Quia ff. de praescript. verb.*
Judicis aucthoritas non contemnenda. *Leg. Si quis* §. *praetoris ff. de judic.*
Judicis dignitas tuenda est. *Leg.* 1 *in pr. ff. de postuland.*
Judicis negligentia, et dolus damnatur. *Leg. Sed et si* §. *ait praetor. ff. de ex quib. caus. man.*
Judicis officium est lites minuere. *Leg. Quidam ff. si cert. pet.*
Judicis officium evanescit, si judicio pendente partes concordant. *Leg. Arbitro* 58 *ff. famil. erciscund.*

Judicem fallere impune non licet. *Leg. Debuit* 17 *ff. de his qui not. infam.*
Judex potest repellere infamem ab officio advocati. *Leg.* 1 *ff. de offic. Assess. ubi gloss.*
Judicandi peritiam potest habere illetteratus. *Leg.* 1 §. 2 *ubi gloss. in verbo expondere ff. de postul.*
Judicare publicum munus est. *Leg. Quippe ff. de judic.*
Judex authoritatem dignitatis augere debet. *Leg. Observandum ff. de offic. praesid.*
Judex boni, et innocentis viri officio fungi debet. *Leg.* 4 *ff. famil. ercisc.*
Judex bonum, et aequum considerare debet. *Leg.* 2 §. *si quis in fin. ff. si quis caus.*
Judex curare debet ne imbecilles a potentioribus opprimantur. *Leg. Nec quicquam* §. *observare ff. de offic. procons.*
Judex debet agere clementer cum reo. *Leg. Si cum ex* §. 1 *ff. quod met. caus.*
Judex consultare debet in re dubia. *Leg. Divus, ubi gloss. in verb. consules ff. de offic. praesid.*
Judex debet gerere curam improbitatis reprimendae. *Leg.* 3 §. *miratur. ff. naut. caup. stabul.*
Judex non debet recedere a jure scripto propter aequitatem non scriptam. *Leg. Inter* 1 *Cod. de legib. et constitut.*
Indicatur in dubio pro reo. *Leg. Nulli* 10 *ff. de judic.*
Judex debet judicare cum consilio sapientum. *Leg. Solet.* §. *Legatos ubi gloss. in verb. respondere ff. de offic. procons.*
Judex debet patienter audire advucatos. *Leg. Nequiquam* §. *circa ff. eod.*
Judex debet personaliter accedere ad locum quando expedit. *Leg. Si irruptione* 8 §. *ad officium. ff. finium regund.*
Judex malis hominibus provinciam purgare debet. *Leg. Praeses. ff. de offic. pruesid.*
Judex debet ratum habere quod utiliter gestum est. *Leg. Pomponius* 10 §. *sed eo. ff. de negot. gest.*
Judex aequus esse debet. *Leg. Si procuratore* §. *si hi. ff. mandant.*
Judex aequitatem ante oculos habere debet. *Leg. Quod si in fin. ff. de eo quod cert. loc.*
Judex excandescere non debet advesus eos quos malos putat. *Leg. Observandum ff. offic. rpraesid.*

Judex ex causa potest prorogare dilationem. *Leg. Interdum. ff. de judic.*

Judex in dubio debet esse proclivis in benigniorem partem. *Leg. Cum hic. §. sed ubi ff. de donat. int. vir. et uxor.*

Judex in sententia debet habere animum definiendi, nec debet fatue loqui. *Leg. Dicere, ubi gloss. ff. de arbitr.*

Judex judicem dare se non potest. *Leg. fin. ubi gloss. ff. de offic. praetor.*

Judex non debet admittere impertinentes articulos. *Leg. Si duo §. idem. ff. de jurejur.*

Judex non debet fatue loqui. *Leg. Dicere ff. de arbitr.*

Judex non intromittit se de his quae ex natura actionis non veniunt. *Leg. Ut fundus. ff. commun. divid.*

Judicatur frustra super jam judicato. *Leg. Illud.* 1 *ff. quae sent. sine appell. rescind.*

Judex extra territorium suae jurisdictionis nullum habet imperium. *Leg. fin. ff. de jur. omn. jud., Cap. fin. de for. compet., Clem. Pastoralis. de re jud.*

Judex debet judicare secundum allegata, et probata. *Leg. Illicitas §. veritas. ff. de offic. praesid., Cap. Pastoralis. §. quia vero. de offic. deleg.*

Nihil tam grave et periculosum, quam litigare sub judice suspecto. *Cap. Quod suspecti* 3. *q.* 5., *Cap.* 2 *in fin. de Appellat., leg. Apertissimi Cod. de judic.*

Super non petitis, judex non dicitur cedere. *Leg.* 4 *§. hoc autem judicium. ff. de damno infecto, leg. Stipulatio §. habet ff. de nov. oper. nunc., leg. Cum quis. in pr. ff. de solut.*

Judex mutare suam sententiam non potest. *Leg. Qui damnare* 3 *ff. de re jud.*

Judex factum supplere non debet, sed ex allegatis probare. *Leg. Filius* 58 *ff. de haered. pet.*

Judicandi munus necessarium est. *Leg. fin. §. judicando ff. de mun. et hon., leg. Sancimus Cod. de adv. diver. judic.*

Paria sunt judicem, (qoad ejus poenam) corrumpi praecibus, vel paecunia. *Leg. fin. et ibi Bart. Cod. de paena jud. qui etc.*

Extra territorium, jus dicenti non paretur impune. *Cap. fin. de Constit. in* 6, *leg.* 20 *ff. de jur. omn. jud.*

Nemo sibi jus dicere debet, quia in re propria iniquum est judicare. *Leg. Unica Cod. ne quis in sua etc.*

Neque severitas, neque clementiae gloria judex affectare debet. *Leg. Respiciendum ff. de poenis.*
Res inter alios judicatae, aliis non praejudicant. *Leg. Saepe ff. de re judic.*
Incivile est nisi tota lege perspecta, aliquid judicare, vel respondere. *Leg. Incivile ff. de legib.*
Non exemplis, sed legibus judicandum est. *Leg.* 13 *Cod. de Sentent.*
Quod legibus omissum est, non omittetur religione judicantis. *Leg.* 13 *ff. de testib.*
Supplet Praetor, quod legi deest. *Leg.* 11 *ff. de praescript. verb.*
Judex supplere debet quae desunt advocatis. *Tot. tit. Cod. Ut qui desunt advoc.*
Judicatum in praesentes tenet. *Leg.* 47 *ff. de re judic.*
Judex non debet esse clementior lege. *Authent. de judic.* §. *oportet.*, *leg. Respiciendum ff. de poenis.*
Judex laicus non potest cognoscere de causis spiritualibus. *Cap. Decernimus*, *et Cap. Quanto. de judic.*, *leg. Omni novatione. Cod. de Sacr san. Ecles.*
Judex inquirere potest ex officio absque denunciatione, et quaerela. *Cap.* 1 *de offic. ordin.*
Judicis factum reputatur, qui ultra petita judicat. *Leg. Ult. Cod. de fideicomm. libert.*, *leg. Ut fundus ff. Comm. divid.*
Antequam examinentur, aliqui non judicentur. *Cap. Eorum. Caus.* 11 *quaest.* 3.
Pro judice jura semper praesumuntur. *Leg.* 1 *in fin. ff. de offic. Praesid.*, *leg.* 2 §. *publicanus ff. de vi bon. rapt.*, *leg. Nimis. Cod. de acquir poss.*, *Cap. In praesentia. de renunc.*
Judex sibi ipsi nemo esse potest. *Leg. Hoc interdictum* 1 §. 1 *ff. quor. legat.*, *leg. Si quis* 5 *ff. de judic.*, *leg. Julianus ait* 17 *ff. eod.*, *leg. Si de re* 51 *ff. de recept. arbitr.*
Judici non adversario facienda fides. *Leg. Quingenta. ff. de probat. ubi gloss.*
Judicem contemnere videtur qui respondere non vult. *Leg. De aetate* §. *qui tacuit ff. de inter act.*
Judicem corrumpere videtur, qui ei qui dat, ut secundum se judicet. *Leg.* 2 §. *sed et si. ff. de cond. ob turp. caus.*
Judicem oportet revereri. *Leg.* 1 §. *casum ff. de postul.*

Iniquum est aliquae suae rei judicem fieri. *Leg. Julianus ait. ff. de judic.*

Judice sub subspecto, grave est litigare. *Leg.* 2 *ubi gloss. in verb. sciatur in fine ff. Si quis in jus. vocat.*

Judices sunt gubernatores judiciorum. *ff. in proem.* §. *discipuli.*

Judicare periculosum est. *Leg. Rem* 14 *ff. de judic.*

Judex ex officio supplere potest in jure, non in facto. *Leg. Unic. Cod. Ut qui desunt advocat.*

Nemo est judex in causa propria. *Leg. Unic. Cod. ne quis in sua caus.*

Dilatione pendente, Judicis officium conquiescit. *Leg. Sive pars.* 3 *Cod. de dilationib.*

Die Dominico debent Judices quiescere. *Leg. Omnes* 3, *et leg. Dies* 10 *Cod. de Feriis.*

Judex incompetens potest fieri competens partium prorogatione. *Leg.* 1 *Cod. de jurisd. omn. jud.*

Judex debet omnem speciem probationis admittere. *Leg. Judicia* 19 *Cod. de rei vind.*

Judex debet audire, et examinare, non fulminare. *Leg. Judex* 5 *Cod. Comm. epist. progr. jud. non deb.*

Incivile est nisi tota lege perspecta, una aliqua particula ei proposita, judicare. *Leg.* 24 *ff. de legib.*

Non est necessarium ministerium judicis, ubi lex ipso jure producit effectum. *Leg.* 2 *Cod. In quib. caus in integr. rest.*

Judex excedere non potest formam petitionis. *Leg. Ut fundus* 18 *ff. comm. divid.*

Excedere fines petitionis judex non debet. *Leg. Quid ergo* 13 §. 7 *ff. de procur.*

Judex excedere non debet fines suae commissionis *Leg. Et puto* 16 §. *Julianus* 1 *ff. famil. ercisc.*

Judex revocare sententiam suam definitivam non potest. *Leg. Ab executore* 4 §. *Sed ab eo* 1 *ff. de appellat.*

JUDICIUM

Vid. *Causa* — *Judex* — *Judicare* — *Judicatus.*

Judicium ubi coeptum est, ibi finiri debet. *Leg. Ibi coeptum ff. de judic.*, *Gloss. in Cap. Proposuisti de for. compet*, *leg. Cum quaedam ff. de jurisd. omn. jud.*

Judiciis quasi contrahitur. *Leg.* 3 §. *idem scribit ff. de pecul.*, *leg.* 2 *ff. de praetor. stipul.*

Judicium semel extinctum, amplius reviviscere non potest. *Leg. qui rem* §. *aream ff. de solution*; *leg. Ejus qui* §. *fin. ff. de jur. fisci.*

Judicium idem est de toto quoad totum, et de parte quoad partem. *Leg. Quae de tota. ff. de rei vind*; *leg. A Titio ff. de verbor. oblig.*, *leg. Jurisgentium* §. *adeo ff. de pactis, cap. Pastoralis* §. 1 *ubi gloss. verb. citationis. de offic. delegat.*

In judiciis non quid asserit, sed quid probatur, inspiciendum est. *Leg. Si quis in gravi* 3 §. *si quis moriens ff. ad S. C. Sillan*; *et Gloss. in leg. Jure, et in leg. Mater. Cod. de calumn.*

Temerarium judicium, nihil nocet. *Cap. Temerarium* 11 *quaest.* 3, *Cap. quid obest. loc. cit.*

Justum judicium, vendi non potest. *Cap. Non licet. caus.* 11 *quaest.* 3.

Humanum judicium, pervertire non debet. *Cap. Quatuor*, *et Cap. quicumque Caus.* 11 *quaest.* 3.

Viribus caret judicium injuste prolatum. *Cap. Injustum* 89 *caus.* 11 *quaest.* 3.

Ultra id quod in judicio deductum est, excedere potestas judicis non potest. *Leg.* 18 *ff. comm. divid.*

Judicium incipit a citatione. *Leg.* 1 *ubi gloss. ff. de in jus vocand.*

In uno, et eodem judicio plures actiones cumulari potest. *Leg.* 10 §. *Si quis ff. de appellat. et relat.*, *leg.* 3 *ff. de edend.*, *Cap. Cum dilectus extra de caus. possess. et propriet.*

In judicii primordio ampliare, aut restringere potest actionem. *Leg. Edita* 3 *Cod. de edendo.*

Si pendente judicio expirat jus agentis, expirat judicium. *Leg. Si Mulier* 20 *ff. solut matrimon.*

Judicia civilia non sunt delicta. *Leg.* 39 *ff. de jud.*, *leg.* 78 §. 1 *ff. de legat.* 2, *leg.* 1 §. 1 *ff. de vacat. muner.*

Judicium non est de futuris. *Leg. In lege* 41 *ubi gloss. in verbo docebo in fin. ff. ad leg. Aquil.*

Judiciorum eventus incertus est. *Leg.* 1 *ubi gloss. verb. dicentur. ff. de dolo malo.*

Confessio facta in judicio, praesumitur sponte facta, non per vim. *Leg.*, *ubi gloss. penult. ff. de interrog. act.*

Vid. *Confessio*

Juramentum habet vim novationis. *Leg. Qui jurasse §. fin. ff. de jurejur.*

Juramentum regulatur secundum naturam contractus cui adjicitur. *Leg. fin. Cod. de non num. pecun.*

Juramentum semper intelligitur, salvo praecepto superioris. *Leg. fin. ff. ad Municip., leg. quod jussu ff. de reg. jur.*

Juramentum remittitur de consensu partium. *Gloss. in leg. Jurijurandi Cod. de testib.*

Juramentum fidelitatis praestatur etiam ventri. *Bald. in leg. penult. ff. de stat. hom.*

Juramentum in contractis reprobatis, non tenet. *Leg. Non dubium ff. de pactis, leg. Jurisgentium §. Et generaliter Cod. de nupt., Auth. quod eis. Not. in leg. fin. Cod. de non numer. pecun., leg. Si quis inquilinos. §. fin. ff. de legat. 1, leg. Adigere ff. de jur. patr.*

Juramentum firmat actum super quo interponitur, ut melius valeat, quo valere possit. *Leg. Cum pater §. filius matrem ff. de legat. 2.*

Juramentum suppletorium non defertur sine semiplena probatione. *Leg. In bonae fidei Cod. de reb. credit; leg. Admonendi ff. de jurejur., leg. Manifestae ff. eod.*

Juramentum semper est servandum, quando servari potest sine interitu salutis aeternae. *Cap. Cum contingat. extr. de jurejur., Cap. licet mulieres, de jurejur. in 6., leg. Si quis major. Cod. de trans., Auth. Sacramenta puberum Cod. Si adver. ven. etc.*

Juramentum praestitum die feriato, non valet. *Cap. 1 extr. de feriis.*

Ubicumque aliquid potest fieri duplici intentione, probatur intentio per sacramentum. *Bald. in leg. Atqui natura. §. Cum me absente ff. de negot. gest.*

In consistentibus in animo, statur assertioni alicujus cum juramento. *Gloss. in §. aliae. Istit. de actionib.*

Juramentum habet vim expressi. *Bald. in Leg. 1 Cod. Commodati.*

Jusjurandum speciem transactionis continet. *Leg. 2 ff. de jurejur.*

Juramentum habet vim rei judicatae. *Leg.* 1 *ff. quae res pign. dat.*, *leg.* 2 *ff. de jurejuran.*, *leg.* 8 *Cod. de reb. cred. et jurej.*

Iniquum est de alieno facto, alium jurare. *Leg.* 11 §. 2 *ff. de act. rer. amotar.*

Juramentum habet executionem paratam. *Leg. Potest rem. ff. de re judic.*, *Bart. in leg.* 2 *in fin. ff. de jurejurand.*

Juramentum debet impleri in forma specifica. *Cap. Ad nostram il* 1 *De jurejur.*

Juramentum vinculum iniquitatis esse non debet. *Cap. Cum contingat. De jurejur.*, *leg. Si unus.* §. *illud. ff. de pactis.*

Reus cui juramentum defertur, tenetur jurare, aut referre, aut solvere. *Leg. Delata* 9 *Cod. de reb. cred. et de jurejur.*

Post rem judicatam, vel jurejurando decisam, nihil quaeritur. *Leg.* 16 *ff. de rejudicat.*

Jurare recusans, habetur pro convincto. *Nov.* 124 *Tit.* 7 *de litig. Cap.* 2 *Si quis.*

Jurare de facto alieno, et aliena scientia nemo cogitur. *Leg. Videamus* 4 *ff. de in lit. jurand.*, *leg. Praetor ait* 7 *ff. de damn. inf.*, *leg. Marcellus* 11 *ff. de act. rer. amot.*

Juramentum accipitur pro veritate. *Leg. Sed et si* 11 *ff. de jurejur.*, *leg. Eum qui* 30 §. *Si libertus* 4, *et leg. Nam postea* 9 §. *Si damnetur* 1 *ff. eodem.*

Juramentum non extenditur ad incognita. *Leg. Cum Aquiliana* 5 *ff. de transact.*

Juramentum obtinet vim transactionis. *Leg. Cum* 13 *Cod. de reb. cred.*

Juramentum non obligat in annis minoribus. *Cap. In praesentia. de probation.*

Juramentum illicitum non obligat. *Cap. Cum quidam. de jurejur.*

Non est obligatorium contra bonos mores praestitum juramentum. *Reg.* 58 *de reg. jur. in* 6.

Juramentum non extenditur ad non cogitata. *Leg. Cum Aquiliana ubi gloss. ff. de transact.*

Juramentum pro veritate capi. *Leg. Eum qui* 30 §. *si mulier. et* §. *si libertus ubi gloss. ff. de jurejur.*

Juramentum vim pacti obligatorii habet. *Leg. Si duo* §. *si quis ubi gloss. fin. ff. eod.*

Juramentum unius ex reis debendi alteri prodest. *Ead Leg. §. Marcellus, et leg. Duobus* 28 *§. ex duobus ff. eod.*

Per juramentum non potest deberi res, quae non est. *Leg. Si duo §. si juramento, et leg. Eum qui* 30 *§. si juravero ff. eod.*

Per juramentum quasi contrahitur sicut per sententiam. *Leg. Depositi* 5 *ubi gloss. ff. de peculio.*

Juramento suo cogitur quis se purgare. *Leg. Quoties §. Praetor ff. de noxalib.*

Jusjurandum solo nocet qui detulit. *Leg. Eum qui.* 8 *§. si petenti ff. de public. in rem act.*

Jusjurandi conditio non debet ei displicere, qui detulit. *Leg. Jusjurandum* 34 *§. datur autem ff. de jurejur.*

Juramentum conventionale non potest referri. *Leg. Jusjurandum* 17 *ff. de jurejur.*

Si non est legitime juratum, iterum jurandum est. *Leg. Qui per salutem* 33 *ff. eod.*

Jurare de facto alterius, et aliena conscientia nemo debet. *Leg. Videamus ubi gloss. ff. de in litem jurejur.*

Solent judices in dubiis pro eo judicare qui juravit. *Leg. Admonendi ff. de jurejur.*

Jusjurandum est inductum ad finiendas lites. *Leg.* 1 *ff. eod.*

Juramentum habet vim probationis, et sententiae inter easdem personas, non inter alias. *Leg. Sed* 11 *§. si cum. ff. eod.*

Ad personas egregias, eosque qui valitudine impediuntur, domum mitti opportet jusjurandum. *Leg.* 15. *ff. eod.*

Quando deficiunt probationes, potest juramentum deferre. *Leg. Tutor* 35 *ff. eod.*

Non cogitur quis jurare ubi non potest conveniri. *cit. leg. §. qui non.*

Juramentum restringitur ad causam super qua juratur, nec ad aliam porrigitur. *Leg. Si actor.* 36 *ff. eod.*

Si is cui defertur juramentum non jurat nec refert, cogitur solvere, nisi ex causa recuset. *Leg. Jusjurandum* 34. *§. Ait praetor ff. eod.*

JURISCONSULTUS

Vid. *Advocatus — Procurator*

Ad quaestionem facti, non respondet Jurisconsultus. *Leg. Eum quem §.* 1 *ff. de judic.*

JURISDICTIO

Vid. *Delictum* — *Judex*

Nemo potest exercere jurisdictionem suam extra suum territorium. *Leg. fin. ff. de jurisd. omn. jud.*

Potestates, et jurisdictiones sunt distinctae, et separatae. *Auth. Quomodo opor. episc. in pr., Cap. Novit. de judic., Cap. Per venerabilem. Qui fil. sint legit.*

Par in parem non habet jurisdictionem. *Cap. Innotuit* 20 *de electione, leg. Nam magistratus* 4 *ff. de recept. arbitr., leg. Ille a quo* 13 §. *tempestivum ff. ad S. C. Trebell.*

Privati non possunt conferri jurisdictionem. *Leg. Privatorum* 3 *Cod. de jurisdict. omn. jud.*

Jurisdictio sine coerctione esse non potest. *Leg. Magistratibus ubi gloss. fin. ff. de jurisd. omn. jud.*

Jurisdictio sine consensu non prorogatur. *Leg. Si per errorem* 15 *ff. eod.*

Jurisdictionis prorogatio fit lite contestata. *Leg. ead.*

Quaestio jurisditionis expeditur secundum formam libelli, non secundnm id quod debetur. *Leg. Cum quaedam* 19 §. *Quoties ff. eod.*

JUS

Vid. *Concordare* — *Correctio* — *Dare* — *Injuria* — *Lex* — *Remedium* — *Uti.*

Jus ex facto oritur. *Leg. Si ex* §. *in clivo ff. ad leg. Aquil.*

Jus idem statui debet, ubi est eadem ratio. *Leg. Illud ff. eod.*

Jus ignorare est lata culpa. *Leg. Liberorum ubi gloss. in verb. non juris ff. de his qui not. infam.*

Jus mutari potest ex varietate personarum. *Leg. Jusjurandum* §. *non semper, ubi gloss. in verbo vel personarum ff. de jurejurand.*

Jus praesumit malam fidem. *Leg. Sed et si.* §. *si ante, gloss. caepit. ff. de pet. haered.*

Jus suum deserere videtur quis per actum contrarium. *Leg. Stillicidii, ubi gloss. ff. quaemadmod. serv. amitt.*

Jus suum amittit quis per actum contrarium. *Leg. Non satis.* §. *Si vero ff. eod.*

Juris effectus non curatur, cum lex punit factum. *Leg. Quid ergo* § *cum autem ff. de infam.*

Juris, et rei successores non sunt pares. *Leg. Quaedam ubi gloss. ff. de edend.*

Juris scientia est thesaurus inaestimabilis. *ff. in proem. §. nos vero gloss. Thesauros.*

Juris scientia optimos facit. *ff. in proem. §. sed cum vos.*

Juri naturali ad peccatum movemnr. *Leg.* 1. §. *Jus naturale gloss. in verb. Conjugatio ff. de justit. et jur.*

Jus quaesitum fortius est, qnam jus quaerendum. *Leg. Si ita scriptum* §. 1, *et leg. Si ita scripsisset ff. de legat.* 2.

Juris executio nec metum, nec injuriam infert. *Leg. Nullus videtur. ff. de reg. jur.*

A jure communi concessum, frustra praecibus impetratur. *Leg.* 1 *ff. ad Municip., leg. Imperatores ff. de privil. credit., leg.* 1 *Cod. de Thesaur.*

Jure dantis confirmato, confirmatur jus accipientis. *Leg. Cum vir. ff. de usucap., leg. Rem alienam ff. de pign. action.*

Jure dantis resoluto, resolvitur et jus accipientis. *Leg. Vectigali* 31 *ff. de pignorib., leg. Si ex duobus* §. 1. *de in diem adject., Cap. Nuper. De donat. int. vir. et uxor.*

Jure suo nullus privari debet sine culpa. *Cap. Discretionem de eo qui cogn. consang.*

Jure diverso una, eademque res censeri non debet. *Leg. Eum qui aedes ff. de usucap., Cap. Cognovimus* 12 *q.* 2, *Cap. Quia circa* 22 *de privileg.*

Contra jus faciens, et jus suum allegans, non auditur. *Cap. Cum super. de concess. praeb.*

Jure ejus uti debet, qui in jus succedit alterius. *Leg. Si aquaeductus ff. de contr. empt., Cap. is qui in jus. de reg. jur. in* 6.

Jus suum cedens, vel renuntians, non habet amplius regressum ad illud. *Leg. Quaeritur* §. *si vendita ff. de edilit. Edict., leg. Si maritus* §. *si negaverit ff. de adulter. leg.* 1 §. *Si semel. ff, de success. edict., Cap. Cum inter.* 1 *de elect.*

Juri suo quilibet renuntiare potest. *Leg. Si quis in conscrib. Cod. de Episc. et Cler., leg. penult. Cod. de pactis; Cap. Tuis* 39 *vers. Nisi. De testib., Cap. Ad apostolicam. De Regularib., Cap. Si diligenti. de for. competen.*

Nemo plus juris in alium transferre potest, quam ipse habeat. *Leg.* 2 *Cod. de poenis., leg.* 1 *Cod. Qui pro sua jurisdiction., Cap. Nemo potest.* 79 *de reg. jur. in* 6.

Juris rigor in stricta disputandi ratione consistit. *Leg. Iu vulneratus ff. ad leg. Aquil.*

Re facti, infirmari jure civili non potest. *Leg.* 1 §. *si vir ff. de acquir. possess.*

Potentius est jus commune, quam speciale, et difficilius tollitur. *Leg. Ejus militis §. militia ff. de milit. testam.*

Quod procedit de jure speciali, non habetur in consideratione. *Leg.* 4 §. 1 *ff. de fideicommiss. libertat.*

Quilibet in dubio, censetur potius uti velle jure communi, quam speciali. *Leg.* 3 *ff. de testam. milit., leg. Quamquam et leg. in testamento Cod. eodem.*

Melius est intacta jura ab initio conservare, quam post illatum vulnus, remedium quaerere. *Leg. fin. Cod. in quib. caus. in integr. non est necess.*

Ubi diversa ratio reddi non potest, diversum jus induci non debet. *Leg. Illud. ff. ad leg. Aquil., leg.* 1 §. 1 *ff. de fonte.*

In his quae sunt positivi juris, concludens ratio assignari non potest. *Gloss. in leg.* 1 §. *pueritiam in verb. ratus ff. de postulando.*

Facilius tolli jus speciale, quam commune. *Leg. Ejus* §. 1 *ff. de milit. testam.*

Jura promptiora sunt ad liberandum. *Leg. Favcrabiliores ff. de reg. jur., leg. Absentem ff. de poenis.*

Facilius amitti jus quaerendum, quam quaesitum. *Leg. fin. Cod. de acquir possess.*

In contractibus jus accrescendi locum non habere. *Leg. Si mihi et Titio ff. de stipulat.*

Litis contestatione jura temporalia perpetuari. *Leg. Nam postea* §. *Si is qui ff. de jurejur., leg. in fin. ff. de fidejuss. tutor.*

Jus publicum remittere non potest cautionibus (cautbelis), nec mutare formam antiquitus constitutam. *Leg.* 5 §. 7 *ff. de admin. tutor.*

Jura sanguinis nullo jure civili dirimi possunt. *Leg.* 8 *ff. de reg. jur.*

Jus sibi dicere nemini licet. *Leg.* 1 *Cod. ne quis in sua causa etc., leg. qui jurisdictioni ff. de jurisd. omn. jud., leg. Julianus ff. de judic., leg. Extat. ff. quod met. caus*

A veteri jure non recedimus, nisi quatenus per novum invenitur expressum. *Leg. Praecipimus in fin. Cod. de appellat.*

Si res legata efficitur mea, catenus valet legatum, quatenus mibi abest pro ea. *Leg.* 34 §. *Quod si rem ff. de legat.* 1.

Non dicitur legatum, ex quo est repudiatum. *Leg.* 38 §. *si legatum ff. eod.*

Quod aedificatur in area legata, debetur legatario. *Leg.* 46 §. *Si Areae ff. eod.*

Qui legat usumfructum in fundo, videtur legare viam, si aliunde non habet. *cit. leg.* §. *Si duos.*

In legato generis, baeres de evictione tenetur. *Leg.* 47 §. *haeres ff. de legat.* 1.

In legato speciei, haeres non tenetur de evictione. *ibid.*

Post moram, periculum rei legatae pertinet ad haeredem. *Leg.* 49 §. *fin.*, *et leg.* 111 §. *Si servus. ff. eod.*

Haereditas transit cum onere legatorum. *Leg.* 53 §. *Si quis ff. eod.*

Legata facta per verba diffamatoria, non valent. *Leg.* 57 *in pr. ff. eod.*

Defectus conditionis invalidae, non perimit legatum. *Cit. leg.* §. *Si Titiae.*

Si conditio potestativa deficiat per casum, legatum non perimitur. *Leg. Suprad.* §. *Sed et si.*

Legatum quod confertur in alterius voluntate, non valet. *Leg.* 67 *ff. de legat.* 1.

Species legata debet dari talis, qualis est. *Leg.* 72 §. *Si fundus ff. eod.*

Qui legavit decem, non videtur legare viginti. *Leg. Si quis* 82 *ff. eod.*

Legatario mortuo ante conditionis possibilis existentiam, legatum extinguitur, secus in conditione impossibili. *Leg.* 107 §. *In testamento ff. eod.*

Qui legat quod alius sibi debet, videtur legare actiones. *Leg.* 108 *ff. eod.*

Onus pro parte recusatum, facit legatarium perdere totum. *Leg.* 114 *ff. de legat.* 1.

Legatum contra bonos mores non tenet. *Leg.* 115 §. *Si quis. ff. de legat.* 1.

Si plures res nominantur, plura legata sunt. *Leg. Quoties* 2, *leg.* 4, *et* 5 *ff. de legat.* 2.

Legatarius qui non capit partem quia indignus, facit partem. *Leg.* 7 *ff. eod.*

Si legatur certum corpus, illud debetur quod ex illo corpore reperitur. *Leg.* 8. §. *Si quis ita ff. eod.* 17

Quod rei legatae accedit, ad legatarium pertinet. *Leg.* 10 *ff. eod.*
Legata simpliciter, debentur a die aditae haereditatis. *Leg.* 22 *ff. de legat.* 2.
Si non stat per legatarium, videtur adimpleta conditio. *Leg.* 35 §. *Si ea conditione, et leg.* 90. §. *Quisquis ff. de legat.* 2.
Quod aedificatur in solo legato, cedit legato. *Leg.* 40 *ff. de legat.* 2.
Qui agnoscit partem, videtur agnoscere totum legatum. *Leg.* 60 *ff. eod.*
Si debitor legat creditori, in dubio non intelligitur animo compensandi. *Leg.* 87 *ff. de legat.* 2.
In legato generali, non continentur nomina debitorum. *Leg.* 88 *ff. eod.*
In legato quantitatis, non habet locum regula de duabus causis lucrativis. *Leg.* 89 *ff. eod.*
Si legatur nomen debitoris, haeres liberatur cedendo actionem. *Leg.* 90 §. *Civibus ff. eod.*
Non potest peti legatum, nisi caveatur de modo implendo. *Leg.* 19 *ff. de legat.* 3.
Conditio opposita legatario, censetur apposita legato. *Leg.* 29 §. *Cum in testamento ff. de legat.* 3.
Intelliguntur legata quae accedunt rei legatae. *Leg.* 30, *et leg.* 89 §. *Balnea ff. eod.*
In legato nominis continetur debitum, et usura. *Leg.* 33 *ff. eod.*
Revocato legato, videtur revocatum onus legato appositum. *Leg.* 37 §. *duas ff. eod.*
Legato generali, per minus generale derogatur. *Leg.* 39 §. *Codicillis. ff. eod.*
Legato generis continentur omnes species, sed legato speciei non continentur alias species sub genere contenta. *Leg.* 47 §. *Item interest. ff. de legat.* 3.
Legato materiato non intelligitur legata materia. *Leg.* 50 §. *Chartis. ff. eod.*
Cui est legata materia, non est legatum materiatum. *Leg.* 55, *et leg.* 56 *ff. eod.*
In legato instrumentorum, continentur nomina debitorum. *Leg.* 57 *ff. eod.*
In legato generali non continentur instrumenta, seu res extraneae. *Leg.* 90 *ff. eod.*

Legatum annuum pro primo anno est purum, pro sequentibus est conditionale. *Leg.* 4 *ff. de annuis legat.*

In initio cujuslibet anni, cedit dies annui legati. *Leg.* 5 *ubi gloss. in verb. A vobis.*, *et leg.* 22 *ff. eod.*

Favore alimentorum, valet legatum incertum. *Leg.* 14 *ff. de ann. legat.*

Si dilatio apponitur gratia legatarii, non potest ei solvi ante; secus si gratia haeredis. *Leg.* 15 *ff. eod.*

Legatum donec nubat, intelligitur annuum. *Leg.* 17 *ff. eod.*

Si legatarius non implet modum a testatore adjectum, legatum sibi solutum revocatur. *Leg.* 21 §. *Lucius Titius ff. eod.*

Legatum caducum vel quasi, remanet apud haeredem cum onere suo. *Leg.* 9 *ff. de usu*, *et usufr. legat.*

Habitationis legatum in singulos annos, ab initio anni deberi constat. *Leg.* 11 *ff. eod.*

Ei cui legatur fructus fundi, debetur via per alium fundum testatoris, etiam alteri legatum. *Leg.* 15 §. *qui duos. ff. eod.*

Si non apparet persona legatarii, legatum redditur nullum. *Leg.* 18 *ff. eod.*

Qui legat usumfructum omnium bonorum, intelligitur de mobilibus, et immobilibus. *Leg.* 37 *ff. eod.*

Si legatum non potest solvi ex fructibus fundi unius anni, supplebitur de fructibus alterius anni. *Leg.* 13 *ff. de trit. vin. et oleo legat.*

Testator potest ita legare rem haeredis sicut propriam. *Leg. haeredum Cod. de fideicom.*

Voluntaria alienatione, non etiam necessaria legatum revocari. *Leg. Rem legatam ff. de aliment. legat.*

Resoluto testamento, neque legata, neque fideicommissa debentur. *Leg. Cum duob. Cod. de inoffic. testam.*

Testator alienando rem legatam, dicitur revocare legatum. *Leg. Cum servus*, *et leg. rem legatam ff. de adim. legat.*

Quidquid ob publicam utilitatem legatur, ad pias causas legatum censetur. *Leg.* 1 §. *fin. Cod. de caducit. toll.*, *leg. Ad instructionem* 7 *Cod. de sacros. Ecles.*

Electio legati in genere relicti, est legatarii non haeredis, nisi testator aliud disposuerit. §. *Si generaliter. Instit. de legat.*

Legatarius haeredem cogere non potest ad adeundam haereditatem. *Leg. Cogi* 16 *ff. ad S. C. Trebell.*

Legatarius universalis potest cogere ad adeundam haereditatem. *cit. leg.*

Res legata ibi praestanda est, ubi relicta est. *Leg.* 47 *et leg.* 108 *ff. de legat.* 1, *leg. Quod legatur* 38 *ubi gloss. in verbo a legatario ff. de judic.*

Falsa demonstratio non perimit legatum. *Leg.* 2 *Cod. de fals. caus.*, *leg.* 75 §. 1 *ff. de legat.* 1.

Legatum factum incertis personis non tenet. *Instit. de legatis.* §. *Incertis.*

Legatarius repudians onus adjectum legato, censetur repudiare legatum. *Leg. Certi condictio* 9 *ubi gloss. ff. de reb. credit.*

Legatorum jus ab haerede pendet. *Leg. Papinianus.* 8 §. *Si ex. ubi gloss. verb. non valent. ff. de inoffic. testam.*

In legato inspicitur tempus quo cedit. *Leg. in summa* 65 *ubi gloss. in verb. secuta res est. ff. de condiction. indeb.*

Legatariis non nocet transactio inter scriptum haeredem, et venientem ab intestato. *Leg. Imperatores* 3 *ff. de transactionib.*

Obligatio rei legatae non extinguit legatum. *Leg. Qui post* 3 *Cod. de legat.*

Legatum transire cum onere suo, intelligitur de legato universali, secus de particulari. *Leg. Cum pater* 77 §. *Mensae ff. de legat.* 2.

Legatum obscurum declaratur ex conjecturis. *Leg. Si servus* 53 §. *si numerus. ff. de Legat.* 1.

Legatum incertum ratione rei legatae, non debetur. *Leg. Titia* 74 *ff. de legat.* 2.

Conditio impossibilis de jure, non vitiat legatum. *Leg. Ab administratione* 8 *Cod. de legat.*

Error nominis, sicut et falsa demonstratio, vel causa non vitiat legatum. *Leg. Si quis infundo. ff. de legat.* 1, §. *huic et* §. *Longe instit. de legat.*

Legatum sub conditione non debetur, nisi conditione existente. *Glos. in* §. *Longe Instit. de legat.*

Res propria nemini potest legari. *Leg. Proprias* 13 *Cod. de legat.*

Legatum sub modo debetur, statim praestita cautione de modo implendo; vel de accepto restituendo si modus non impleatur. *Ibid.*

Notario vel alii testamentum scribenti, nihil in eo relinqui seu legari potest. *Leg. Qua in testamen.* 4 *Cod. de his, qui sibi adscr.*

Dictantibus potest legari dummodo ipsi non scribant. *Leg. Dictantibus* 22 *Cod. de testam.*

Legatum rei alienae scienter factum valet. *Leg. Cum alienam* 10 *Cod. de legat.*

Legatum praestandum ab eo cui testator nihil reliquerat, perinde habetur, hac si non fuisset scriptum. *Leg. Ab eo Cod. de fideicom.*

Universitati legatae, accedunt postea nata. *Leg. Grege* 21 *ff. de legat.* 1.

Legatum ad pias causas, praestandum ab eo cui testator nihil reliquerat, haerede debetur. *Leg. Ab alio haerede ff. de alim. et cib. legat.*

Legata nominatim ab uno non debentur ab alio substituto nisi ad pias causas. *Leg. Unica.* §. *his itaque Cod. de Caduc. toll.*, *leg.* 4 §. *Lucius ff. de alim. et cib. leg.*

Legatum sub conditione evanescit ob mortem legatarii ante conditionem. *Leg. Fundus*, *et leg. Maevius ff. de condit, et demonstr.*, *leg. Qui habet ff. de vulg. et pupill.*

Legari sine testamento potest. *Leg. Tam is* 25 *ff. de mort. caus. don.*

Si verba legati sunt ambigua, causa legati inspicienda. *Leg.* 39 *ff. de legat.* 3.

Legata per inficiationem crescunt. *Leg. Fideicommissum* 7 *Cod. de cond. indeb.*

Legata nuda voluntate revocari possunt. *Leg. Militis* 3 §. *Veteranus* 3 *ff. de milit. testam.*

Legata Ancilla, legatur et partus. *Leg. In his* 60 §. *servis.* 1 *ff. solut. matrim.*

Legata ibi solvi debent, ubi testator voluit expresse, vel tacite. *Leg. Quod legatur* 30 *ff. de judic.*

Legata praestantur ubi res est, ubi voluit testator. *Leg. Si fideicommissum* 50 §. 2. *Sed. ff. de judic.*, *leg.* 38 *ff. eod.*

Quod futurum est, legari potest. *Leg. Quod in rerum* 24 *ff. de legat.* 1.

Pactum factum inter creditores et haeredes, non nocet Legatariis. *Leg. Primo* 23 *ff. quae in fraud. credit. fact. etc.*

LEGITIMA

Vid. *Filius.*

Legitima sine onere relinqui debet. *Coll.* 4 *Nov.* 38 *tit.* 18 *de restit. Cap.* 1 *Quamobrem.*

Legitima non potest relinqui in usufructu. *Leg. Si quando* 35 *Cod. de inoffic. testam.*

Legitima remitti, et repudiari potest. *Leg. Si quando* 35 *Cod. eod.*

LEGITIMATIO — LEGITIMUS

Legitimatio trahitur ad tempus conceptionis. *Leg. A divo Pio ff. de rit. nupt.*

Filii nati ante matrimonium fiunt legitimi per subsequens matrimonium. *Auth. Quod jus. Cod. de natur. liberis.*

LEGITIMUM

Legitimum est quod lege fit, aut nulla lege prohitum. *Cap. Si heres* 1 §. *si quis. de haered. et falcid. in Libr. Authent*

LEX

Vid. *Correctio — Dispositio — Facere — Judex — Jus Necessitas — Provisio — Ratio — Res — Scire.*

Lex subjacet necessitati, non è contra. *Leg. Tutor qui repertorium. ff. de administr. tutor.*

Lex non habet oculos retro. *Leg. Leges Cod. de legib.*, *Auth. de nuptiis in pr.* §. *Duo igitur in fin. Collat.* 4, *Cap. Cognoscentes de constitut.*

Legis casus ubi est, cessat omnis dispositio. *Gloss. Ult. in Leg. Ancillae Cod. de furtis.*

Lex ligat ex die quo promulgatur. *Leg. Curialibus* 66 *Cod. de Decurionibus et filiis eor.*

Lex si voluisset, expressisset. *Leg. Unic.* §. *sin autem Cod. de caducit. toll.*, *leg. Si servus.* §. *Praetor ait*, *vers. Non dixit. ff. de acquir. haered.*, *Cap. Ad audientiam* 2 *de decim.*, *Cap.* 2 *de transact. Praet.*

Solius Principis est legem duram interpretatione moderari. *Leg.* 1 *Cod. de legib.*, *leg. Prospexit. ff. qui et a quib.*, *leg. Adulterii. Cod. ad leg. Jul. de adulter.*

Lex interpretationem recipit a consuetudine. *Leg. Si interpretatione* 37 *ff. de legib.*

Lex est quidquid in ratione consistit. *Cap. Consuetud. dist.* 1.

Legum correctio omnino vitanda est. *Leg. Praecipimus Cod. de appell.*

Lex quae non invenitur expresse correcta, antiquae dimittitur figurae. *Gloss. fin. in auth. de admin. in sac.*

Lex nova generaliter corrigens, non porrigitur ad casus a lege veteri specialiter definitos. *Leg. Sciendum ff. qui satisd. cogantur.*

Lex corrigens debet intelligi secundum terminos legis correctae. *§. fin. an Auth. de fil. ante dotal. Istrum. nat.*

Quando duo casus a lege veteri parificantur, lex nova corrigens in uno, extenditur ad alterum. *Gloss. in leg. Quod vero ff. de legib.*, *leg. Marcellus in princ. ff. ad Trebell.*

Lex correctoria in uno casu corrigens, extenditur ad alios qui sub lata significatione comprehendi possunt. *Gloss. in Clem.* 1 *in verb. eligatur*, *de election.*

Leges non ex verbis, sed rebus impositas esse. *Leg.* 2 *Cod. Comm. de legat*, *leg. fin. Cod. de Usur.*

Leges non ex verbis, sed ex mente intelligendas. *Leg. Scire leges ff. de legibus.*

Leges ignorare nemini permissum. *Leg. leges. Cod. de legib.*, *leg. Regula in pr. ff. de jur. et fact. ign.*

Legibus non exemplis judicandum. *Leg. Nemo. Cod. de Sentent.*

Legis imperio voluntatem non factum coherceri. *Leg.* 1 *Cod. ad leg. Corn. de Sicar.*

Quae contra leges fiunt, pro infectis habenda sunt. *Leg. Jubemus §. Praedia. Cod. de Sacr. sanct. Ecles.*

Legi locus non est in ea haereditate, quae solvenda non est. *Leg. Si quis solidum ff. de haered. inst.*

Lege fieri potest quod pacto potest. *Leg. Non impossibile* 50 *ff. de pactis.*

Verba legum non in abstracto, sed in concreto intelligi debent. *Leg. Si in rem in princ. ff. de rei vindic.*

Ex duabus legibus simul junctis, optima fit determinatio. *Leg. Gallus §. ille casus ff. de liber. et posth.*

Una lex indistincte loquens, per aliam distinquitur, et limitatur. *Leg. Sciendum ff. qui satisd. cogan.*, *et Auth. Offeratur. Cod. de lit. contest.*

Leges adaptantur ad ea quae frequentius accidunt. *Leg. Nam ad ea ff. de legib.*

Ad comuniter accidentia lex se ficilius adaptat. *Leg. Nam ad ea ff. de legib.*

Cessante ratione legis, cessat lex. *Leg. Quod dictum ff. de pact.*, *leg. Adigere §. Quamvis ff. de jur. patron.*

Lex superflua remedia non inducit. *Leg. Haec stipulatio §. Divus ff. Ut legat. caveatur*, *leg. Qui bis idem ff. de stipul.*

Lex nova per veterem declaratur. *Leg. Sciendum in princ. ff. Qui satisd. cogan.*

Lex debet esse de dubitabili. *Leg. Quod labeo ff. de Carb. Edict.*, *leg. Ancillae Cod. de furt.*

Lex in dubio, debet intelligi in casu habente majorem rationem dubitandi. *Leg. Domitius ff. de testam.*, *leg. 1 ff. ad municipalem et de incolis.*

Lex dubia intelligitur secundum naturam tituli sub quo est situata. *Leg. Imperatores in fin. ff. de in diem addict.*

Lex debet esse clara, et rationabilis. *Cap. Erit autem lex. dist. 4.*

Lex quae varios patitur intellectus, ad decisionem casuum induci non potest. *Leg. In ambiguo ff. de reb. dub.*

Lex quae multipliciter intelligi potest, debet interpretari secundum id quod frequentius observatum est. *Leg. Si de interpretatione ff. de legib.*

Ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. *Leg. De praetio ff. de publician. in rem action.*, *leg. Non distinguemus ff. de recept. arb.*, *leg. Praeses. ff. de offic. Praesid.*, *leg. 2 §. convenire ff. de judic.*, *leg. Quos prohibet ff. de postulando*; *Cap. Quia circa 22 de Privil.*

Lex generaliter loquens, extendit dispositionem suam usque in infinitum. *Leg. 1 §. in infinitum. ff. de legat. praestand.*

Lex generaliter et indistinte loquens, omnem casum complectitur, dato quod major sit ratio in uno, quam in alio. *Leg. 1 §. Quod autem ff. de Aleatorib.*

Lex simpliciter, et indistincte loquens debet distinqui secundum alias leges specialiter et distincte loquentes. *Leg. Filius familias ff. de action. et oblig.*, *leg. 1 ff. ad S. C. Macedonian.*, *leg. Jurisgentium §. Si paciscar. ff. de pactis*, *leg. Transigere ubi gloss. magna in fin. Cod. de transact.*

Lex generaliter, et indistincte loquens, non refertur ad casus specialiter notatos. *Leg. Sanctio legum ff. de poenis*, *leg. Doli clausula ff. de stipulat.*

Lex non extenditur ad praeterita. *Cap. 2*, *et Cap. fin. de Constit.*

Ex conjunctione duarum legum, bonum sumitur argumentum. *Leg. Gallus §. ille casus. ff. de liber. et posthum.*

Legis ad legem non est necessaria continuatio. *Leg. Gallus in princ. ff. de liber. et posthum.*

Leges debent sub congruis titulis situari. *Leg. 2 ff. de stat. homin.*

Legem patere quam tu ipse tuleris. *Cap. Cum omnes. circ. fin. de constit.*

Legem quam quis aliis praescripsit, ipse eamdem servare tenetur. *Leg. Quum haereditas ff. de admin. et peric. tutor.*

Non debet aliis legem imponere, qui ipsam negligit observare. *Cap. Pro illorum de praebend.*

Lex quae cessatur, intelligitur cessari quoad futura, non quoad praeterita. *Leg. 7 Cod. de natur. liber.*

Leges generales debent ab omnibus observari. *Leg. leges. Cod. de legib.*

Leges non debent esse ludibrio, nec per quemquam irrideri. *Leg. Si praetor. ff. de judic.*

Leges neminem in paupertate vivere, neque in anxietate mori permittunt. *Auth. de haered. et falcid.*

Leges non dedignantur sacros canones imitari. *Auth. Ut Clerici. Apud propr. Episcop.*

Ubi lex ipso jure operatur, hominis ministerium non requiritur. *Leg. Ea quae Cod. familiae erciscund.*

Lex inferioris, superiori non praejudicat. *Leg. Minor autem ff. de minorib.*

Leges legibus concordare modis omnibus debemus. *Leg. Unic. Cod. de inoffic. dot.*

Ubi habetur casus legis, nulla reliuquitur dubitatio. *Leg. Ancillae Cod. de furt.*

Ubi legem habemus, superfluum est glossas, vel doctores allegare. *Gloss. in leg. Sed licet. ff. de offic. Praesid.*

Verba legis captari non debent. *Leg. penult. ff. ad exhibend.*

Lex ad causas finitas non porrigitur. *Leg. pen. Cod. de Sacr. san. Ecles.*

Leges non praeterita, sed futura determinant. *Leg. leges 2 Cod. de legib.*

Lex interpretans, intelligi debet secundum naturam legis interpretatae. *Leg. Nihil. Cod. emancip. liberor.*

Lex suum, non tuum tibi denegat beneficium. *Leg. 1 Cod. Si advers. vendit. fac, leg. ex asse ff. ad Trebell.*

Legis virtus in permittendo, vel in prohibendo consistit. *Leg. legis verbus ff. de legib.*

Virtus legum consistit in inductione. *Leg. Non solum* §. *qui primipilum ff. de excusat. tutor.*

Quando initium legis est generale, tota lex generale intelligi debet. *Leg. Regula* §. *fin. ff. de jur. et fact. ignor.*

Lex est certa omnium quae de praesenti sunt in rerum natura, sed non futurorum. *Leg. Cum quidam* §. *suum, et leg. Ventre ff. de acquir. haered.*

Lex praecedens determinatur per sequentem. *Leg. Non est novum ff. de legib.*, *leg.* 1 *ff. ad leg. Aquil.*

Erubescimus cum sine lege loquimur. §. *Consideremus in Aut. de trient. et semiss.*, *leg. Illam in fin. Cod. de collat.*

Solus Princeps leges facere potest. *Leg.* 9 *ff. de justit. et jur.*

Lex quantumcumque dura, servanda est. *Leg. Prospexit. ff. Qui et a quib.*

Paria sunt aliquid facere contra legem, vel ultra legem. *Leg.* 1 *in fin. ff. de loc. publ. fruendo.*

Nihil in legibus superfluum, aut contrarium invenitur. §. *Quibus in* 1 *costit. Cod.*

Legis dispositio magis ultimae voluntati, quam contractui equiparatur. *Gloss. in leg.* 1 *Cod. de his quib. ut indig.*

Cui non conveniunt verba legis, non convenit ejus dispositio. *Leg. Quod constitutum ff. de militar. testam.*, *leg.* 4 §. *toties ff. de damn. infect.*

Legis factum excusat hominis negligentiam. *Leg. Si puellam. Cod. Si mancip. ita fuer. alien.*

Lex nova idem disponens quod lex antiqua, jus antiquum dicitur, non novum. *Leg. Absentem, in princ. Cod. de accusat.*

In decisionibus causarum, maxime spiritualium, dicta Apostolorum sunt legibus praeferenda. *Panormit. in Cap. Super illa, de secund. nupt.*

Sub clypeo legis nemo decipi dicitur. *Leg. Paulus ff. de stipulat. Praetor.*

Unumquodque legis verbum dicitur esse cum ministerio aliquid operandi. *Leg.* 1 §. *non frustra ff. de jurejur.*, *leg.* 1 *ff. Quod met. caus.*

Lex facilius ampliat, et moderatur dispositionem suam, quam dispositionem hominis. *Leg. Assiduis ubi Gloss. in verb. licet. Cod. qui pot. in pign. hab.*

Lex omnium legum difficillima ob intellectum multiplicitatem dicitur esse. *Leg. Ubi pactum Cod. de Transact.*

Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi. *Cap. 1 dist.* 19.

Sola voluntas legis, pro ratione habetur §. *furtive. Istit. de usucap.*, *Gloss. in leg.* 1 §. *Initium*, *in verbo ratus ff. de postulan.*

Correcta ratione legis, censetur correcta lex. *Gloss. in leg.* 1 *in verbo providenti ff. de legit. tutor.*, *Gloss. in leg. Qua ratione* §. *Litterae in verbo directam in fin. ff. de acquir. rer. dom.*

Lex specialis babens rationem generalem, generaliter est intelligenda. *Leg. Regula ff. de jur. et fact. ignor.*

Salus Populi suprema lex est. *Leg.* 1 *in* 12 *Tabular.*

Leges ab omnibus intelligi debent. *Leg.* 9 *Cod. de legib*, *leg.* 12 *Cod. de jur. et fact. ignor.*

Non exemplis, sed legibus judicandum est. *Leg.* 13 *Cod. de Sentent.*

Ad similia leges trahuntur si eadem sit utilitas, vel interpetratio. *Leg.* 13 *ff. de legibus.*

Leges futuris dant formam judiciis, nec ad facta praeterita revocantur. *Leg.* 7 *Cod. eod.*

Irritum est quidquid lege prohibente factum est. *Leg.* 5 *Cod. de legib.*

Leges, tacito consensu omnium per desuetudinem abrogantur. *Leg.* 32 *in fin. ff. de legib.*

Lex, quando commode fieri potest, debet alteri legi concordari. *Leg.* 1 *Cod. de inoffic. don.*, *Cap. Cum tu*, *de testam.*

Lex interpretans, intelligitur loqui secundum legem interpretatam. *Auth. Ut fr. fil.* §. *fin.*, *et leg.* 1 §. *Qui operas. ff. ad S. C. Trebellian.*

Lex vigilantibus, non dormientibus succurrit. *Leg. Pupillus in fin. et leg. Qui habent* §. *Sciendum ff. quae in fraud. credit.*, *leg. Summa* §. *Sed si illi ff. de pecul.*, *leg. Debitor ff. de separat.*

Neminem sibi potest legem imponere, ut ab ea recedere non possit. *Leg. Si quis in principio ff. de legat.* 3, *leg. Divi* 6 §. *licet ubi Bart. ff. de jur. codicillor.*

Lex animata est princeps. *Leg. More ubi gloss. fin. ff. de juris. omn. jud.*

Lex deficit deficiente ratione. *Leg. Si cum §. post annum gloss. pen. ff. quod met. caus.*, *leg. Quod dictum ff. de pactis.*

Lex de frequentibus accidentibus fit. *Leg. Nam ad ea ff. de legib.*

Lex quod in praeteritum indulget, in futurum vetat. *Leg. Eum lex ff. de legib.*

Lex si deficit suppletur. *Lex Oratio gloss.* 1 *ff. de Sponsal.*, *leg. Quia ff. de praescr. verb.*

Legibus omissum quod est, non omittatur religione judicantium. *Leg. Quamvis* 11 *ubi gloss. in verb. jurisdictionem ff. de in jus voc.*, *leg. Quia ubi gloss. ff. de praescript. verb.*

Quod lex negat natura non audet. *Leg.* 2 §. *nec enim ff. de usufr. quae usu consum.*

Legis potestas ambulatoria. *Leg. Erit in fin. ff. de fund. dot.*

Legi omnes obedire debent. *Leg.* 2 *ff. de legib.*

Contra legem facere, est facere quod lex prohibet. *Leg. Contra* 29 *ff. eod.*

Lege prohibente quod fit, non valet. *Leg. Praefectus ff. de ritu nuptiar.*

Leges docent malitiam, et dissimulare. *Leg. Observandum, ubi gloss. in verb. detegit. ff. de offic. praesid.*

Leges jus divinum imitantur. *Leg.* 2 §. *si non. gloss.* 1 *ff. si quis caut.*

Leges scire, non est verba earum tenere. *Leg. Scire ff. de legibus.*

LIBELLUS

Vid. *Citatio — Interpretatio — Sententia*

Ineptitudo libelli, vitiat ipsum libellum. *Leg.* 1 § *labeo ff. de flum*; *leg. fin. ff. si mens. fals.*, *Clem. fin. de appellat.*

Libellus generalis, et incertus non admittitur. *Leg. Si rem ff. de rei vindic*, *leg.* 1 §. *Si quis argentum ff. depositi*, *leg. Praetor dixit. in princ. et in* §. *quod autem praetor ff. de jurejur*, *leg. In actione ff. de furtis.*

Libellus male conceptus debet a judice rejici. *Leg.* 1 *ubi gloss. in verb. nec tenere ff. si mens. fals.*

Libello debet esse conformis sententia. *Leg. Ut fundus* 18 *ff Communi divid.*

Libellus est frustratorius quando actio est inepte concepta, et sententia absolutoria debet inde sequi. *Leg. Fidejussor* 24 *ubi gloss. ex praesenti ff. de negot. gest.*

LIBERALIS — LIBERALITAS

Vid. *Remuneratio*

In necessitatibus nemo liberalis existit. *Leg. Rem legatam ff. de alim. legat*; *leg. Proxime ff. de ritu nupt.*

Liberalitas captiosa damnatur. *Leg. Cum aquiliana. ff. de transaction.*

Non potest liberalitas, nolenti acquiri. *Leg.* 19 §. 2 *ff. donat.*, *leg.* 69 *ff. de regul. jur.*

Liberalitatis suae poenam pati nemo debet. *Leg. Ad res ff. de aedil. edict.*

LIBERARE — LIBERATIO

Vid. *Acceptilatio — Chirographum — Molestia*

Liberare alterum alter non potest in delictis. *Leg. Adeo* 8 *ubi gloss. in verb. non sufficiat. ff. de jurisd. omn. jud.*

Liberatio semel competens perpetua est. *Leg. Si reus* 62 *ubi gloss. in verb. posse. ff. de pactis.*

Liberare possumus invitum, et ignorantem. *Leg. Solvendo ff. de negot. gest.*, *leg. Si Servus ubi gloss. in verb. pervenisse. ff. de eo per quem.*

Liberat me alius pro me solvendo. *Leg.* 1 *in fin. ff. de exercit. act.*

Liberatio generalis restringitur ad ea, de quibus est actum. *Leg. Emptor* §. *Lucius ff. de pact.*

Liberato principali, liberatur fidejussor. *Leg. fin. ubi gloss. in verb. prodesse ff. de pactis.*

Liberationis favemus. *Leg. Arrianus* 92 *ff. de act. et obblig.*

Liberationes generales, generaliter intelliguntur. *Leg. Aquiliana* 4 *ff. de transact.*

Dispositio liberationis de futuro, inducit exceptionem de praesenti. *Leg. Si creditoris Cod. de fideicomm.*

Propensiores esse debemus ad liberandum, quam ad obligandum. *Leg. Arrianus* 92 *ff. de action. et oblig.*

Liberatio debitoris in fraudem creditoris non valet. *Leg. Omnes* 17 *ff. quae in fraud. cred.*

Liberatus impropriae dicitur, qui numquam fuit liberatus. *Leg. Qui res* 98 §. 5 *ff. de solutionib.*

LIBERTAS

Libertas inaestimabilis res est. *Leg.* 106 *ff. de reg. jur.*; *leg.* 176. *ff. eod.*

Causa libertatis dicitur pia. *Leg.* 1 *in fin. Cod. de comm. serv. manum.*

Favor libertatis saepae benigniores sententias exprimit. *Leg.* 32 *in fin. ff. ad leg. Falcid.*

In obscuro, pro libertate favorabilius respondetur. *Leg.* 10 *in fin. ff. de manum. testam.*

Libertas tribuit jus facere quod libet, nisi prohibitum sit. §. 1 *Instit. de jur. person.*

Quoties dubia interpretatio libertatis est, secundum libertatem respondendum est. *Leg.* 20 *ff. de reg. jur*, *leg. generaliter* §. *si quis servo, et leg. Si Servus ff. de fideicomm*; *leg. Ultim. Cod. de comm. serv. manum.*

Libertatis favor magnus. *Leg. Non distinguemus* §. *Julianus ff. de recept. arbitr.*

Libertatis spes est fugere. *Leg. Si quid sit* §. *idem ait. ff. de aedil. edict.*

Libertati judex semper favet. *Leg. Quia* §. *sed et ff. de alien. jud. mut. caus. fact.*

Contra libertatem non datur restitutio. *Leg. Et eleganter* 7 *ubi gloss. in verb. excepit. ff. de dolo malo.*

LICERE — LICITUS

Vid. *Illicitus — Permissio — Permissum — Prohibitio — Superior*

Multa licent, quae tamen non expediunt. *Leg.* 1 *in pr. ff. de aq. quot. et aestiv.*

Liciti praetextu, illicitum non permitti. *Leg.* 2 *ff. de extraor. crim.*

Licitum coarctari ut illicitum evitetur. *Leg. Tutor* §. 1 *ff. de suspect. tutor.*

Non omne quod licet honestum est. *Leg.* 144 *ff. de reg. jur.*

Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit. *Reg.* 67 *ff. de reg. jur. in* 6.

Licitum facit judicis jussus quod alias esset illicitum. *Leg. Furti* §. *qui jussu ubi gloss. in verbo qui jussu ff. de his qui not. infam.*

Licent omnia, nisi contra agatur. *Leg.* 4 *ff. de pign. act.*

Liciti praetextu non debet illicitum committi. *Leg. Illicitas* §. *illicita ubi gloss. ff. de offic. praesid.*

LIS — LITIGARE — LITIGATOR — LITIGIOSUS

Vid. *Communio — Renuntiare*

Providendum est ne lites in infinitum extendantur. *Leg. Apertissimi Cod. de Judic.*

Initium litis fit per contestationem. *Leg. Uni, et ibi gloss. Cod. de plus. petit., leg. Apertissimi Cod. de Judic; leg. Et quia ubi gloss. pen. ff. de jurisd. omn. jud.*

Improbus litigator, et damna, et expensas litis inferre adversario suo cogatur. *Leg.* 13 §. 6 *Cod. de judic., leg.* 4 *Cod. de fruct. et lit. impens., leg.* 79 *ff. de jud. Instit.* §. 1 *de poen. temper. litig.*

Lis contestari non potest principali actione sublata. *Leg. Supra* 2 §. 1 *ff. de aq. pluv. arc.*

Litis contestatione jura temporalia perpetuari. *Leg. Nam postea* §. *si is qui ff. de jurejur., leg. final. in fin. ff. de fidej. tut.*

Lis finitur sententia, transactione, et jurejurando. *Leg.* 18 *ff. judicat solv.*

Litigantium error consensum non habet. *Leg. Consensisse vers. error. ff. de judic.*

Lis terminatur transactione. *Leg. Acta* 45 *ff. de re judic.*

Litis contestatio non fit confessione. *Leg. Res.* 1 *Cod. de litis contest.*

Pactum de quota litis non valet. *Leg. Sumptus ff. de pactis.*

Lites minuendae sunt. *Leg. Quidam* 21 *ff. rebus cred., leg. Quidam ubi gloss. fin. ff. de cert. petatur.*

Lites dirimere justitia est. *Leg. Cum* 54 *ff. pro socio.*

Litis eventus dubius. *Leg. Quod debetur ff. de pecul.*

Litigat temere is qui scit se non habere jus. *Leg. Cum quem* 79 *ff. de judic.*

Litigator temerarius dicitur, qui rationem litigandi non habet. *Leg. Qui solidum* 78 *ff. de legat. et fideicom.* 2.

Litigiosum scienter emens, exceptione repellitur. *Leg. Litigiosam.* 1 *ff. de litigios.*

Letterae approbandae sunt prius quam eis fides adbibeatur. *Leg. Si procurator. ubi gloss. fin. ff. de procurator.*

Epistola commendatitia non obligat. *Leg. Fin. vers. neque familiares Cod. quod. cum eo.*

Litteras alterius aperiens, punitur tamquam falsarius. *Bart. in Leg. Si titio ff. ad Municip., Cap. Quanto. de his quae fiunt. ubi gloss. in verb. Absentium, in fin.*

Litterae licet auraeæ cedunt chartae. *Leg. Qua ratione* 9 §. 1 *ff. de acquir. rer. dom.*

Litterarum obbligatio, literis contrariis tolli potest. *Leg. Nihil.* 35 *ff. de regul. jur.*

Litterati nobilibus aequiparantur. *Leg. Societas. ubi gloss. in verbo suppleat. ff. pro Socio.*

Litterae quae ab initio non valent, ex post facto convalescunt. *Leg. Cum in secundo* 16 *ff. de injust. rupt. etc.*

LOCATIO — LOCATOR

Vid. *Emptio — Integer — Reconductio — Sublocatio — Successor — Venditio.*

Necessitas superveniens locatori domus, rumpit locationem. *Leg. Aede* 3 *in verbo. necessariam Cod. de Locato et Cond.*

Nemo invitus tenetur relocare. *Leg. Ne cui* 32 *Cod. eod.*

Necessitas superveniens conductori, operatur ut rupta sit conductio. *Leg. Sancimus. Cod. de Epis. et Cler.*

Locatio praesumitur continuata ex patientia, et taciturnitate domini. *Leg. Item quaeritur* 14 §. *Qui impleto ff. locati.*

Locator rei suae dominium non transfert, et non praejudicat. *Leg. Non solet* 39 *ff. loc. et cred.*

Qui locavit operas, tenetur servare bonam fidem. *Leg.* 22 *Cod. de locat. et cond.*

Locator non tenetur de vi majore et potentia. *Leg. Si fundus* 33 *ff. loc. cond.*

Locatori fundi, fructus fundi tacite obligati. *Leg. Si in lege* 1 §. *Si colonus ff. eod.*

Finito tempore locationis solvitur contractus ipsius locationis. *Leg. Non intelligitur.* 3 §. *Cum. ff. de jur. fisci.*

Prohibitus vendere, vel obligare non videtur prohibitus locare. *Leg.* 91 §. *Institutio. ff. de legat.* 2.

Locatori nocet obscura pactio. *Leg. Veteribus. ff. de pactis.*

Locare operas suas in perpetuum nemo potest. *Leg.* 3 *ff. de usufruct. ubi gloss. in verb. reverti.*

Locatori et conductori licitum est se invicem sine laesione decipere in pensione. *Leg. Item si* 25 §. *quaemadmodum ff. locati et conduct.*, *et leg.* 26 *ff. eod.*

Non valet locatio facta uno nummo. *Leg. Si quis* 49 *ff. Locati*, *et cond.*

Locationem praesumimus ubi mercedis mentio, nisi contrarium probetur. *Leg. Si rem Munerandi* 6 *ff. Mandati.*

Locati actione culpa continetur. *Leg. Damni* 19 §. 5 *ff. de damn. infect.*

Tenetur conductor si contra pacta locationis fecit. *Leg. Videamus* 12 §. *Inter. ff. locati et conducti.*

Si conductor non fuerit in culpa ad damna non tenetur. *Leg. Item* 14 *ff. eod.*

Locator tenetur praestare commoditatem inquilino ad asportandum res quas commode asportari possunt sine damno domus. *Leg. Sed addes* 21 §. *Si inquilinus ff. locati*, *et conducti.*

Res secundi conductoris obligata primo conductori ex conventione, non intelligitur obligata primo locatori. *Leg. Si in lege* 27 §. *Si colonus ff. eod.*

Si emptor repellit conductorem, venditor tenetur ei ad interesse. *Leg. Si merces* 28 §. *qui fundum ff. eod.*

Si habitatio graviter incommodatur, licet inquilino recedere, et ad pensionem pro rata tenetur. *Leg. Si merces* 28 §. *si vicino ff. locati conducti.*

Conductor fundi tenetur omnia facere, quae secundum consuetudinem locorum requiruntur. *cit. Leg.* §. *Conductor.*

Pro damno intollerabili fit rescissio locationis. *Leg. Si merces* 28 §. *vis major ff. locati conducti.*

Operae locatae duobus, illi sunt prius praestandae cui prius sunt promissae. *Leg. In operis* 29 *ff. eod.*

Pro intolerabili damno fit remissio mercedis conductori. *Leg. Si merces* 28 § *vis major ff. eod.*

Modica incommoditas non inducit remissionem mercedis. *Leg.* 30 *ff. locati et conducti.*

Si necessaria refectio impedit habitationem conductoris datur pro rata remissio mercedis. *Leg.* 33 *in pr. et* §. *Aedilis*, *et leg.* 36 37 38 *et* 62 *ff. locati et conducti.*

Locare servitutem nemo potest. *Leg.* 47 *ff. locati, et conducti.*

Conductori fit remissio mercedis pro rata temporis quo re frui non potest. *Leg.* 33 36 37 38 *et* 62 *ff. eod.*

Quod in meliorando conductor expendit, potest a domino repetere. *Leg. Dominus* 57 §. *in conducto ff. locati conducti.*

Quando casus occurrit in re locata culpa conductoris, merces integra debetur. *Leg. Colonus* 63 §. *navem ff. locati conduct.*

Locantis est interitu rei locatae. *Leg. Si fund.* 33 *ff. eod.*

LOCUPLETARE

Locupletari nemo debet cum aliena jactura. *Leg. Nam hoc natura ff. de cond. ind.*, *leg.* 206 *ff. de reg. jur.*, *leg. Naturaliter* §. *fin.*, *et leg. Haec conditio* 66 *ff. de cond. ind.*, *Cap. Suam. de poenis*, *Cap. Locupletari* 48 *de reg. jur. in* 6.

Locupletior fit qui aere alieno liberatur. *Leg. Si cum* §. *facta ff. de donat. int. vir. et ux.*

Locupletior non dicitur qui tantum de suo erogavit, quantum accepit. *Leg. Quod autem* §. *si maritus ff. eod.*, *leg. Qui nummis ff. de in rem verso.*

LOCUS

Locum allegans, locum probare debet. *Leg. Illud* 3 *ff. de injur. et fam. libell.*

In bonis alicujus non est locus publicus. *Leg. Si in publico* 18 *ff. de aqua pluv. arcend.*

Loci utilitas debitori non tollenda. *Leg.* 2. *ubi gloss. ff. de eo quod cert. loc.*

Loca diversa, pretia diversa constituunt. *Leg. Ideo, ubi gloss. ff. de eo quod cert. loc.*

Inter plura loca copulative posita, videtur summa pro rata esse divisa. *Leg. Non utique* 3 §. *Si quis ff. eod.*

Non potest solvi quam in loco destinato. *Leg. Is qui* 10 *ff. eod.*

LOQUI

Vid. *Obscuritas — Plus*

Communis usus loquendi semper est attendendus. *Leg. Labeo ff. de suppell. legat*; *leg. Cum dilationis* §. *Asinam ff. de fund. instr.*

Absurdum est loqui, et vocem propriam ignorare, et prius determinare quam terminos intelligere. *Leg. Ut responsum Cod. de transact., leg.* 1 *ff. de orig. jur.*

Loquens indistincte, reprehenditur. *Leg. Final. ubi gloss. fin. ff. ad leg. Rodhiam.*

Loquentis persona in generali sermone continetur. *Leg. Paulus gloss. ultim. ff. de pignor; leg. Si mercedem §. fin. ff. de act. empt.*

LUCRARE — LUCRUM

Vid. *Concordia*

Non debet quis ex alieno damno lucrari. *Leg. Itaque* §. 1, *et leg.* 6 *in fin. ff. de jur. dot., leg. Quod si* 37 *ff. de haered. petit.*

Lucrum non intelligitur nisi damno deducto. *Leg.* 30 *ff. pro socio.*

Lucrum non acquirere unicuique licet. *Leg. Quod autem* 6 *alias leg. Qui autem ff. quae in fraud. cred., leg. Non fraudantur* 134 *ff. de reg. jur., leg. Alienationis verbum* 28 §. *qui occasione ff. de verb. signif.*

Lucrum non debet quis capere ex eo quo existit impugnare. *Leg. a te Cod. de pact. int. empt; leg. Quod si major* §. *restitutio ff. de minor; Cap. Olim. de censib.*

Lucrum percipere debet qui periculum sustinet. *Leg. Moschis* 47 *ff. de jur. fisci, leg. Julianus* 13 §. *Si quid* 18 *ff. de act. empt.*

Lucrum non facere, et damnum pati differunt. *Leg. Proculus* 26 *ff. de damn. infect.*

Lucrum facere ex aliena jactura nemo debet. *Leg. Quod si* 37 *ff. de haered. petit; leg. Si quis* 17 §. *Proculus* 4 *ff. de instit. act., leg. Naturaliter* 12 *ff. de cond. ind., leg. Itaque* §. 1 *ff. de dol. mal.*

Lucrum nemo ex suo dolo debet consequi. *Leg. Hoc edicto* 1 *ff. de dolo; leg.* 2 *ub. gloss.* 1 *ff. de eo per quem fact., leg. Ne ex* 13 *ff. de dolo mal.*

Lucrum in fraudem alterius nemo sentire debet. *Leg. Non tantum* 2 *Cod. qui milit. poss. vel non etc.*

Lucri et oneris eadem debet esse ratio. *Leg. Quaero* 28 *ff. de usufr.*

Lucri et damni eadem debet esse ratio et proportio. *Leg. Venditor* 2 §. *Sicuti* 9 *ff. de haered. vel act. vend.*

MAJOR — MAJUS

Vid. *Creditor* — *Minor* — *Pars* — *Restituere*

Majoris pretii minori accedere potest. *Leg. Justissime* 44 *ff. de aedil. edict.*

Majoribus causis praejudicium minores facere non debent. *Leg. Per minorem* 54 *ff. de judic.*

Major dignitas minori praefertur. *Leg. Ult. ff. de fid. instrum.*

Majoris authoritas excusat. *Leg. Injuriarum* 13 §. 4 *si quis ff. de injur. et fam libell.*

Majoris jussus excusat. *Leg. Quod Principis* 23 *ff. de aqua pluv. arc.*, *leg. Non est ff. de ritu nupt.*

Minus ad majus reduci non potest. *Auth. Permissa Cod. de donation.*

Major pars trahit ad se minorem. *Leg.* 2 *ubi gloss. ff. de rei vindicat.*

Majus ad minus reduci potest. *Aut. Permissa Cod. de donat.*

Major pars quod fecit, omnes facere dicuntur. *Leg. Et suum gloss. penult. Cod. de pactis.*

Majorum praecepta justa, vel injusta non contemnenda. *Leg.* 1 *ff. de oper. nov. nunciat.*

Majoribus periculis diligentius occurrendum. *Leg.* 1 §. *Sed et si quis ff. de Carb. edict.*

Cui conceditur quod majus est, utique et minus concedi videtur. *Leg. Filius famil.* §. *fin. ff. de donation.*, *leg. Marcellus. ff. de don. caus. mort.*; *leg. Non debet ff. de reg. jur.*

Si de quo minus inesse videtur inest, ergo de quo magis. *Leg. Qui testamento in princ. ff. de testament.*

Cui denegatur minus, denegatur et majus. *Leg. Qui indignus ff. de Senatorib.*

Refertur ad universos quod sit per majorem partem. *Leg.* 60 §. 1 *ff. de reg. jur.*, *leg.* 19 *ff. ad Munic.*

Quod major pars judicavit, omnes judicasse censetur. *Leg.* 18 *ff. de recept. arbitr.*

Major ratio elidit minorem. *Leg. Se debitori in fin. ff. de fidejuss.*, *leg. cui pacto ff. de serv. exportand.*

Summae majori inest minor. *Leg.* 1 §. *Si stipulanti ff. de verb. obl.*, *leg. Senatus* 15 *ff. de jur. fisci*, *leg. quoties* 9 *ff. de haered. inst.*, *Cap.* 1 *de arbitr. in* 6.

Magis ac minus non mutant rei speciem, aut naturam. *Leg. fin. ff. de fund. instr.*

Majus merito minori praefertur. *Leg. Quoniam* 4 *Cod. de ordin. judic.*

MALEFICIUM

Vid. *Delictum — Scaeleris.*

Voluntas et propositum distingunt maleficia. *Leg. Qui injuriae, et leg. Verum est ff. de furtis.*

In maleficiis voluntas spectatur, non exitus. *Leg. Divus ff. ad leg. Corn. de Sicar.*

In maleficiis si factum excedat voluntatem, attenditur factum non voluntas. *Leg. Si servus servum §. Si quis insulam ff. ad leg. Aquil., leg. Qui saccum ff. de furt.*

Maleficiis minime indulgendum. *Leg. In fundo ff. de rei vindic.*

Maleficiis, et delictis ante factum obviandum est ne committantur, post factum vero punienda sunt. *Leg. Nullus circa fin. Cod. de Summ. Trin. et fid. Cath.*

Maleficium committitur consilio. *Leg. Ex maleficio 4 ff. de oblig. et action.*

Maleficia puniri publice interest. *Leg. Licet §. 1 ubi gloss. ff. de procurat.*

Maleficia impunita esse non debent. *Leg. Locatio 9 §. 5 ff. de publican, leg. Si fil. fam., et leg. Si longius ff. de judic. leg. Ita vulneratus §. quod si quis ff. ad leg. Aquil.*

MALITIA

Vid. *Lex.*

Malitia supplet aetatem. *Cap. de illis 2 de despons. impub. Leg. Si alterius 3 Cod. Si min. se maj. etc.*

Malitia laudibus non debet extolli. *Leg. Cunctis. 1 Cod. de Mendic. valid., leg. 1 §. non enim ff. de serv. corr.*

Malitiis non idulgendum. *Leg. Cum in fundo 78 ff. de jur. dot., leg. Cum satis 22 Cod. de agric. et cens; leg. Si venditor 6 §. Si quid 1 ff. de serv. export.*

Malitia sua nemini debet esse lucrosa. *Leg. 1 ff. de dolo mal.*

Malitiam docent leges. *Leg. Observandum 19 ubi gloss. verb. detegit. ff. de offic. praesid.*

Malitiis hominum, obviandum est. *Cap. Sedes Apostolica de rescript., leg. In fundo ff. de rei vind.*

Malitiis non est via aperienda. *Leg. Cum hi §. Si cum lis ff. de transact., leg. Quoties in fine Cod. de fideicom.; leg. Si legatarius Cod. de legat.*

Ex malitia sua, nemo commodum reportare debet. *Leg. In fundo ff. de rei vind*; *leg. Itaque fullo ff. de furtis*, *Cap. Agnoscentes de constitut.*, *Cap. Sedes*, *et Cap. Plerumque de rescript.*, *Cap. Intelleximus de judic.*

MALUM — MALUS

Vid. *Bonus.*

Mali laudando augentur. *Leg.* 1 §. *non enim ff. de serv. corrupt.*

Non sufficit abstinere a malo, nisi fiat quod bonum est. *Leg. In illa ff. de stipulat*; *leg. Justitia ubi gloss. verb. cuique ff. de just. et jur.*

Malum facere videtur qui non studet ad bonum. *Leg. Qui liberos in fin. ff. de rit. nupt.*

Mali quam boni conditio melior esse non debet. *Leg. Non solum ubi gloss. fin. ff. de nox. action.*

De duobus malis minus est eligendum. *Cap. Duo* 13 *distinct.*, *leg. Quoties ff. de regul. jur.*

Minus malum comparatum ad majus, habet rationem boni. *Cap. Juravit* 22 *quaest.* 4.

Malis hominibus provincia purganda. *Leg.* 4 *ff. de cond. ob turp. caus.*, *leg.* 3 *et leg.* 13 *ff. de offic. praesid.*

Malos homines producit natio mala. *Leg. Quod si* §. *qui mancipia ff. de aedil. edict.*

In dubio potius bonum, quam malum praesumi debet. *Leg. Cum creditor ff. de furtis*, *leg. merito ff. pro socio.*

Malus eventus bonae intentionis minime imputatur. *Cap. de occidendo* 23. *quaest.* 5., *Cap. Illa* 15 *quaest.* 1.

Mala bonis mista, nocendi naturam deponunt. *Leg. Quod saepe* §. 3 *ff. de contrah. empt.*

Ab illicito principio, plurima mala sequuntur. §. *Consideravimus*, *et ibi gloss. in verb. illicito in auth. ut jud. si quo suffr. coll.* 2.

In malis quod minus est eligendum. *Leg. Si procurator.* 9 *ff. de dol. mal. et met. except.*. *Cap. Juravit*, *et Cap. Non solum* 23. *quaest.* 3.

Malis hominibus peccandi materia non est danda. *Leg.* 1 *in pr. ff. ad Sen. Cons. Macedon.*

Male agens, odit lucem. *Leg.* 1 §. *tria lumina*, *ubi gloss. ff. de ventr. inspic.*, *leg. Donator. ubi gloss. verb. occulte*,

Cod. de donation., *Cap. Consuluit* 24 *ubi gloss. verb. quia male. De offic. deleg.*, *Cap. Perniciosum* 18 *q.* 2.

Mala non sunt facienda, ut inde veniant bona. *Apost. ad Roman. Cap.* 12 *Relatus*, *Cap. Ex tuarum. de sortileg.*, *Cap. Super eo de usur.*

Malorum consortia saepe bonos corrumpunt. *Cap. Saepe* 28 *q.* 1.

Malus semel, semper praesumitur esse malus. *Leg. Filius* §. 1 *ubi Bart. ff. de accus.*, *Cap. Scribam. De praesumpt.*, *Cap. Semel malus. De reg. jur. in* 6.

MANDANS — MANDATOR

Mandator caedis, pro homicida habetur. *Leg.* 15 §. 1 *ff. ad leg. Corn. de sic. in edit. Goth.*

Mandans fieri homicidium, tenetur ut faciens illud. *Leg. Si per alium ff. ne quis eum*, *leg. Sed si unius* §. *Si servus. ff. de injur.*

Mandantis causa deterior nunquam fieri debet. *Leg. Praeterea* 3 *ff. Mandati.*

Mandans delictum, tenetur ex delicto. *Leg. Ait Praetor* 1 §. 5 *is quoque ff. de serv. corrupt.*

Mandans tenetur mandatarium servare indemnem. *Leg. Si servus* 70 *ff. de legat. et fideicom.* 1.

MANDATUM

Vid. *Mandans — Mandator — Procurator — Ratihabitio — Reddere*

Mandatum potest revocari, si de fide dubitetur procuratoris. *Cap. Alia quidam. de procuratorib.*

Mandatum non potest revocari nisi re integra. *Cap. Cum dilectus filius. de elect.*

Ad mandantis intentionem recurrendum est, cum de mandato dubitatur. *Cap. ad aures. de rescript.*

Mandatum speciale derogat generali. *Cap.* 1 *in fin. extr. de Rescript.*, *Cap. Studuisti de offic. legat.*

Ex temporis diuturnitate solum, mandatum non praesumi. *Bald. in leg.* 1 *Cod. de reb. alien.*

Mandatum de casu ad casum non extendi. *Cap. Susceptum de Rescript. in* 6.

Obligatio mandati consensu contrahentium consistit. *Leg.* 1 *ff. mandati.*

Fines mandati custodiendi sunt. *Leg.* 5 *et leg.* 46 *ff. mand. vel contr*; *Cap. Cum dilecta. de rescript. Cap. cum olim. de offic. deleg.*

Qui commendat, hominem non obligatur. *Leg.* 12 §. 12 *ff. mand. vel contr., leg.* 13 *Cod quod cum eo qui etc.*

Mandatum solvitur morte. *Leg.* 26 *ff. mand. vel contr, leg.* 15 *Cod. eod.*

Mandatum re integra finitur morte mandantis. *Leg. Mandata Cod. Mandati, leg. fin. ff. de solution*; *leg.* 26 *leg.* 27 §. 3 *et leg.* 58 *ff. mandati.*

Non solum fines, sed etiam omnes qualitates mandati exacta diligentia sunt servandae. *Cap. Cum venissent, de eo qui mitt. in posses*; *Cap. Pisanis. de restit. spoliat.*

Tacito consensu mandatum contrahitur. *Leg.* 6 §. *si passus et leg. qui fide ff. mandati, leg.* 6 *Cod. eod, leg.* 60 *ff. de reg. jur.*

Ratihabitio habetur pro mandato. *Leg.* 60 *ff. de reg. jur.*

Mandatum generale non porrigitur ad illicita, vel iniqua. *Leg. Quoties* 47 *ff. de peculio.*

Mandatum praesumitur revocatum ex mutatione mandatarii status. *Leg. Si quis* 18 *ff. de solut. et liber.*

Mandatum et in diem differri, et sub conditione contrahi potest. *Leg.* 1 §. 3 *ff. mandat.* §. 12 *Instit. tit. eod.*

Mandatarius laevissimam culpam praestat. *Leg. Qui filium* 22 *ff. de manumiss. test.*

Rei turpis, nullum mandatum est. *Leg.* 6 §. 3, *et leg.* 22 §. 6 *ff. mandati*, §. 7 *Instit. eod. tit.*

MANIFESTA

Manifesta probatione non indigent. *Leg. Cum dos.* 1 *ff. de dote praeleg., leg. Si vero ubi gloss. ff. qui satisd. cog.*

Manifesta non egent commendatione. *Leg. Utilitatem* 1 *ff. de exercit. act.*

MARITUS

Vid. *Bonum — Donatio — Dos — Onus — Uxor — Vir.*

Maritus continentiam, sine consensu uxoris vovere non potest. *Caus.* 33 *q.* 5 *quod autem.*

Maritus non potest imponere fundo dotali servitutes. *Leg. Julianus* 5 *ff. de fund. dotal.*

Maritus est dominus rei dotalis. *Gloss. in leg. Pater* 14 *verb. non inveniretur. ff. ad leg. Falcid.*

Maritus esse potest procurator uxoris, non autem curator. *Leg. Cum* 2 *Cod. de procurat., leg. Maritus* 2 *Cod. qui dar. tut. vel cur. poss. etc.*

Maritus non potest obligare res uxoris non consentientis. *Leg.* 5 *Cod. ad S. C. Vellejan.*

Maritus non debet lucrari ex damno mulieris. *Leg. Quoties* §. *quae sententia ff. de jur. dot.*

MASCULINUM — MASCULUM

Masculinum concipit foemininum, non e contra. *Leg.* 46 *ff. de legat.* 2; *leg.* 60, *et* 79 *ff. de legat.* 3.

Mas foeminae praefertur. *Leg. fin. ff. de fid. instrum.*

Masculus praesumitur prius nasci, quam foemina. *Leg. Idem. erit. gloss.* 2 *ff. de stat. hom.*

MATER

Vid. *Mulier — Pupillus.*

Mater filium non habet in potestate. *Leg. Adoptivum* 8 *ff. de in jus voc., Instit. de patr. potest.* §. *qui igitur infin.*

Mater filium vindicat. *Leg. Sed et si ff. de adempt. libertat. ubi gloss. verb. rem matri.*

Procurator filiorum, mater esse non potest. *Leg. Foeminas* 41 *ff. de procuratorib., leg. Alienam* 18 *Cod. eod.*

Qualis est mater, talis erit partus. *Leg.* 1 §. *ex hoc rescripto ff. de ventr. inspic., leg. Sed adde* §. *si quis mulierem ff. locati, leg. Curator. ff. de ventr. in poss. mitt.*

Mater non cogitur suscipere tutelam filiorum suorum. *Auth. Matri, et Aviae Cod. in quib. caus. tut., ubi gloss. in verbo permittimus.*

Mater tutrix filii, si transit ad secunda vota, desinit esse tutrix. *Leg. Omnem matri Cod. ad Sen. Cons. Tertyllian., leg.* 2 *Cod. Quand. mul. tut. off., Auth. Sacramentum Cod. eod.*

Mater semper certa est. *Leg. Quia ff. de in jus voc.*

Matris calamitas non debet ei nocere qui in utero est. *Leg. Et Servorum* 5 §. *ingenui ff. de stat. homin.*

Matris factnm filio non nocet. *Leg.* 3 *gloss. nec nocebit. ff. de jurejur.*

MATERIA

Major est diversitas respectn materiae, quam formae. *Bart. in leg. Paulus quaest.* 2 *ff. de solut.*

Majus est peccatum formae, quam materiae. *Leg. An inutilis ff. de acceptil.*

Voluntas duorum dominorum mescentinm materias, commune totum corpus efficit. *Leg.* 7 §. 8 *ff. de acquir. rer. domin.*

Materia, et materiatum snnt diversa, et de nna ad alternm non infertur. *Leg. Si convenerit* §. *penult. ff. de pign. act.*

Materia peccandi malis hominibus non est danda. *Leg.* 1 *in pr. ff. ad S. C. Macedon.*

MATRIMONIUM

Vid. *Judaeus — Sponsalia — Usus.*

Matrimonium non possnnt contrahere qui consentire non possunt. *Cap. Accessit. de despons. impub.*

Matrimonium coactum confirmatur copula sequente. *Cap. Significavit. de eo qui dux. in matrim.*

In matrimonio non currit praescriptio. *Cap. In praesentia de Sponsalibus.*

In matrimonio non habet locum transactio. *Cap. Ex parte de transactionib.*

Matrimonium libere contrahi debet. *Leg. Quidam* 1. *Cod. Si nupt. ex rescript. pet.*, *leg.* 19 *Cod. de nupt.*

Matrimonium coacte factum non tenet. 1 *Caus.* 15 *quaest.* 1 *ubi gloss. in verb. vult.*

Matrimoninm claudicare non potest. 2 *Caus.* 28 *quaest.* 2 *ubi gloss. in verb. relinquitur.*

Matrimonium raptoris, et raptae tenet. 7 *Caus.* 1 *quaest.* 7 *ubi gloss. in verb. tali conjugio*, 34 *caus.* 27 *quaest.* 2 *ubi gloss.*

Consensus contrahentinm in matrimonio necessarins, sed non parentum. *Concil. Trid. de reform. matrim. Sess.* 24 *Cap.* 1 *in pr.*

Matrimonia clandestina ab Ecclesia semper detestata est. *ibid.*

Matrimonia libertas non impedienda. *Concil. Trid. Cap.* 9 §. *Quare Sess.* 24 *de roformat. matrim.*

Vagantes non facile ad matrimonium recipiendi. *Concil. Trid. de reform. matr. Sess.* 24 *Cap.* 7.

Matrimonium non iteratur. 2 *Dist.* 95 *ubi gloss. in verb. sanctificato.*

Matrimonium ad tempus non contrahitur. 10 *Caus.* 27 *quaest.* 2 *ubi gloss. in verb. sacramentum.*

Matrimonium solo consensu contrahitur. *Cap. Cum locum de sponsalib.*, *Cap. Ex liberis de despons. impub.*

Post matrimonium contractum potest uxor ad probandum metum admitti. *Cap. Consultationi de Sponsalibus.*

Matrimonium fieri debet libere consensu. *Concil. Trid. de reform. matrim. Sess.* 24 *Cap.* 1 *in pr.*

Matrimonium si non est, nec dos. *Leg.* 3 *ff. de jur. dot.*

Matrimonia venalia esse non debent. *Leg. in pr. ff. de donat. int. vir. et ux.*

Matrimonii favore usum extendimus. *Leg. Caeterum* 4 *ff. de usu et habit.*

MEDICUS

Medici imperitia non imputatur percursori. *Leg. Si ex plagis ff. ad leg. Aquil.*

Medicus tenetur de imperitia. *Leg.* 7 *in fin. ff. ad leg. Aquil.*, *leg. Illicitas* 9 §. *sicut ff. de offic. praes.*, *leg. Ex maleficio* 4 *ff. de oblig. et act.*

Medicus contrahendo cum infirmo nulliter contrahit. *Leg. Si Medicus* 3 *ff. de variis*, *et extr. cogn.*

Medicus non semper sanat. *Leg. Illicitas* 9 §. 5 *ff. de offic. praes.*

Medici salaria ex publico habere debent. *Leg. Archiatri* 9 *Cod. de. profess. et medic.*

Medicus semel approbatus, reprobari potest. *Leg. Pomponius scribit*, *gloss. Semel. ff. de negot. gest.*

MEDIUM

In dubiis media via est eligenda. *Leg. Antiqui* §. *quidam ff. si pars haered. pet.*, §. *fin. Instit. quib. man. non licet.*

Medium inhabile impedit extrema habilia posse conjungi. *Leg. Qui sella §. fin. ff. de serv. rustic., leg. fin. ff. de fluminib., leg. Tria praedia ff. de servitut. urban. praed.*

Medium in dubio applicatur extremo potentiori. *Leg. Quaeritur ff. de stat. homin.*

Medium praesumitur probatis extremis, videlicet principio, et fine. *Leg. Sicut §. non videtur ff. quib. mod. pign. vel hypot. solv.*

Media talia praesnmnntur qualia sunt extrema. *Leg. Sicut §. non videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solv., leg. Existimo ff. de verb. signif.*

Media referuntur ad extrema. *Leg. Talis scriptura in fin. ff. de legat.* 1.

Medium tenuere beati. *Leg. Sed et si* 25 §. 16 *quod autem ff. de haered. pet., leg. Solent. in fin. gloss. avarissimum ff. de offic. procons.*

Medium tenendum. *Leg. Nec quicquam* 9 *ff. de offic. procons.*

Medium eligendum. *Leg. Nec supina* 6 *ff. de jur. et fact. ignor., leg. Cum eo* 44 *ff. de pact., leg. Solent.* 6 §. 3 *ff. de offic. procons.*

Medium quoddam est inter liberationem, et obligationem. *Leg. Stipulationum* 2 §. 1 *et harum ff. de verb. oblig.*

Medium temporis incapacitas instituto haeredi non nocet, si extremis temporibus reperitur capax. *Leg. Liber homo* 59 §. *si haeres ff. de haered. inst.*

MELIUS

Melius est in tempore occurrere, quam post tempus. *Leg. Cum* 8 *ff. de bon. quae liber.*

Melius fieri non videtur, quod fit contra domini voluntatem. *Leg. Quamvis* 8 *ff. de usufr.*

Melius dici potest quod non est deterius. *Leg. Cui bonis* 3 *ff. de novat.*

Melius praesumitur id quod electum est. *Leg. Plane* 94 *ff. de legat. et fideicom.* 1.

Melius dare non tenetur, qui in genere, vel incerto tenetur. *Leg. Si quid.* 18 *ubi gloss. in verbo ex bono ff. de aedil. edict.*

MEMBRUM

Membra debent cum suo capite conformari. *Cap. Si inimicus dist.* 93.
Membrum suorum nemo est dominus. *Leg. Liber homo ff. ad leg. Aquil.*
Membra a capite recedere non debent. *Cap. Cum non liceat* 12 *de praescript.*

MEMORIA

Memoria hominis labilis dicitur. *Leg. Peregre. ff. de acquir. possess.*
Memoria viri docti perpetua esse debet. *Dig. in proem. §. ne autem tertii.*

MENDACIUM

Mendacium necat privilegium. *Leg. Penult. Cod. Si contr. jus, vel ut ul. publ.*; *Cap. Sedes in fin. extr. de rescriptis.*
Mendacio defuncti haeres non tenetur. *Leg. Electio* 26 §. 2 *Item. ff. de nox. action.*
Abominatio est domino labia mendacia; qui autem fideliter agunt placent ei. *Prov XII.* 22.
Mendacium nocet. *Leg. Eum qui ff. Quod cum eo.*
Mendacium punitur. *Leg. fin. ubi gloss. fin. ff. de rei vind., leg. Inde Neratius §. haec actio ff. ad Aquil., leg. Si Servus ff. de interr. act., leg. Sed et si §. interdum ff. quod cum eo.*
Mendacium punitur quis, non taciturnitate. *Leg. Si filius ff. de interrog. act.*

MENDAX — MENTIRE

Mendax punitur. *Leg. De aetate §. si cum ff. de interr. act.*
Mentiri non licet. *ibid.*
Mentiens lucri causa, de dolo tenetur. *Leg. Et eleganter §. fin. ff. de donat.*
Mentiens ut vilius emat, non tenetur de dolo. *Leg. Si quis* 9 *ff. de dolo mal.*

Mendax praecator penitus carere debet impetratis. *Leg. penult. Cod. Si contr. jus vel util. publ. etc.*, *Cap. Sedes in fin. extr. de rescript.*

Nemo potest mentire impune. *Leg. Quisquis* 10 *Cod. de calumniator.*

MENS

Vid. *Intentio* — *Propositum* — *Voluntas*

Mens est potentior verbis. *Leg. Labeo in fin. ff. de suppell. legat*, *leg. Nominis et rei* §. *verbum ff. de verb. signif.*

Ubi mens est certa, de verbis non curatur. *Leg.* 3. *Cod. de liber. praeterit.*

Mens contrahentium inspicienda est. *Leg. Si quis* 6 *ff. commun. praed.*

Mens legis potiusquam verba servanda est. *Leg. Et si* 14 §. *generaliter ff. de relig. et sumpt. funer.*

Mens legislatoris semper est servanda. *Leg. Etiam* 13 *ff. de excusation.*

Propositum in mente retentum nihil operatur. *Leg. Si repetendi ff. de cond. ob caus.*, *leg. Cum in plures* §. *Locator. ff. Locati.*

Ei qui suae mentis non est, culpa imputari non potest. *Leg. Sed et si* §. 1 *ff. ad leg. Aquil.*

Mentem et voluntatem testatoris, ex ejus usu et verbis colligimus. *Leg. Haeres* 100 *ff. de legat. et fideicom.* 3.

Mentem testatoris inspicere debemus quam verba. *Leg. Fideicommissa* 11 *ff. de legat. et fideicom.* 3.

Mentem legantis inspicimus maxime. *Leg. Nuper.* 85 *ff. de legat.* 3.

Ubicumque constat de mente disponentis expressa vel praesumpta, verborum qualitas non attenditur. *Leg.* 3 *Cod. de liber. praeterit.*, *leg. Quoniam indignus. Cod. de Testament.*

Ubicumque de mente dubitatur, a verborum proprietate non receditur. *Leg. non aliter. in pr. ff. de Legat.* 3.

Ubicumque ex verbis simpliciter intellectis resultaret iniquitas, tunc a verbis receditur, et mens servatur. *Leg. Scire oportet.* §. *aliud. ff. de excus. tutor.*

Rea mens facit ream linguam. *Cap. Homines* 22 *q.* 2.

Mens debet attendi, praesertim in rescriptis. *Gloss. verb. intentiones. in Cap. Si propter. de Rescriptis in* 6.

Nullum majus est mentis nostrae testimonium quam qualitas inspecta verborum. *Bald. in Cap.* 1 *extr. de testib.*

Mens proemio colligitur. *Cap. Ex multa* 9 §. *Secundo quaesivisti. De Voto.*

MENTIO

Ubi requiritur specialis mentio non sufficit aequipollens. *Bart. in leg. Si quis in principio*, *ff. de legat.* 3.

MERCATOR

Mercator edere reo codicem rationum suarum, ut veritas appareat. *Leg. Non est* 5 *cod. de edendo.*

MERCES — MERX

Contrarium officio merces. *Leg.* 1 §. *Mandatum ff. mandat.*

Merces alienas mergere possum ut meas salvem. *Leg. Qui servandarum in pr. ff. de praescript. verb.*

Operarius dignus est mercede sua. *Matth.* 20, *Paul. ad Corinth.* 1 *Cap.* 3, *Cap. Quicumque* 12 *quaest.* 2, *Cap. Cum secundum de praebend.*

Merces bonorum operum expectanda. *Concil. Trid. Sess.* 6 *Cap.* 11 *in fin.*, *Cap.* 16 *et Canon* 33.

Mercem pro custodia accipiens, tenetur de periculo. *Leg. Qui mercedem ff. locati.*

METUS

Vid. *Contractus — Minae — Obligatio — Timor — Vis.*

Metus est nullus, si dolus est. *Leg. Et qui ff. ex quib. caus. maj.*

Metus ex solis minis non probatur. *Leg. Metus* 9 *Cod. de his quae vi etc.*

Metus initus bonae fidei contractus, nullus est. *Leg. Mulier gloss. utilem ff. quod met. caus.*

Metus levis non consideratur. *Leg. Interpositus* 13 *Cod. de transact.*

Metus suspicio, nihil operatur. *Leg. Metum* 9 *ff. quod met. caus.*

Metus stupri, major est quam mortis. *Leg.* 8 §. *quod si dederit ff. eod.*

Metus verborum non est justus metus. *Leg. Qui in aliena* 6 §. *Celsus* 7 *ff. de acquir. haered.*

Metum alienum in alienum praemium verti non posse. *Leg. Item* 14 §. 5 *ff. quod met. caus.*

Metus causa abest, qui timore mortis, vel cruciatus corporis abest. *Leg. Metus ff. ex quib. caus. maj.*

Metui voluntas inest. *Leg.* 1 *ff. quod met. caus.*

Metum justum faciunt minae sufficientes. *Leg. Metus gloss. fin. ff. ex quib. caus. maj.*

MEUS

Vid. *Conditio — Res.*

Quod meum est, possum stipulari mihi tradi, non mihi dari. *Leg. Scire* 29 §. *Si a fure. ff. de verb. oblig.*

Meum quod est, amplius meum effici non potest. *Leg.* 4 §. 1 *ff. de acquir. possess., Istit. de legat.* §. *Sed et quia nostra.*

Meum non immerito dicitur quod mihi debetur. *Leg. Si tibi pecuniam, in verb. meum ff. si cert. pet*; *leg. Si me et Titium in verb. pecunia, et leg. Ejus qui provincia, in verbo defuncti ff. eod, leg. Si pecuniam, in verb. tuam, Cod. de negot. gest., leg.* 1 *in verbo suum ff. quod cum eo etc.*

Commune quod est, meum est. *Leg. Si cum uno gloss. fin. ff. Si ex nox. caus.*

Meum est quod ex re mea superest. *Leg. Solum ff. de rei vind.*

Meum est quod pro parte meum. *Leg. Julia ubi gloss. ff. de jud.*

Meum id dicere possum in quo mea utilitas consistit. *Leg. Praetor. gloss.* 3 *ff. de edend.*

Cum judicatur rem esse meam, simul judicatur non esse alterius. *Leg. Pomponius* §. 1 *in fin. de procurat.*

MILES

Vid. *Doctor — Privilegium*

Miles potest pro parte testatus, et pro parte intestatus decedere. *Leg.* 19 §. *fil. fam. ff. de castr. pecul.*

Miles non tenetur nisi inquantum facere potest. *Leg. Miles ff. de judic.*

Milites magis arma, quam jura sciunt. *Leg. fin. §. fin. ff. de jur. delib.*

Miles habet beneficium, ut non exigatur ab eo nisi inquantum facere potest. *Leg.* 6, *et leg.* 18 *ff. de re judic.*

Miles est qui actu militat. *Leg. Fil. fam. §. Veterani ff. de procurat.*

MINAE

Minae elusoriae non sunt timendae. *Leg. Si quis §. planae gloss. modicum ff. de petit. haered.*

Minae sufficientes faciunt justum metum. *Leg. Metus gloss. fin. ff. ex quib. caus. maj.*

MINIMUS

Vid. *Minus*

De minimis considerationem non habendam. *Leg. Socio ff. de in integr. rest*; *leg.* 4 *in fin. ff. de aedil. edict.*

In odiosis minimum sequimur in dubio. *Leg. Semper in stipulationibus in fin.*, *et leg. Semper in obscuris ff. de regul. jur.*

MINOR

Vid. *Major — Pars — Restituere — Scire*

Allegans se minorem, debet probare se minorem. *Leg. Cum te* 9. *Cod. de probat.*

Minor in spiritualibus agit ut major. *Cap. fin. de jud. in* 6.

Minor non movetur dum speratur major. *Leg. Per minorem ff. de judic.*

Minor ad honores non admittitur. *Leg. de aetate ff. de minorib.*

Minor censetur major in beneficialibus. *Leg. Ait praetor* 7 *ubi gloss. verb aliud. ff. de minorib.*

Minor non restituitur contra casum fortuitum. *Leg. Verum* 12 *§. sciendum ubi gloss. verb. item non ff. de minorib.*

Minor summa inest majori. *Leg. Si unus §. si cum ff. de pact.*

Minori non datur doli actio. *Leg. In causae* 17 *§. Pomponius ubi gloss. verb. non in fin. ff. de minorib.*

In minore non praesumitur dolus. *Leg. Ubi gloss.* 2 *ff. edend.*

Non omnia quae minores gerunt irrita sunt. *Leg. Non omnia* 45 *ff. de minorib.*

Minorum consilium fragile. *Leg.* 1 *Vers. nam. ff. de minorib.*

Minoribus etiam bene gerentibus rem suam administratio rerum non datur. *Leg. Denique* 3 *ff. de minorib.*

Minoribus carens, majoribus frui non debet. *Leg. Cui pacto in fin. ff. de serv. export.*

Adversus negligentiam minor restituitur. *Leg. Denique* 3 §. *Et si haeres ff. de minorib.*

Minor fidejubere non potest. *Leg. Ait praetor* 7 §. *non solum ff. minorib.*

Minor deceptus succurritur. *Leg. Ait praetor* 7 §. *fin. ff. de minorib.*

MINUS

Vid. *Plus*

Plus, et minus non inducunt specificam differentiam. *Leg. fin. ff. de fund. instr.*

Plus, et minus non constituunt speciem, sed gradum. *Jas. in Leg. Imperium ff. de jur. omn. jud.*

Minus dicit, qui nihil dicit. *Leg. Non* 1 *Cod. ut quae des. advoc.*

In dubio assumimus quod est minus. *Leg.* 29 § *cum ita ff. de legat.* 3.

Minus tribuit, qui nihil tribuit. *Leg. Illud.* §. 1 *ff. de tribut. act.*

Minus validum jus non plus durat, quam magis validum. *Leg. Qui usumfructum* 3 *ff. de usufruct. pet.*

MISERICORDIA

Misericordia intempestiva reprobatur. *Leg. Si hominem ff. depositi.*

Misericordiam intempestive excercere, dolus est praesumptus. *Leg. Si hominem ff. depositi.*

MODICUM

Modica non nocent. *Cap. Si proponente* 42 *ubi gloss.* 1 *de Rescript.*

De modico non est curandum. *Leg. Si oleum* §. *fin.*, *et leg. seq. ff. de dolo, leg. In rebus* 18 §. *possunt. ff. commodati.*

Modica impendia non curantur. *Leg. In rebus* 18 §. *possunt ff. commodati.*

Modica incommoditas non curantur. *Leg. Habitatores ff. locati.*

Modica summa non curatur. *Leg. Si oleum* §. *merito ff. de dolo.*

Modicum sive augeat, sive diminuat, pro non adjecto habeatur. *Cap. Si proponente* 42 *ubi gloss. in verbo minus competens. De Rescriptis.*

Modicum tempus arbitrio judicis datur. *Leg. Non enim ubi gloss. ff. ex quib. caus. maj.*

Modicum tempus dicitur decem dierum. *Leg. Prommissor.* §. *si sine ff. de constit. pecun.*

Modicum temporis intervallum, non inducit diversitatem actuum. *Leg. Plerique ff. de ritu nuptiar.*

Modico praesenti contentos videmus multos. *Leg. Cum ij ff. de transact.*

MOLESTIA

Vid. *Evictio*

Denunciatio molestiarum debet fieri coram judice ubi lis est incohata. *Leg.* 29 §. *ult.*, *leg.* 39, *et leg.* 63 *ff. de eviction.*, *leg.* 8 9 20, *et* 23 *Cod. eod.*, *leg.* 1 *Cod. ubi in rem act.*

Ubi molestiae, ibi liberatio. *Leg.* 119 *ff. de judic.*

MOMENTA — MOMENTANEA

Momenta singula plerumque spectamus. *Leg. Si Servus* 34 *ff. de stipulat. servor.*

Momenta considerantur in usucapionibus. *Leg. Usucapione* 15 *ff. de divers. tempor. praescript.*

Momentanea causa dicitur, quae momento et facile amittitur. *Leg. Si Servus.* 4 *ff. eod.*

Momentanea aquae concessio, nihil proficit. *Leg.* 2 §. 10 *ff. de aqua et aq. pluv. arced, leg. Convenisse* 2 §. *omnes ff. de judic.*

MONACHUS

Vid. *Professus*

Quid acquirit monachus, Monasterio acquirit. *Cap. Cum ad Monasterium* 6. *De Stat. Monacor.*, *Concil. Trident. Sess.* 25 *de Regular. Cap.* 2.

Monachus mortuus reputatur. *Leg. Cum praetor* 12 §. *qui possunt ubi gloss. in potestate ff. de judic.*

Monachus testis esse potest. *Nov.* 123 *Tit.* 6 *de Sanct. Episcop. Cap.* 36 *in omnibus.*

Monachus judex esse non potest. *Leg. Cum praetor.* 12 §. *Qui possint.* 3 *ff. de judic.*

Monachus non facit habitus, sed professio. *Cap. Porrectum de regularibus etc.*

MONUMENTUM

Vid. *Census*

Monumenta extrui, et exornari religionis interest. *Leg.* 1 §. *Interdictum ff. de mort. infer. et sepulcr.*

MORA — MOROSUS

Vid. *Dies — Interesse — Interpellatio — Offerens — Periculum — Usura*

Moram non facit qui in vinculis est. *Leg. Sed et ff. de usur.*

Mora parva non aestimanda. *Leg. Si in lege* §. *Colonus ff. locat. cond.*

Non potest esse in mora, qui petit arbitrium rationibus expungendis. *Leg.* 63 *ff. de reg. jur.*

Mora unius, alteri non nocet. *Leg. Merito* 19 *ff. de vi, et vi arm.*

Mora vera plus operatur quam ficta, vel interpretativa. *Leg. Si fidejussor* 19 *ff. de dolo.*

Mora debitoris non inspicitur cum etiam creditor est in mora. *Leg. Si et per* 53 *ff. de act. empt.*

Mora faciendi operis, purgari potest. *Leg. Stipulationes* 72 §. *plane* 1 *ff. de verb. obligat.*

Mora magis perpetuat actionem, quam culpa. *Leg. Electio.* §. *neque in sum. ff. de noxal. action.*

Mora interveniente, mutatur natura contractus. *Leg. Necessarie* 8 *ff. de peric. et comm. rei vend.*

Morae tempus inspicitur regulaliter, non contractus. *Leg. Cum quis.* 22 *ff. de obl. et act.*

Mora modici temporis, magnum damnum, et praejudicium non continet. *Leg. Si debitori* 21 *ff. de judic.*

Mora constituitur interpellatione. *Leg. Si quis* 53 *ff. de fideicomm. lib.*

Ultima mora nocet. *Leg. Illud ff. de per. et com. rei vend., leg. Si mora, et leg. Semel mora ff. solut. matr., Leg.* 91 §. *sequitur ff. de verb. oblig.*
Moram ultimam, non primam observari. *Leg. Semel mora ff. Solut. matr., leg. Si servum §. sequitur ff. de stipulat, leg. Illud. ff. de per. et com. rei vend.*
Unicuique sua mora nocet. *Leg.* 173 §. 2 *ff. de reg. jur.*
Nonnullas moras exercitio judicii habet. *Leg.* 15 *ff. Ut legat. seu fideicom.*
Nulla intelligitur mora, ubi nulla petitio est. *Leg.* 127 *ff. de verb. obl., leg.* 88 *ff. de reg. jur., leg. Si pactum ff. de pactis, leg. Si cum §. quod si homo ubi gloss. triplici. ff. quod met. caus.*
Offerendo, mora purgatur. *Leg.* 73 §. 2, *et leg.* 91 §. 3 *ff. de verb. obl.*
Ubi dies, et poena, non admittitur morae purgatio. *Leg. Magna Cod. de contr. et committ. stipulat., leg. Trajectitie §. de illo. ff. de act. et oblig., leg. Insulam ff. de verbor. oblig.*
Licitum est moram purgare. *Leg. Interdum* 73 §. *Stichi. ff. de verb. oblig.*
Per interpellationem extrajudicialem, debitor constituitur in mora. *Gloss. in Leg. Qui Romae §. Cohaeredes ff. de verb. oblig., leg. Fidejussor obligari §. fin. ff. de fidejussor., leg. Amplius non ff. rem rat. hab.*
Mora purgatur post modicum tempus si actoris jus non est factum deterius. *Leg. Et si ff. si quis caut.*
Culpa et mora adstringunt ad casus qui sequuntur. *Leg. fin. Cod. ab turp. caus., leg.* 2 *Cod. de cond. furtiv., Cap. Unico. de Commodato, Cap.* 2 *de sponsalib. impuber.*
Mora regularis absque scientia, vel interpellatione non committitur. *Leg. Mora ff. de usur., leg. Titia §. Si usuras ff. de legat.* 2.
Mora non habet locum, nisi adversus eum qui est in dolo praesumpto, vel lata culpa. *Leg. fin. §. idem juris ff. ad leg. Rhod. de jact.*
Morae purgatio non admittitur, quando jus alterius est effectum deterius. *Bart. in leg. Si post tres. ff. si quis caut; leg. Et si ff. eod.*
Morae purgatio non admittitur, quando res non est amplius integra. *Bart. in leg. Si insulam ff. de verb. oblig.*

Morosus semper de periculo tenetur. *Leg. Mora* 32 *ff. de usuris.*

Non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri. *Reg.* 60 *de regul. jur. in* 6, *leg. Si pactus ff. de pactis.*

Qui sine dolo malo ad judicium provocat, non videtur moram facere. *Leg.* 63 *ff. de regul. jur.*

Mora semel commissa, non excusatur debitor ob impedimentum superveniens creditoris. *Leg. Evictis.* §. *post traditam ff. de usuris.*

Non videtur moram facere qui non solvit, sed bona fide ad judicium provocat. *Leg. Si quis solutioni in pr. ff. de usur.*

Nulla mora est, ubi nulla dilatio est. *Leg. Stichus* 33 *ff. de verb. oblig.*, *leg. Item* 4 §. 11 *ff. quod met. caus.*, *leg. Si pactus* 54 *ff. de pactis.*

Mora posterior nocet. *Leg. Illud servi* 169 *ff. de per. et comm. rei vend.*

Mora Rei nocet fidejussori. *Leg. Fidejussor* 16 *ff. de fidejuss. et mandator*; *leg. Si a colono* 8 *ff. de fidejussor*, *leg.* 49 *et leg. Mora* 88 *ff. de verb. oblig.*; *leg. Si quis ff. de usuris.*

Mora Rei non auget obligationem fidejussoris. *Leg. Centum* 8 *ff. de eo quod etc.*

Mora socii socio nocet. *Leg. In conditione* 133 §. *dolo* 3 *ff. de reg. jur*, *leg. Mora* 32 §. *Sed si duo* 4 *ff. de usuris.*

Morositas vitanda. *Leg. Solet* §. *non vero ff. de offic. procons.*

MORS

Vid. *Beneplacitum — Delictum — Fideicommissum — Mandatum.*

Ultimum terribilium mors. *Leg. Ultimum ff. de poenis.*

Mors omnia solvit. *Leg. fin. ff. de quaestionib.*, *Auth. de nuptiis.* §. *deinceps. col.* 4.

Egestare sordentibus mors est solatium, vita supplicium. *Leg. Quisquis* 5 §. *filiis Cod. ad leg. Jul. majest.*

Melior est mors, quam vita amara. *Eccles.* 30 17.

Moriens nunquam praesumitur immemor salutis aeternae. *Leg. Fin. Cod. ad leg. Jul. repet*; *Cap. Sancimus* 1 *q.* 7.

Mors numeratur inter casus fortuitos. *Leg. Interdum* 36 *ff. de judic.*

MOS

Boni mores, divitiis omnibus praeferuntur. §. *Sin*, *Instit. de suspect. tutor.*

Plus operantur boni mores, quam divitiae. *Leg. Scire oportet.* §. *Cum reliquis ff. de tut. et cur. dat.*

Mores boni, omnes divitias excedunt. *Leg. Magistros* 7 *Cod. de professorib. et medic.*

Moribus concessum, non est necesse legibus concedi. *Leg. Cum praetor* 12 §. 1 *ff. de Judic.*

Mores quos quis in se approbat, non potest in alio reprobare. *Leg. In Arenam* 11 *Cod. de inoffic. testam.*

MULIER

Vid. *Anulus — Domicilium — Donatio — Dos — Nobilitas — Pudicitia — Timor — Tutor — Uxor*

Praegnantis Mulieris, poena differtur quoad pariat. *Leg.* 3 *ff. de poenis*, *leg.* 2 §. *si non ff. si quis caut.*

Mulieres mariti dignitatem habent. *Leg.* 22 §. 1 *ff. ad Municip. et de incol.*

Mulieres appellatione etiam virgo viri potens continetur. *Leg.* 13 *ff. de verb. sign.*

Ter enixa videtur, etiam quae trigeminos peperit. *Leg.* 137 *ff. eod.*

Mulier contrahendo secundum matrimonium dicitur honeste vivere. *Cap. Nicena Synodus* 31 *distinct.*

Mulier non praesumitur in dubio, omnia bona sua in dotem dare. *Leg. fin. Cod. de repud*; *Auth. de nuptiis* §. *si quis enim.*

Mulieres non possunt carcerari pro debito, neque fiscali. *Auth. Sed hodie de offic. div. judic.*

Mulier propter imperitiam excusatur. *Leg.* 2 *ff. de inspic. ventr.*

Mulier in dubio prius mortua praesumitur, quam vir. *Leg. Qui duos* §. *si maritus ub. gloss. ff. de reb. dub.*

Mulier filios in potestate habere non potest. §. *Caeteri, Istit. de haered. qualit. et differ. et* §. *foeminae Istit. de adopt.*

Mulier tutrix esse non potest. *Leg.* 1 *Cod. quando mulier tutel. etc.*

Mulier pupillum substituere non potest. *Leg.* 2 *in pr. ff. de vulg. et pupill.*

Non potest mulier dare tutorem filio. §. *Permissum ff. de tutel*, *leg. Pater in pr. ff. de test. tut.*

Non potest mulier adoptare, nisi impetret a Principe. §. *Foeminae istit. de adopt.*, *leg. Si suspecto* §. *si his ff. de inoff. test.*, *leg. mulierem Cod. de adopt.*

Mulier in contractibus venit liberorum appellatione. *Bald. in leg. Sed si hac* §. *liberos ff. de in jus voc.*

Mulier filiis alienis tutrix dari nequit. *Leg. Quidam decedens* §. 1 *ff. de adm. tut.*

Mulier in testamento ad pias causas testis admittitur. *Bald. in leg. pen. in fin. ff. de sacros. ecles.*

Mulier in testamento inter liberos testis admittitur. *Gloss. in auth. quod sine Cod. de testam.*

Mulier probibetur esse testis in privata scriptura. *Leg. Scripturas Cod. qui pot. in pign. hab.*

Mulier nubendo mutat domicilium. *Leg. Cum quaedam* 9 *ff. de jurisd. omn. jud.*

Mulier dotis domina in quibusdam videtur. *Leg. Quamvis* 75 *ff. de jur. dot.*

Mulierum genus avarissimum. *Leg. Nesennius* 34 *ff. de negot. gest.*, *leg.* 3 *ff. ad S. C. Vellej.*

Mulier transiens ad secunda vota, liberorum tutelam amittit. *Auth. Sacramentum Cod. Quando mulier tut. offic. etc.*

Mulier donans, contra sexus naturam facit. *Leg. Stipulata* 34 §. *Si uxor. ff. de donat. int. vir. et ux.*

Mulier nimis arcta, non est sana. *Leg. Quaeritur* §. *mulierem ff. de aedil. edict.*

Mulier non praesumitur donare. *Leg. Nesennius gloss. e contrario ff. de negot. gest.*, *leg. Sed et si. in fin. ff. ad S. C. Vellej.*

Mulier viro rarissime donat. *Leg. Stipulata ubi gloss. in verbo solemne ff. de donat. int. vir. et ux.*

Mulieris imbecillitati parcendum. *Leg.* 2 §. *verba ff. ad S. C. Vellej.*

Mulieris naturale vitium ferendum. *Leg.* 2 §. *si non*, *ubi gloss. in verb. gravida. ff. si quis cautionib.*

Mulieris oportet accelerare nuptias ne quid turpe committat. *Leg. Oratione ubi gloss. verb. sufficiat. ff. de ritu nuptiar.*

Mulieris quam viri major castitas exigitur. *Leg. Palam. ubi gloss. verb. quae ff. de ritu nupt.*

Mulieris viscerum portio partus dicitur esse. *Leg. Si praegnans ff. de evict.*

Dolus non praesumitur in foemina. *Leg. Ubi* 8 *ubi gloss. in verbo nisi dolo. ff. de edend.*

Mulieri succurritur ob imperitiam. *Leg. De die* §. *si servus ff. qui satisd. cog.*

Mulieris qui acturae sint ignoratur. *Leg. Si Mulier* 16 *ff. ad S. C Vellejan.*

Mulierum calliditas auxilium non sumit. *Leg. Et primo* 2 §. *sed ita ff. ad S. C. Vellejan.*

Mulieribus decipientibus non subvenitur. *Leg. Et primo* 2 §. *Hoc enim. ff. ad S. C. Vellej.*

Mundum muliebris est, quo mulier mundior fit. *Leg.* 25 §. *muliebria ff. de aur. et arg. legat.*

MULTITUDO

Multitudo non excusat delictum. *Cap.* 2. *Ubi gloss. in verb. praeterire de Censib. in* 6.

Multitudo quandoque parcitur. *Cap. Quantumcumque* 1 *quest.* 7.

Multitudo delinquentium, delictum non minuit. *Cap.* 2 *ubi glos. in verb. praeterire de censib. in* 6.

Tres faciunt multitudinem. *Leg.* 85 *ff. de verb. signif., leg. Cum* 1 *ff. ad S. C. Syllan. et Claud.*

Difficile probantur quae fiunt in multitudine. *Leg. Si cum* 14 §. *in hac actione. ubi gloss. verb. ignorantiam ff. de eo quod met. caus.*

MULTUS — MULTUM

Vid. *Imperfectum — Jus — Permissio — Prohibitio*

Multa facta tenent, quae ab initio fieri prohibentur. *Leg. Patre furioso ff. de his qui sunt sui, vel alien. jur.*

Multa expressa nocent, quae tacita non obessent. *Leg. Non numquam ff. de cond. et demonstr.*

Multa transeunt in universo, quae singulariter non transirent. *Leg. quaedam ff. de acquir. rer. dom., leg. Immodicis ff. de contrahen. empt.*

Multa simul juncta prosunt, quae singula non sufficiunt. *Leg. Spadonem.* §. *Qui jura multa ff. de excusat. tutor.*

Multa propter importunitatem conceduntur, quae alias non concederentur. *Leg.* 1 *Cod. de petition. bon. sublat.*

Multa cadunt inter calicem, supremaque labia. *Leg. Naturalem* §. 1 *in fin. ff. de acquir. rer. dom.*, §. *fere Istit. de rer. divis.*

Multa possunt ad tempus prohiberi, sed non perpetuo. *Leg. Quintus. ff. de ann. legat.*

Multa honeste accipiuntur, quae tamen inhoneste petuntur. *Leg.* 1 §. *proinde ff. de veriis et extraor. cognit.*

Multa in consequentiam permittuntur, quae principaliter denegantur. *Leg.* 1 *ff. de auct. Tutor.*, *leg. Conditionibus pupillus. ff. de condit. et demonstr.*

Multa ex post facto tolerantur, quae ab initio prohibentur. *Leg. Circa ff. de inoffic. testam.*, *leg. Patre furioso ff. de his qui sunt sui*, *vel alien. jur.*

Multa licent, quae tamen honesta non sunt. *Leg. Non omne ff. de reg. jur.*

Multa tractantur quae non perficiuntur. *Leg. Si voluntate. Cod. de rescind. vendit.*

Multa dicuntur, quae non fiunt. *Leg. Sciendum* §. *dictum ff. de aedilit. Edict.*

Multa in solatium afflicti conceduntur, quae alias non concederentur. *Leg. Jure succursum ff. de jur. dot.*, *leg. fin. Cod. de istit. et substit.*, *leg. Unic. Cod. Si liberalit. imperial. soc.*

Multa facta tenent, quae de novo fieri prohibentur. *Cap. fin. de divortiis.*

Multa licent, quae tamen non expediunt. *Leg.* 1 *in princ. ff. de aqua quot. et aestiv.*

Non minus ardebunt, qui cum multis ardebunt. *Cap. Multi in fin. quaest.* 1.

Ab populum multum delictum transit inultum. *Cap. Quantumcumque* 1 *quaest.* 7.

Multa contra rigorem juris, pro libertate sunt constituta. *Leg. Generaliter* §. *Si quis servo pignorato ff. de fideicommis. libertat.*

Multa ex proposito facta possunt, quae casualiter non relevant. *Leg.* 2 *in fin. ff. de condit. et demostr.*

Ex multis concurrentibus augetur effectus. *Cap. Innotuit*, *vers. multa enim de election.*, *leg.* 1 *Cod. de fideicomm.*

Multa pro bono pacis tolerantur, quae alias prohibentur. *Cap.* 2 *in fin. de despons. impub.*

Multa esse dicuntur quae duo, vel tria. *Leg. Cum* 1 *ff. de Senat. Cons. Syllan. et Claud.*

Multorum opinio, dicitur majoris partis populi. *Leg. Cum* 30 *ff. de acquir., vel amitt. haered.*

MULUS

Mnlus non fit deterior castratus. *Leg. Aediles* §. *sed enim ff. de aedilit. edict.*

Mulus non generat. *Leg. Aediles* §. *sed enim ff. de aedilit. edict.*

MUNUS

Mnnus imponi non potest, honorem sustinenti. *Leg. Municeps.* 23 *ff. ad municipal.*

Munus personale non inducitur ratione possessionis. *Leg. Privilegio* 6 *Cod. de incol.*

Podagra non excusat a personali munere. *Leg. Podagrae* 3 *Cod. Qui morbo se excus.*

MUTARE — MUTATIO

Vid. *Actus — Favor.*

Mutatio pristinae formae, opus novum facit. *Leg.* 1 §. *opus novum ff. de nov. oper. nunciat.*

Mutatione qualitatis, rei substantia non mutatur. *Leg. Si fundus* §. *Si res ff. de pign.*

Nemo potest mutare consilium suum in alterius injuriam. *Leg.* 75 *ff. de regul. jur.*

Mutatio verbornm, mutationem dispositionis indicat. *Leg.* 4 §. *Praetor. ff. de damn. inf., leg. Statutum ff. de adm. tut.*

Mutari non potest quod nullum est. *Leg. Julianus* 11 *ff. qui satisd. cog.*

Mutata res, non facile redit ad antiquum statum. *Leg. Homo liber.* 2 *ff. de stat. hom., leg. Qui liberatus ff. de adoption.*

Post obligationem non licet mutare volnntatem. *Leg.* 1 §. *Si deposuero gloss. addition. ff. depositi.*

Mutari non debet aliquid propter parvam rem. *Leg. Scio* 4 *ubi gloss. in verb. summam ff. de restit. in integr.*

Mutari non debent quae certam semper interpretationem habuerant. *Leg. Minime* 23 *ff. de legib.*

Mutatione judicis, non mutatur judicium. *Leg. Proponebatur ff. de judic.*

Mutatione rei interit ususfructus. *Leg. Repeti ff. quib. mod. us. amitt.*

NARRATIO — NARRATIVA

Vid. *Preambolum — Proemium.*

Facti narratio non facit jus. *Cap. Ex Litteris. De fide instrum.*

NATIO

Malos homines producit natio mala. *Leg. Quod si* 31 §. *qui mancipia ff. de aedil. edict.*

Natio bona, bonos facit homines, mala malos. *Leg. Quod si* 31 §. *qui mancipia ff. de aedil. edict.*

Nationem cujusque scire nostram interest. *Leg. Quod si* 31 §. *mancipia ff. de aedil. edict.*

Nationem mores pendantur. *Leg. Quod si* 31 §. *mancipia ff. de aedil. edict.*

NATURA — NATURALIS

Vid. *Actus — Ars — Remedium.*

Ubi natura operatur, frustra requiritur ministerium hominis. *Leg. Si in duobus* §. 1 *ff. quemad. test. aper.*

Frustra quaeritur ars, ubi natura operatur. *Leg. Cit.*

Parium eadem est natura. *Leg. Si Socer in fin. ff. solut. matrim.*

Naturalia jure civili non mutantur. *Istit. de jur. natur.* §. *Sed naturalia.*

Ars naturam imitatur. §. *Minorem. istit. de adopt., leg. Si pater* 15 §. *ultim. ff. de adoption.*

Causa naturalis praefertur accidentali. *Leg. Qui habet in fin. ff. de tutel.*

Accidens non mutat naturam subjecti. *Leg. Naturalem* §. *Apum ff. de acq. rer. dom.*

Natura rei potius attendi debet, quam simplex nominatio. *Leg. Si uno ff. locati, Cap. Ea quae. de simonia.*

Naturaliter quod non potest fieri, non potest fieri secundum legem positivam, et ejus ordinationem. *Leg. Qui ad*

certum ff. locati, leg. lex Cornelia in fin. ff. de vulg. et pupill. substit., leg. Gallus §. Si ejus ff. de liber. et posthum.

Paria sunt aliquid esse impossibile naturaliter, vel de jure. *Leg.* 1 *ubi gloss. et leg. Filius ff. de condit. istit.*

Quae in rerum natura non sunt, pro non adjectis habentur. *Leg.* 135 *ff. de reg. jur., leg.* 97 *et leg.* 126 §. *ult. ff. de verb. oblig.*

Natura non audet quod lex negat. *Leg.* 2 §. *nec enim ff. de usufr. ear. rer. quae usu consum.*

Natura quandoque minus inspicitur quam accidens. *Leg.* 1 §. *item ubi gloss. verb. ex feritate ff. de postuland.*

Naturam rerum non intuendam in qua omnia certa sunt. *Leg. Sed et si* 28 §. *Sed et Sabinus ff. de judiciis.*

Nataurale foedus nihil saevi criminis aestimari permittit. *Leg. Non aliter* 7 *ubi gloss. ff. de usu et habit.*

Naturale impedimentum majus est quam accidentale. *Leg. Si serva* §. 1 *ff. de jur. dot.*

Naturalia jura civili ratione tolli non possunt. *Leg. Eas. ff. de capit. diminut.*

NATUS

Vid. *Filius — Legitimus — Partus — Venter.*

Natorum appellatio, et ad nepotes extenditur. *Leg.* 104 *ff. de verb. sign.*

Non dicitur natus, qui statim decessit. *Cap. Nam et ego de verb. signif.*

Universitati legatae, accedunt postea nata. *Leg. Grege* 21 *ff. de legat.* 1.

Delictum in non natis, non potest considerari. *Leg. Si quis Cod. de inoff. testam.*

In Civitate natus dicitur, qui in territorio natus est. *Leg. Filios.* 3 *Cod. de Municip. et orig.*

Pro nato habetur, qui in utero est. *Leg.* 7, *et leg.* 26 *ff. de stat. homin.*

NECESSARIUS — NECESSITAS

Vid. *Causa — Imputare — Lex — Locatio.*

Necessarium fit quod ab initio fuit voluntarium. *Leg. Servum, ubi gloss. fin. ff. de procurat.*

Necessariis oneribus succurrens, non videtur donare. *Leg. Si quis* §. *non enim ff. de donat. int. vir. et ux.*

Necessitas facit, ut alias prohibita concedantur. *Leg.* 1 §. *non aliter. ubi gloss. ff. de offic. ejus cui mand.*

Non succurritur ei qui se in necessitatem posuit. *Leg.* 2 §. *si quis tamen*; *leg. Si mulier ff. quod met. caus*; *leg. Si fidejussor* §. *si necessaria ff. qui satisd. cogantur.*

Necessitas non habet legem. *Cap. Consilium de observat. jejun*; *Cap. Quod non est de regul. jur.*, *leg. Tutor qui repertorium ff. de administr. tutor*; *leg. Ut gradatim* §. 1 *ff. de munerib. et honor*; *leg. non solum* §. *fin. ff. de excusat. tutor*, *leg. Unic.* §. *sane ff. de offic. Consul*; *leg. Item gloss. penult. ff. commun. divid.*

Propter necessitatem illicitum efficitur licitum. *Cap. Quod non est. de regul. jur.*

Favetur ei qui in necessitate est sine sua culpa. *Leg. Si fidejussor.* §. *si necessaria ff. qui satisd. cog.*

Necessitate permittitur quid, quod non voluntate. *Leg.* 1 *ub. gloss.* 3 *ff. de fund. dot.*

Necessitas excusat juramentum. *Cap. Si vero. de jurejurand.*

Necessitate urgente multa licent, quae alias non licerent. *Gloss. Cap.* 26 *de consecrat. dist.* 5 *vers. fame.*

Necessitas contraria est voluntati. *Gloss. Cap.* 8 *Caus.* 32 *q.* 4 *vers. fame.*

Necessitas votum excusat. *Gloss. Cap.* 1 *Caus.* 33 *q.* 1 *vers. conditione.*

Necessitate delinquens poenam non meretur. *Dist.* 13 *Item adversus ubi gloss. vers. item adversus in fin.*

Extrema necessitas, excusat a poena. *Ghot. in Leg.* 122 *ff. de reg. jur.*

Necessitas ordine non servat. *Leg. Ut gradatim in prin. ff. de Munerib. et honorib.*

Necessitas non habet meritum, sed voluntas. *Bald. in Leg. Ex placito. Col.* 3 *Cod. de rer. permut.*

Voluntariae necessitati, minime succuritur. *Leg. Si fidejussor* §. *qui necessariam ff. qui satisd. cogan.*

Quae ab initio sunt voluntatis, ex post facto sunt necessitatis. *Leg. Sicut Cod. de act. et obligat.*

Verba potestativa non inducunt necessitatem. *Leg. Saepe ff. de offic. praesid*, *leg. Non quicquid ff. de judic.*, *leg.* 1 *Cod. Quo et quand. jud.*

Verba legis imperativa ad privatum favorem prolata, necessitatem non inferunt, sed consilium. *Leg. Age cum geminiano Cod. de transact.*

In necessitatibus, leges non servari. *Leg. Ut gradatim §. 1 ff. de muner. et honor.*

In necessitatibus nemo liberalis existit. *Leg. Rem legatam ff. de alim. legat., leg. Proxime ff. de rit. nupt.*

Necessariorum omissio vitiat actum. *Leg. Testamentum Cod. de testam, leg. Fulcinius 7 §. 7 ff. quib. ex caus. in*

Quae propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi. *Leg. 162 ff. de reg. jur.*

Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum. *Cap. Quod non est extr. de reg. jur.*

Cum magna utilitate, et e contra, magna utilitas cum necessitate comparatur. *Cap. 17 Tali 1 q. 7, Cap. Exposuisti 33 de praebend.*

Infinita aestimatio est necessitudinis. *Leg. 176 §. 1 ff. de reg. jur.*

Lex subjacet necessitati, non è contra. *Leg. Aliquando ff. de offic. Procons., leg. Si quis filio ff. de injusto, rupto etc., leg. 1 Cod. de oper. libet, leg. Pro Tyronibus Cod. de privil. dom. August., Cap. Licet. de feriis, Cap. 5 in fin. de consuetud.*

NEGARE — NEGATIO — NEGATIVA

Vid. *Propositum*

Duae negativae affirmant. *Leg. Hujus edicti. 1 ff. ex quib. caus. major., leg. Fluminum 24 ff. de damn. infect., leg. 1 Cod. de serv. fug., leg. Qui testatur 1 §. Sin autem ff. de haered. instit.*

Probatur negativa facti quando habet in se implicitam affirmativam. *Cap. Super hoc de renunciat.*

Qui de uno negat, de altero affirmare videtur. *Leg. Ait Praetor §. Sed quod ff. de minorib.*

Negativa facti potest praesuntive probari. *Cap. Tam litteris 33 de testib.*

Affirmatio, et negatio reducuntur ad idem genus. *Leg. Si mora, ubi gloss. ff. sol. matr.*

Negantis factum per rerum naturam nulla est probatio. *Cap. Bona de election., Cap. Super hoc. de renunciatione, leg. Actor 23 Cod. de probat.*

Negativa mera, et simplex, probari non potest. *Cap. Cum Eclesia sutrina. vers. nos igitur, se causs. pross. et prop., leg.* 23 *Cod. de probat.*

Negatio facit rem dubiam. *Cap. Veniens* 13 *de suppl. neglig. Praelat*, *leg. Si debitor.* 42 *ff. de haered. pet.*, *leg. Non solum* 36 §. 1 *ff. de procurat.*

Negatio plus tollit, quam ponit affirmatio. *Leg. Filiusfam.* §. 1 *Cod. de donat.*, *gloss.* 1 *in leg. Jurisgentium* §. *sed si fraudandi ff. de pactis*; *Cap.* 1 *de reg. jur. in* 6.

Negans non tenetur probare. *Leg.* 2 *ff. de probationib.*

Negantibus decem minus creditur, quam duobus affirmantibus. *Leg. diem* §. *si plures gloss. fin. ff. de recept. arbitr.*

Negare quod quisque accepit, bonae fidei non convenit. *Leg. Quod servus ff. depositi.*

Negationes duae aequivalent affirmationi. *Leg. Jurisgent.* §. *si paciscar. gloss. nec quasi. ff. de pactis.*

Negativa facti numquam probatur. *Leg.* 2 *gloss.* 1 *ff. de probat.*

NEGLECTUS

Vid. *Negligere*

Quae notabiliter facta sunt nisi specialiter notentur, quasi neglecta videntur. *Leg. Item apud Labeonem* §. *ait praetor. ff. de injur.*

NEGLIGENS — NEGLIGENTIA

Vid. *Injuria — Notabilis*

Negligenti non ignoscitur. *Leg. Pupillus* 24 *ff. quae in fraud. cred.*

Dissoluta negligentia prope dolum est. *Leg.* 29 *ff. Mandati.*

Negligentibus non subvenitur. *Leg. Si Valerianus* 1 *Cod. de restitut. milit.*

Negligentia omnia laedit. *Leg. Divus ubi gloss. fin. ff. de offic. praes.*

Negligentia obsentium praesentibus nocere non debet. *Leg. Si pariter* 9 *ff. de liberal. caus.*

Propter negligentiam amittitur jus eligendi. *Cap. Ult. de suppl. neglig. Praelat.*

Legis factum excusat hominis negligentiam. *Leg. Si puellam Cod. si mancip. fuer. alien.*

Non negligentibus sed impotentibus succurrendum. *Leg. Non enim ff. ex quib. caus. major.*

Negligentia alicui imputari non debet. *Leg. fin. §. si ea conditione ff. ad leg. Rhod. de jact.*

Negligentia unius alteri nocere non debet. *Leg. Rem haereditariam in fin. ff. de evict., leg. 3 ff. de transact., leg. fin. ff. ad S. C. Syllan., leg. Non debet ff. de reg. jur., leg. Electio, gloss. noceat. ff. de noxal.*

Negligentia non imputatur ubi diligentia nihil proficeret. *Leg. fin. §. si ea conditione ff. ad leg. Rhod. de jact.*

Negligentia imputari non debet ignoranti. *Leg. Si quis in gravi ff. ad S. C. Syllan.*

Negligens in officio suo punitur. *Leg. Divus in fin. ff. de offic. praesid.*

Negligens rem suam nulli querelae subjectus est. *Leg. Si quid §. sicut. ff. de petit. haered.*

Negligenti versari damnosum. *Leg. Non ob. ff. pro socio.*

Negligentia infirmi non imputatur percussori. *Leg. Si ex plagis ff. ad leg. Aquil.*

Negligentia in Judice damnatur. *Leg. Sed et si §. ait praetor ff. ex quib. caus. maj; leg. 8 §. Si praetor. ff. de transact.*

Negligentia subjecti nocet majori ejus. *Leg. Facta ubi gloss. margin. ff. de negot. gest.*

Negligentia nocet. *Leg. Pecuniae ff. de usuris.*

Negligentia reprobatur. *Leg. Regula §. quid enim ff. de jur. et fact. ignor.*

Negligentiae ad negligentiam fit compensatio. *Leg. Si ambo ff. de compensationib.*

Negligentiam suam non debet quis ad alterius injuriam referre. *Leg. Imperatores ff. de transaction.*

NEGLIGERE

Quod possidetur in communi negligi semper solet. *Leg. 2 Cod. quand. et quib. quart.*

Negligere potest quis rem quam tenet ut suam. *Leg. Si quid §. sicut ubi gloss. ff. de pet. haeredit.*

NEGOTIUM

Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. *Cap. 1 ne Cleric. vel monach.*

Plura sunt negotia quam vocabula. *Leg.* 4 *ff. de praescript. verb.*

Negotiis nemo diu invitus avocandus est. *Leg. Convenisse* 2 §. *legatis* 3 *ff. de judic.*

Non debet quis a negotio avocari. *Leg. Observari ubi gloss. in verb. occurrant. ff. de offic. procons.*

Negotia saepe mutantur. *Leg. Neque ubi gloss. in verb scribi ff. de legib.*

Improbe ad aliena negotia accedit, qui suo lucro non alterius commodo studet. *Leg. Si pupilli* §. *sed et si ff. de negot. gest.*

NEPOS

Vid. *Avus — Exhaeredatio — Filius.*

Filiorum appellatione regulariter continentur nepotes ex filiis. *Leg. Filii*, *leg. Justa*, *et leg. liberorum ff. de verb. signif.*

Nepos ex filio est in potestate avi, et non patris vivente avo. §. *Fin. istit. de patr. potest*; *et sub. tit. quib. mod. jus patr. potest. solv. in pr., leg. Sic eveniet ff. de adulter*; *leg. fin. Cod. de legit. tutor*; *leg. Liber homo* §. *fin. ff. de acquir. rer. dom.*

NESCIRE

Paria sunt nescire, et dubitare. *Leg. Manifestissimi Cod. de furtis.*

Paria sunt nescire, vel non posse. *Leg. In actione vers. plane ff. de furtis.*

NIHIL

Parum, et nihil aequiparantur. *Gloss. extr.* 2 *Joan. XXII. vers. fugere de elect., leg. Si fundum ff. de fund. dot.*

Nihil, et inutile aequiparantur. *Leg.* 4 §. *condemnatum ff. de re jud., Cap. Sicut urgeri* 1 *q.* 1.

Ex nihilo nihil fit. *Leg. Sejae ff. de tutor. et curat*; *leg. ejus ff. de reb. dub., leg.* 2 *ff. de usufr.*

Nihil, et minus aequipollent. *Leg. Illud.* §. 1 *ff. de tribut. action.*

NOBILITAS

Nobilitas non dicitur a matre. *Bald. in leg. liberos in fin. ff. de Senat.*

Mulier nobilitatem quam acquisivit propter virum, statim perdit cum alteri inferiori nubit. *Leg. Cum te* 10 *Cod. de nupt.*

NOCERE

Vid. *Damnum — Facere — Mora — Prodesse*

Quilibet debet esse intentus ne noceat. *Leg.* 1 *ubi gloss. in verb. quam minimo ff. de peric. et comm. rei vendit.*

Nocens esse nemo desinit poenitentia. *Leg. Quid sit* 17 *ff. de aedilit. edict.*

Nocere aliis non debet res inter alios acta. *Leg. Quia ff. de jurejur.*

Nocere non debet unius negligentia alteri. *Leg. Si ex ff. de neg. gest.*

Quae nobis non nocet, et aliis prosunt, sustinere debemus. *Leg. Arbiter gloss. futurum ff. de recept. arbitr.*

Paupertas nocet. *Leg. Si quis §. in servos. ff. de jurisd. omn. jud.*

Nocivus cuique suus dolus. *Leg. Si cum ff. de eviction.*

NOLLE

Vid. *Posse.*

Non dicitur nolle qui velle non potest. *Leg.* 4 *ff. de acquir. haered*; *leg. Pater. in pr. ff. de condit. et demonstr.*

Paria sunt nolle, et non posse. *Leg.* 3 *Cod. de haered. instit*; *leg.* 1 *§. usus ff. de Procurator.*

Non potest liberalitas nolenti acquiri. *Leg.* 19 *§.* 2 *ff. de donat.*, *leg.* 69 *ff. de reg. jur.*

Nolle facere videtur, qui quod potest facere, non facit. *Leg. Quid* 7 *ubi gloss. in verb. nolle ff. de aedilit. edict.*

NOMEN

Vid. *Error — Licere — Venditio.*

Nominum originem sciendam. *Leg.* 1 *in pr. ff. de just. et jur.*

Paria sunt aliquid proprio nomine significare, vel aliter demonstrare. *Leg. Certum ff. Si cert. pet.*

Nomine plerumque argumentatur. *Leg. Illicitus* 6 §. *de offic. praesid.*

Nomina propria viriles inducere partes, appellativa vero haereditarias. *Leg. Turpia* §. *fin.*, *et leg. Si haeredes ff. de legat.* 1.

Nomine proprio res vocetur, an digito monstretur, non refert. *Leg. Certum est ff. si cert. petatur.*

Nominis proprii errorem dispositionis non vitiare, secus appellativi. *Leg. Si quis in fundi vocabulo ff. de legat.* 1.

Nomen debet esse consequens rei. §. *est aliud. istit. de donat*; *Dig. in proem.* §. *cujus auditores gloss. fulgere.*

Diversitas nominum arguit rerum diversitatem. *Leg. Si idem Cod. de Codicill.*

Carens nomine, effectu carere debet. §. *Si adversus istit. de nupt.*, *leg. A nullo* 4. *Cod. de feriis.*

Nemo alieno nomine lege agere potest. *Leg.* 123 *ff. de reg. jur.*

Non sic homo supinus, imo magis stultus invenitur, ut suum nomen ignoret. *Leg. Ult. Cod. de haered. instit.*

Nihil in corporibus, sed omnia in nominibus sunt. *Leg. Haeredes* 26 *ff. famil. erciscund.*

Non est verisimile in suum nomen quemquam errasse. *Leg. Ult. Cod. de haered. instit.*

Nominis vice fungitur demonstratio. *Leg. Certum in pr. ff. si cert. petatur.*

Diversitas nominum, diversitatem locorum inducit. *Leg. Si idem Cod. de codicill.*

Nominis error nil facit cum de corpore constat. *Leg. In venditionibus* §. *nihil ff. de contrah. empt.*

Error nominis non vitiat dispositionem, si constat de intentione, seu corpore. *Leg. Si quis in fundi vocabulo ff. de legat.* 1, *leg. Si me in vacuam* 34 *in pr. ff. de acquir. possess*; *leg. idem Pomponius* §. *cum in rem ff. de rei vidicat.*

Nomen conveniens rei esse debet. *Leg. Necessarium* 2 §. 17 *ff. de orig. jur*

Nomine filii pater non tenetur. *Leg. Tam ex* 57 *ff. de judic.*

NOMINATUS

Primo nominatus, censetur magis dilectus. *Leg. Quoties ff. de usufruct.*

Nominatus expresse praefertur nominato in genere. *Leg. Cum ita §. fin. ff. de legat.* 1.

Nominatus expresse praesumitur magis dilectus quam nominatus in genere. *Leg. Quoties ff. de usufruct.*

NOSTRUM

Nostrum esse verius est, quod e re nostra fit. *Leg. De eo §. item ff. ad exhibend.*

Quod nostrum non est transferimus ad alium. *Leg.* 69 *ff. de usufruct. etc.*

Nostra omnia facimus, quibus autoritatem nostram impartimur. *Leg.* 1 *§. omnia Cod. de vet. jur. enucl., gloss. in verb. Consule in §. plebiscitum. istit. de jur. natural.*

Id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest. *Leg. Vel. inutilium ff. de usufr., leg.* 11 *ff. de reg. jur.*

Semel nostrum, amplius nostrum fieri non potest. *Leg. Si finita* 15 §. 15 *ff. de damno infecto, leg. qui bona* 23 *ff. de acquir. rer. domin.*

NOTABILIS

Notabilia, nisi speciatim notentur, quasi neglecta videntur. *Leg. Item is §. ait Praetor ff. de injur.*

NOTARIUS

Vid. *Tabellio*

Notarius potest aliis personis etiam absentibus stipulari, et acquirere. *Leg. His verbis, et leg. Non aliter ff. de adopt. leg.* 2 *et* 3 *ff. rem pup. salv. for., leg.* 1 *Exigere ff. de magistrat. conven.*

Error notarii non vitiat instrumentum. *Leg. Si Librarius ff. de reg. jur.*

In notario potius praesumitur error et oblivio, quam falsum. *Leg. penult. Cod. de his qui sibi adscrib., leg. quoties §.* 1 *ff. de haered. instit.*

Notarius de instrumento rogatus, si neget se rogatum, dicitur falsarius. *Leg. Si testamentum Cod. de testament.*

Notarius si est malae famae, ejus liber non facit fidem. *Leg.* 1 *in pr. et leg. Si quis* 6 *ubi glos. de fide editionis ff. de edend.*

Notarius vendere, seu donare potest protocollum. *Leg. Quaedam* 9 §. *is autem ubi gloss. ff. de edendo.*

Notarii cogendi sunt edere sua registra. *Leg. Argentarius* 10 *ff. de edendo.*

NOTORIUS

Notoria sunt magnae importantiae, et propterea sepe receditur a regulis juris. *Leg. Patre vel marito ff. de quaestionib., leg. pen. Cod. de probat.*

Notoria, probatione non indigent. *Cap. Super eo* 3 *de testib., Cap. A vestra de hab. Cler. et mul., leg. Si vero* 5 *ff. qui satisd. cogan., leg. Ex empto* 11 §. 12 *ff. de act. empt.*

Notorium tollit ignorantiae praesumptionem. *Leg. Pessimum* 1 *ff. de receptatorib.*

In notoriis ad cauthelam testes recipiuntur. *Cap. Bonae memoriae* 1 *de election. etc.*

Notorium est quod major pars populi scit. *Leg. Titius* 76 *ubi gloss. margin. ff. de procuratorib.*

NOVARE — NOVATIO — NOVUM

Vid. *Auxilium — Delegatio — Procurator — Sententia — Stipulatio*

Novata debiti obligatio pignus perimit. *Leg.* 11 §. 1 *ff. de pignor. act.*

Qualiscumque obligatio novari verbis potest. *Leg.* 1 §. 1 *et leg.* 2 *ff. de novation. et delegat.*

In duobus reis promittendi frustra timetur novatio. *Leg.* 3 *Cod. de duob. reis.*

Jure novationis liberatur debitor, quamvis creditor a novo debitore non faciat exactionem. *Leg.* 3 *in fin. Cod. de novat. etc.*

Quae de novo emergunt, novo indigent auxilio. *Leg. de aetate* §. *ex causa ff. de interr. act., Cap. penult. de cler. non resid., leg. Ex facto ff. de vulg. et pupill., leg. Si ab arbitrio* 10 *ff. qui satisd. cog.*

Novatione tollitur prima obligatio. *Leg. In persona* 30 §. 1 *ff. de pactis.*

Novissimae voluntates servandae. *Leg. Translatio* 6 *ff. de adimend. vel transfer. legat.*

Nova placent. *Dig. in Proem.* §. *autem* 2.

Nova constitutio cum sit, debet esse evidens utilitas. *Leg. In rebus ff. de constit. Princ.*

NOXA

Vid. *Culpa.*

Noxa caput sequitur. *Leg. Rem mihi ff. commodati*, *leg.* 2 *ff. si ex noxal. caus.*, *leg.* 1 §. *si apud ff. depositi.*

Noxae appellatio, omne delictum continet. *Leg. Lucius* 11 *ubi gloss. in verbo simplae ff. de evictionib.*

Noxam maleficia sequuntur. *Leg.* 2 *apud Jul. ubi gloss. fin. de haered. vel act. vend.*

Noxia est delictum. *Leg.* 1 §. *noxia ff. si qua paup. fec. dic.*

NULLITAS — NULLUS

Vid. *Annullatio* — *Effectus.*

Actus invalidus, et nullus aequiparatur. *Leg. Si aut nullum. Cod. de legit. haered.*

Nullius quod est, occupanti conceditur. *Leg.* 1 *ubi gloss. in verb. Nullius ff. de rer. divis.*

Quod nullum est, extendi non potest. *Leg.* 1 *et* 2 *ff. de judic.*, *leg. Sed si manente ff. de precario.*

Nullum ab initio, non convalescit ex tempore. *Leg. Quod initio* 30, *et leg. pen. ff. de reg. jur.*, *Cap. Quod sicut de electione*, *Cap. Non confirmatur de reg. jur. in* 6.

Paria sunt actus non esse nullum, vel de nullitate opponi non posse. *Gloss. in leg. Qui habebat* §. 1 *in verb. Consilium in fin. ff. de manumiss. testam.*

Quod est nullum, non potest annullari. *Leg. Nam et si ff. de inj. rupt. et irr. test.*

Ea quae sunt nulla non sunt in consideratione. *Leg.* 4 §. *condemnatum ff. de re jud.*, *leg. Non putavit* §. *non quaevis ff. de bon. poss. contr. tabul.*

Quod nullum est, non operatur. *ibid.*, *et leg. Quoties ff. qui satisd. cog.*

Quod nullum est, nullum parere potest praejudicium. *Leg. Quoties ff. qui sat. cog.*

Paria sunt non esse, ac nullum esse. *ibid.*

Nullum quod est, nullum producit effectum. *Leg.* 4 §. *condemnatum ff. de re jud.*, *leg. Non putavit* §. *non quaevis*

ff. de bonor. poss. contr. tab., *leg.* 2 *ff. de auctor. tut.*, *leg. Si aut nullum Cod. de leg. haered.*, *leg. Non dubium Cod. de legib.*, *Cap. Illud de jurepatron.*, *Cap. Non praestat. de regul. jur. in* 6.

Nullum ipso jure, non praestat impedimentum. *Leg.* 4 §. *condemnatum ff. de re jud.*, *Cap. Consideravimus de electione*, *Cap. Quia contra jus*, *et Cap. Non praestat.* 52. *De reg. jur. in* 6.

Nullum quod est ab initio, ipso jure ratificari non potest. *Gloss. ult. in Cap. Cum nos. De his quae fiunt.*

Nullum quod est, rescindi non potest. *Leg. Nam et si sub conditione ff. de injusto rupto etc.*, *leg. Obligare* §. *tutor. ff. de auctor. tut.*, *Cap. Ad dissolvendum de desponsat. impuber.*

NUMERUS

Vid. *Major.*

Pluralitas duorum numero contenta est. *Leg. Ubi numerus. ff. de testib.*

In numeris non datur ratio. *Leg.* 1 §. *Pueritiam*, *ff. de postul.*

Pluralis numerus saltem dualitatem requirit, nec uno contentatur. *Leg. Libertas* §. *ult. ff. de manumis. testam.*, *leg. Inter illa* §. *fin. ff. de verb. Obblig.*, *leg. Ult. ff. ad S. C. Trebell.*, *Cap. Pluralis locutio* 40 *ff. De reg. jur. in* 6.

Numerus testium supplet, quod in fide deficit. *Leg.* 3 *ubi gloss. in verb. numerus ff. de testib.*

NUPTIAE — NUBERE

Vid. *Matrimonium — Sponsalia.*

Nuptiae filium probant. *Leg. filium gloss. fin. ff. de his qui sunt sui*, *vel alien. jur.*

Nuptiae mulieri debent accelerari ne quid turpe committat. *Leg. Oratione ff. de rit. nupt.*

Si vis nubere, nube pari. *Leg. Quaero* 61 *ubi gloss. in Additio ff. de jur. dot.*

Nupta non videtur, quae virum pati non potest. *Leg. Penult. ff. Quando dies legat. ced. etc.*

OBEDIENTIA — OBEDIRE

Obedire debet filius patri. *Leg.* 2 *ff. de just. et jur.*, *leg. liberorum gloss. fin. ff. de his qui not. infam.*

Debet servus obedire domino. *Leg. Si Serv.* 21 *ff. de noxal. act.*

Obediendi parcitur. *Leg. Liberorum* 11 §. 4 *ff. de his qui not. infam.*

Obedientia debita excusat a delicto. *Leg. liber homo ff. ad leg. Aquil.*

Patriae, et Parentibus parere tenemur. *Leg. Veluti ff. de justitia et jure.*

OBLATIO

Vid. *Offerens.*

Oblatio debiti fieri creditori a debitore debet congruo loco et tempore. *Leg. Paulus* 101 *ff. de solut.*

Oblatio facta opportuno loco, et tempore purgat moram. *Leg. Semel* 26 *ff. solut. matrim.*

Oblatio legitime facta, excusat, seu liberat offerentem. *Cap. Illud.* 5 *de non elig. secund. nub. Authentic. libr.*

Oblatio libelli non habetur pro vocatione. *Leg. In jus vocare* 1 *ff. de in jus vocand.*

Oblatio spontanea prodest. *Leg. Sed et si* 25 §. 17 *ff. de haered. pet.*, *leg. Si soluturus* 39 *ff. de solut.*

Oblatio poenam impedit. *Leg. Serujus* 8 *ubi gloss. in verb. accipiat. ff. de nuut. foenor.*, *leg. Si quis sine*, *gloss. pen. ff. de negot. gest.*

OBLIGARE — OBLIGATIO — OBLIGATUS

Vid. *Acceptilatio — Contractus — Conventio — Dies — Liberatio — Promissio — Res — Tempus.*

Obligari non potest res cujus non est commercium. *Leg.* 1 §. *eam rem ff. quae res pign. obl. non poss.*

Obligari potest quod non est, sed esse speratur. *Leg. Et quae ff. de pignor.*

Obligatur sibi res sua. *Leg. Julia* §. *offerri*, *ubi gloss. in verbo retinere ff. de action. empt.*

Obligatio eodem tempore oritur, et moritur. *Leg. Quod autem gloss. imponi ff. de donat. int. vir. et ux.*

Obligatio naturalis non tollitur per legem, nec per statutum. *Leg. Si poenae, ubi gloss. margin. ff. de condit. ind.*

Obligatio quae fit per legem, potest fieri per pactum. *Leg. Non impossibile ff. de pact.*

Obligatio tacita sepe nascitur ex eo quod agitur. *Leg. Si is in fin. ff. commod.*

Qui se pro alio constituit soluturum, obligat et se, et successores suos. *Leg.* 1 *Cod. de constit. pecun.*

Obligatio quandoque nascitur extra id quod agitur. *Leg. Si is* 13 §. *si libero in fin. ff. Commod., leg.* 3 §. *et si gloss.* 1 *ff. de negot. gest.*

Ad factum neminem precise obligari, secus ad dationem. *Leg. Stipulationes non. Vers. Celsus ff. de stipulat.*

Per liberam personam obligationem alteri non quaeri. *Leg. Si ita stipulatus* §. *Chrisogonus ff. de stipulat.*

Alium obligare promissione sua nemo potest. §. 3 *Instit. de inutilib. stipul.*

Naturalis obligatio jurejurando tollitur. *Leg. fin. ff. de jurejur.*

Ex alterius contractu neminem obligari. *Leg.* 3 *in fin. Cod. ne uxor pro mar.*

Obligatio semel extinta, instaurari non potest. *Leg. fin. in fin. Cod. de remiss. pign.*

Per vim obligationem factam, lex rescindit. *Leg.* 5 *ff. ad leg. Jul. de vi. publ.*

Ubi est aetatis defectus, patris authoritas non sufficit ad obligaudum. *Leg.* 141 §. *Pupillus ff. de verb. oblig.*

Naturalis obligatio manere potest inter patrem, et filium non emancipatum. *Leg.* 38 §. 1 *ff. de condit. instit.*

Nemo alienum factum promittendo obligatur. *Leg.* 38 *ff. de verb. obl., leg.* 65 *ff. de fideicom.*

Obligatio solidalis non praesumitur; sed pactum speciale exigit. *Auth. Hoc ita. Cod. de duob. reis constit.*

Obligatio non potest conferri in arbitrium alterium contrahentium. *Leg. In ementis. Cod. de contrah. empt.*

Obligatio fidejussoria transit in haeredes. *Leg. Fidejussoris* 24 *Cod. defidejuss. et mandat., leg. Ex contractibus, et leg. Ex depositi ff. de action. et oblig.*

Obligatio non nascitur per diuturnam praestationem factam ex mera liberalitate. *Innoc. in Cap. Cum Eclesia. de pos-*

sess., *Bart. in leg. Cum de in rem verso ff. de usu, leg. Si certis annis. Cod. de pact.*

Obligatio sine causa est inefficax. *Gloss. in leg. Instrumenta Cod. de probat., leg. Generaliter in verb. Causa. Cod. de non num. pecun.*

Obligatio sine causa non valet. *Leg. Cum de indebito* §. *fin. ff. de probat.*, *Cap. Si cautio*, *extr. de fid. instrum.*, *Gloss. in leg. Instrumenta Cod. de probat.*

Nemo potest se obligare pro alio ad poenam corporalem. *Gloss. in Cap. Cum homo* 23 *q.* 5.

Habens duos, vel plures Reos obligatos in solidum pro uno debito, potest convenire quem vult pro toto debito. *Leg. Duos reos in pr.*, *et leg. Reos.* §. *fin. ff. de fidejussor.*, §. *Plures. Istit. de fidejuss.*

Obligatio cousensu contracta, contrario consensu dissolvitur. *Leg.* 35 *ff. de reg. jur.*, *leg.* 3 *ff. de rescind. vend.*

Obligatio re contracta, re dissolvitur. *Leg. Prout ff. de solution.*

Quod nullius esse potest, in obligationem deduci non potest. *Leg.* 182 *ff. de regul. jur.*, *leg.* 9 §. *pen. ff. de stat. liber.*

Ea sola in obligatione consistere possunt, quae pecunia lui, darique possunt. *Leg.* 9 §. *pen. ff. de stat. liber.*

Obligatio accessoria tollitur, principali extincta. *Leg. Si reus* 13 *ff. de duob. reis.*

Obligatio certa est dandi, faciendi incerta. *Leg. Et uno* 18 *ff. de acceptilat.*

Obligatio fidejussoria sequela est principalis. *Leg. Si duo* 73 *ff. de solut.*, *leg. Cuique* 5 §. *item fidejussori ff. de instit. act.*

Fidejussoris obligatio et rei principalis una est. *Leg. Obligationes* 1 §. *Sed aut.* 8 *ff. de oblig. et action.*

Obligatio fidejussoris non augetur ex mora rei. *Leg. Mora* 87 *ff. de verb. oblig.*

Obligatio impossibilium, nulla est. *Leg. Si pupilli* 5 §. 12 *ff. de negot. gest.*

Obligatio infinita non admittitur. *Leg. Marcus* 59 *ff. locat. conduct.*

Quod non potest specialiter, non potest generaliter obligari. *Leg. Spem* 5 *Cod. Quae res pign. oblig.*

Obligatio inducitur pacto. *Leg. Stichum* 95 §. *naturalis* 4 *ff. de solution.*

Obligatio nascitur ex consensu. *Leg. hujus edicti* 1 §. 3 *ff. de pactis.*

Obligatus in genere, vel incerto non tenetur ad melius. *Leg. Si quid* 18 *gloss. in verbo ex bono ff. de aedil. edict.*

Obligatio adimplenda in nundinis adimpleri potest ultima die nundinarum. *Leg.* 138 *in pr. ff. de verb. oblig.*

Obligatio pacto introducta, ipso jure contrario pacto tollitur. *Leg. Stichum* 95 §. *naturalis* 4 *ff. de solution.*

Obligatio confunditur debitore succedente creditori. *Leg. Qui* 34 §. *Si praedo* 9 *ff. de solut. et liberat.*

Obligatio confunditur aditione haereditatis. *Leg. Stichum* 95 §. 1 *ff. de solut.*

Obligatio impuberis, etiam authoritate patris emissa, non valet. *Leg.* 141 §. *Pupillus ff. de verb. oblig.*

Obligatio dicitur mater actionis. *Leg. Licet* 42 §. 2 *ff. de procurat.*

Obligatus quis non est ad id quod non habet, nec habuit, nec promisit. *Leg. Si pars.* §. 1 *gloss. vindicavit. ff. de petit. haered.*

Obligatio inter absentem probatur per epistolam. *Leg. Ea quae* 57 *ff. de donat. inter vir. et uxor.*

Obligatio solvitur eo modo quo acquiritur. *Leg. Quamvis* 46 *ff. de acquir posses.*

Res quae non sunt in bonis nostris, non possunt obligari. *Leg. Qui filios* 6 *Cod. quae res pign. oblig.*

Obligatio non mutatur ex persona successorum. *Tit.* 12 *Si de feudo defuncti. Lib. feudor.*

Obligatio non nascitur ex numeratione. *Leg. Enim* 7 *ff. de novat.*

Origo potiusquam titulus obligationis inspici debet. *Leg. descriptionis* 1 *Cod. de imponend. lucrat. descript.*

Obligatus nemo intelligitur ad id quod non babet, neque habuit, neque promisit, admisit, fecitve. *Leg. Post actionem ff. de haered. petit.*

In carcere qui promittit non obligatur. *Leg. Bonorum* 49 *ff. de verb. signif.*

Obligatio turpis, nec de facto, nec de jure tenet. *Cap. Ult. de pactis, leg. Si plagii* 123 *ff. de verb. oblig.*

Obligatio ordinatur ad solutionem. *Leg. Indebitam, gloss. marg. ff. de cond. indeb.*

Obligatio dandi, quando mea non totaliter interest, ad interesse committitur. *Leg. Si poenam* 68 *ff. de verb. oblig.*
Obligatio fieri vel non fieri, est incerta. *Leg. Ubi autem* 75 §. *quid id ff. de verb. oblig.*
Nulla obligatio potest consistere, quae ex voluntate promittentis statum capit. *Leg. A Titio* 108 §. *Nulla ff. de verb. oblig.*

OBLIQUÈ

Obliquè quaedam permittuntur quae directè non licent. *Leg. Praedia* 28 *ff. de act. empt. et vend.*
Multa obliquè tolerantur, quae directo fieri non possunt. *Leg. In aedibus* 9 §. 3 *de donation.*
Oblique plura conceduntur, quae non directe. *Leg.* 3 *ubi gloss. marg. ff. de petit. haered.*

OBLIVIO

Oblivio non excusat. *Leg. Qui fundum* 7 §. 2 *ff. pro empt.*

OBREPERE — OBREPTITIUM

Obrepere est per mendacium impetrare. *Leg. Tres* 55 *ff. de admin. et peric. tut.*
Obrepit qui mandatum falso vendicat. *Leg. Si autem* 8 *ff. de negot. gest.*
Obreptitia pupillo non nocent. *Leg. Magis* 5 *ff. de reb. eor. qui sub.*

OBSCURITAS — OBSCURUS

Vid. *Dubium — Reus — Stipulatio*
In obscuris secundum magis verisimilia judicantur. *Leg In obscuris ff. de reg. jur.*
Obscure loquens, aequiparatur tacendi veritatem. *Leg. De aetate* §. *nihil interesse ff. de interr. act.*
Obscuritas contra obscure loquentem interpretatur. *Leg. Veteribus, et ibi Bald. ff. de Pactis.*
In dubiis, obscuris, et ambiguis, semper debemus inclinare in mitiorem, et benigniorem partem. *Leg. Semper in obscuris ff. de reg. jur., leg. factum cuique* §. *fin. ff. eod.*

Obscuritas reprobatur in omni dispositione. *Cap. Erit autem lex.* 4 *dist.*

In obscuris minimum est sequendum. *Reg.* 30 *de reg. jur. in* 6.

Obscura pactio nocet venditori, et locatori. *Leg. Veteribus ff. de pactis, leg. labeo ff. de contrahend. empt.*

Obscure loquens fallendi animo, in dolo est *Leg. Ea que ff. de contr. empt.*

Obscure respondere, et non respondere idem. *Leg. De aetate §. nihil ff. de interrogat. act.*

Obscurum esse, et non esse idem sunt. *Leg. Sed si* 11 §. 1 *ubi gloss. in verb. apparet, et §. pupillus ff. de institor act.*

Obscurum verbum positum in uno capite, declaratur per verba posita in sequentibus. *Leg. Utrum ubi gloss. marg. ff. de petit. haered.*

OBSTACULUM

Vid. *Impedimentum.*

Obstaculum si est in medio, prius debet agi ad remotionem obstaculi, quam ulterius procedatur. *Leg. Gemma ff. ad exhibend.*

OCCIDERE

Occidens aggressorem se defendendo, non tenetur de occiso. *Leg.* 1 *Cod. Und. vi, leg. Ut vim ff. de just. et jur, leg.* 1 *Cod. quand. lic. se sine etc, leg,* 1 §. *cum arietes ff. si quadr. paup. fec. dic., leg. Is qui aggressorem Cod. de sicariis.*

Furem occidere non licet nisi telo se defendentem. *Leg. Nec timorem vers. timuit. ff. quod met. caus.*

Occidisse vulgo dicitur, qui quolibet modo mortis causam praebuit. *Leg. Ita ff. ad leg. Aquil.*

OCCULTARE — OCCULTATOR

Paria sunt rem furto exportare, vel illam dumtaxat occultare. *Leg. haereditatum §. fin. ff. ad leg. falcid.*

Occultator alienae laudis, furi par est. *Leg. eod.*

Quod nullius est, ratione naturali occupanti conceditur. *Leg.* 3 *ff. de acquir rer. dom.*

In pari causa, melior est conditio occupantis. *Leg. Sed et dicendum ff. de in rem verso, leg.* 19 *ff. de re jud., leg. Sed an ff. quod cum eo, leg. Si vero ff. de pecul.*

Quod in nullius bonis est, id occupanti conceditur. *Leg. In laqueum* 55 *ff. de acquir. rer. dom.*

Occupantis melior est conditio. *Leg. Utrum* 63 *ff. pro Socio, leg. Inter eos.* 19 *ff. de re jud., leg. qui ex donatione* 12 *ff. de donat., leg. Pluribus* 32 *ff. de procurat; leg. Si colonus* 1 *ff. de rei vind., leg. Si Titio* 16 *ff. de leg. et fideicomn., leg. Ex facto* 52 *ff. pecul., leg. Quod si* 3 §. 10 *si mutuatus ff. de in rem vers., leg. Si hominem* 7 *ff. depositi.*

ODIOSUS

In generali dispositione odiosi, et inimici non comprehenduntur. *Leg. Lucius* §. *Lucius Titius ff. de legat.* 2.

In odiosis, dispositio facta de simplicibus, casum mistum non comprehendit. *Leg. Vim passam* §. *praescriptione ff. de adult., leg. Hoc legatum ff. de legat.* 3.

Dispositio favorabilis, vel odiosa, judicatur inspecta principali intentione disponentis. *Leg. Qui exceptionem ff. de condict. indeb.*

ODIUM

Odium resultans in consequentiam favoris, vel e contra, toleratur. *Leg. Cum ex oratione* §. *fin. ff. de excus. tut., leg. legitimos* §. 1 *ff. de legit. tut., leg. Sed. et milit* §. *scribit. ff. de excusat. tutor.*

Inducta in favorem non debent in odium retorquaeri. *Leg. Nulla ff. de legib.*

Inducta in odium, in favorem redundare non debent. *Leg. Relegatorum in fin. ff. de interd. et relegat.*

Odia restringenda sunt. *Leg. Cum quidam ff. de lib. et posthum, Cap. odia de reg. jur. in* 6, *leg. Solet, ubi gloss. fin. ff. de qui not. infam., leg.* 3 *gloss. momentum ff. de minorib.*

Alieno odio neminem praegravari. *Leg. Si quis in suo §. legis Cod. de inoffic. testam.*

OFFENSA

Laevis offensa reputatur gravis in iis qui reverentiam debent. *Leg. Si manumissus* 2 *ff. lib. et eor. liber.*

OFFERRE

Vid. *Oblatio.*

Offerens debitum, in mora solvendi esse non videtur. *Leg. Si peculium* 20 *ff. de statuliber.*

Offerendi se sponte, ignoscitur. *Leg. Qui cum* 4 *ff. de re milit.*

Offerre prior debet id quod debet is, qui ab adversario debitum recipere vult. *Leg. Aediles* 25 *ubi gloss. in verbo praestet. ff. de edict.*

OFFICIUM

Vid. *Dignitas.*

Ad regimina et dignitates, non praetium vel ambitio, sed probata vita provehere debet. *Leg.* 1 *Cod. ad leg. Jul. repetun.*

Officium suum nimini debet esse damnosum. *Leg. Sed et si quis. ff. quemad. test. aper.*, *leg. Inter officium ff. de rei vindic.*, *leg. Post legatum §. Advocatum ff. de his quib. ut indign.*, *leg. Videlicet ff. ex quib. caus. major.*, *Cap. Pervenit. de fidejussor.*, *Cap. Cum non deceat* 30 *de election. in* 6, *leg.* 61 §. 5 *ff. de furtis.*

Die Dominico debent officia artium quiescere. *Leg. Omnes* 3 *Cod. de feriis.*

Officium contrarium merces. *Leg.* 2 §. *Mandatum ff. Mandati.*

Officium cuicumque animae salutem praeferre debemus. *Leg. Videamus ubi gloss. marg. ff. de in litem jurand.*

Negligens in officio suo punitur. *Leg. Divus gloss. fin. ff. de offic. praesid.*

OMISSIO — OMISSUM

Vid. *Judex — Solemnitas.*

Omissio formae vitiat actum. *Leg. Cum hi. §. Si Praetor. ff. de transact.*

In his quae sunt stricti juris, casus expressus ad omissum non extenditur. *Leg. Quidquid astringendae ff. de verbor. oblig.*

Gravius in committendo, quam in omittendo delinqui. *Leg. Metrodorum ff. de poen.*

Casus omissus, relinquitur dispositioni juris comunis. *Leg. Si cum dotem in princ. ff. solut. matr., leg. Commodissime ff. de lib. et posth.*, *leg. Si extraneus ff. de cond. caus. dat.*

OMNIS

Vid. *Licere — Nostrum.*

Omne qui dicit, nihil excludit. *Leg. Julianus in pr. ff. de legat.* 3, *leg. Hoc articulo ff. de haered. instit.*, *Leg. Pediculis* §. *Labeo ff. de aur. et arg. leg.*, *Leg. Si quis ff. de pecul. legat.*, *leg. Si cui servo omnes ff. de legat.* 1, *Cap. Solitae de majorit., et obedient*; *leg.* 66 *ff. de legat.* 3.

ONERARE — ONERATUS — ONUS

Vid. *Gravatus — Legatus.*

Onerari non potest is, cui nullum lucrum relictum est. *Leg.* 118 §. 1 *ff. de leg. et fideic.* 1., *leg.* 30. *Cod. de fideicom.*

Neminem multiplici onere pergravandum. *Leg. Navis* §. *Cum autem ff. ad leg. Rhod. de jact.*

Omne commodum cum suo onere pertransire. *Leg. Cum fisco ff. ad Syllan.*

Onere duplici pro eadem re, nemo gravari debet. *Leg. Titia cum testam.* 35, §. *qui in vita ff. de legat.* 2., *leg. Unum ex familia* §. *si rem ff. eod.*, *leg.* 1 §. *Interdum ff. ad leg. falcid.*

Onera haereditaria spectant ad haeredes, non ad maritum dotem lucrantem. *Leg. Licet.* 27 *Cod. de jur. dotium.*

Onera plura quis subire non debet eodem tempore. *Leg. Si cum dotem* §. *si pater ff. sol. matrim.*

Acceptans onus, intelligitur acceptare emolumentum annexum. *Leg.* 4 *Cod. de naturalib. liber.*

Onus quis sentit, debet sentire etiam commodum. *Leg.* 1 *ff. de instit. act.*, *leg. Secundum naturam ff. de reg. jur.*

Onus extrinsecum non minuitur, etiam diminuto emolumento. *Leg. Liberto* §. 1 *ff. de annuis legat.*

Onus ubi est, ibi lucrum. *Leg. Si is ubi gloss. in verb. ejus sit. ff. commod.*

Rationi congruit, ut succedat in onere, qui substituitur in honore. *Reg.* 77 *de reg. jur. in* 6.

Oneratus in uno, in alio relevandus. *Leg. Si unus.* §. *pactus, gloss. in pactis ff. de pactis.*

OPERA

Vid. *Locatio.*

Opera, et industria pecuniae aequiparantur. *Leg. Si societatem, et leg. Si non fuerint. ff. pro socio.*

Opera infantis nulla. *Leg. Arboribus* §. *de illo gloss. infante ff. de usufruct.*

Operas suas in perpetuum locare quis non potest. *Leg.* 3 *gloss. pen. ff. de usufruct.*

Plerumque robur hominis, aetas, temporisque opportunitas naturalem causam operarum mutat. *Leg. Si non sortem* §. *nam plerumque ff. de condit. indeb.*

OPINIO

Praevalere debet opinio, quae melioribus rationibus comprobatur. *Leg.* 1 §. *Sed neque Cod. de veter. jur. enuclean.*, *Cap. Cappellanus. extr. de feriis.*

Vehemens opinio consona veritati idem operatur quam certitudo. *Gloss. in leg. Si quis extraneus* §. *Sciendum, et gloss. in leg. fin. ff. de acquir. haered.*

Opinio in iis, quae minime pendent a voluntate operantis cedit veritati. *Leg. Regula* §. *qui ignoravit ff. de jur. et facti ign.*, §. *Si quis rem. Istit. de legat.*

Ultima opinio in dubio censetur approbata. *Leg. Qui filius* §. *Sabinus ff. ad Sen. Cons. Trebell.*

Plus valet quod in veritate, quam quod in opinione consistit. §. *Si quis rem suam. Instit. de legatis.*

In his quae a solo animo non dependent, magis attenditur veritas quam opinio. *Leg. fin. in fin. ff. de crim. expil. haeredit.*, *leg.* 2 §. *si pupillo Cod. de usucap. pro empt.*, *Bart. in leg. his qui putat. ff. de acquir. haered.*

Vehemens opinio consona veritati, habetur pro veritate. *Leg. Si quis extraneus. ubi gloss.* §. *fin. ff. de acquir. haered.*

Opinio communis est sequenda. *Leg. Athletas ubi gloss. marg. ff. de qui not. infam.*

Opinio communis excusat. *Leg. Si quis ff. ad S. C. Macedonian.*

Opinioni praeferenda veritas. *Leg. Cajus ubi gloss. fin. ff. de pign. act.*

Opinio generalis facit censeri aliquid licitum. *Leg. Athletas ubi gloss. marg. ff. de his qui not. infam.*

OPPOSITUM

Oppositorum eadem est dispositio per contrarium. *Leg. Et si contra ff. de vulg. et pupill., leg. penult. Cod. de solut.*

Id operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito. *Leg. fin.* §. *fin. ff. de leg.* 3, *leg. Et si contra tabulas ff. de vulgaris.*, *Cap. Sciendum* 8 *quaest.* 1.

Opposita juxta se posita magis elucescunt. *Leg. Unic.* §. *Et cum triplici in princ. Cod. de caduc. tollen.*

OPTIMUS

Optima res intelligitur qua melior alia inveniri non potest. *Leg. Si is* 50 *ff. Mandati.*

Optimum fundum legat, qui libernm legat. *Leg. Lucius* 93 *ff. de legat. et fideicomm.* 3

Qui optimum dicit, certum dicit. *Leg. Si quid* 18 *gloss. optimum ff. de aedilit. edict.*

Optimos facit juris scientia. *Dig. in Proem.* §. *Sed cum.*

ORATIO — ORATOR

Oratio qnantucnmque universalis, non porrigitur ad specificata. *Leg. Cohaeredi* §. *qui patrem ff. de vulg. et pupill. substit.*

Orator non semper persuadet. *Leg. Illicitas* 6 §. 5 *ff. de offic: Praesid.*

Oratio imperfecta, perficitur ex praesumpta voluntate defuncti. *Leg.* 109 *ff. de legat.* 1.

Vid. *Episcopus — Familiaris.*
Ordo scripturae reducitur ad ordinem intellectus. *Leg.* 2 *§. prius ff. de substit. vulgar. et pupill.*
Ordo scripturae denotat ordinem charitatis. *Leg. Quoties ff. de usufruct.*
Ubi non est ordo, ibi est confusio. *§. Inordinatum ubi gloss. in Auth. de haered. et falcid.*
Quando mens legis est certa, de ordine non curatur. *Leg. In his §. fin., et leg. Nec enim ff. de solution.*
In mistis, et conjunctis, ordo non attenditur. *Leg. quidam testamento ff. de pecul. legat.*
In necessitatibus ordo non attenditur. *Leg. Ut gradatim in princ. ff. de muner. et honorib.*
Ordinata ad unum effectum, ad alium transferri non debent. *Leg. Aut damnum §. hostes, et §. solent. ff. de poenis, leg. Quod labeo ff. de compens.*
Ordinata charitas incipit a seipso. *Leg. Praeses. Cod. de servit. et aqua.*
Ordo scripturae non impedit causam juris, ac voluntatem. *Leg. Cum pater. §. fidei tuae ff. de legat.* 2.
Verba plurium graduum collectiva, ordine successivo intelliguntur. *Leg. Cum ita §. fin., et leg. Peto §. fratre ff. de legat.* 2.
In notoriis ordo juris non attenditur. *Leg. Ictus fustium in pr. ff. de his qui not. infam., Cap. Quando, de traslat. Praelat.*
Ex ordine honoris colligitur ordo affectionis. *Leg. Publius in fin. ff. de cond. et demonstr.*
Ex ordine litterae arguitur intentio disponentis. *Cap. Mandato in fin. de Praebend. in* 6, *Cap. Penult. in pr. de election. in* 6, *leg. Quoties ff. de usufr.*
Ordo non attenditur, ubi mens disponentis certa reperitur. *Leg. In his §. fin. ff. de solution.*
Executionem non faciendam juris ordine praetermisso. *Leg. Si cum nulla ff. de re jud., leg.* 1 *Cod. de execut. rei judic.*
Praeposteratio ordinis vitiat actum. *Leg. Prolatam Cod. de Sentent.*

Dubia dispositio ab ordine litterae declaratur. *Leg. Quoties ff. de usufruct.*

Ordo sacer liberat a patria potestate quoad spiritualia, et acquisita post clericatum; secus quoad alia. *Gloss. fin. in Cap. Cum voluntate* 54 *de Sent. excom.*

Ordo denominationis, designat ordinem dilectionis, et charitatis. *Leg. Qui solvendo la* 2. *ff. de haered. instit.*, *leg. quoties ff. de usufr.*

Ordo scripturae semper attenditur in dispositionibus. *Leg. Generaliter* §. *Si quid ff. de fideicomm. libert.*, *leg. quoties ff. de usufr.*, *Cap. pen. de rescript. in* 6., *Cap. Mandato de praebend. in* 6.

Ordinari non debent spurii. *Cap. Per venerabilem qui si sint legit*, *et Cap. Consuluit. de serv. non ordin.*

Ordinatus sine titulo, ab Episcopo sustentetur. *Cap. Episcopus si aliquem. de praebend.*, *Cap. Vel non est compos. de temp. ordin.*, *Cap. Cum secundum. de praeben. et dignit.*

Ordo conferri non potest inquisito, vel infamato antequam se purgaverit. *Cap. Tantis* 81 *dist.*, *et Cap. Omnipotens de accusat.*

Ordo scripturae attenditur. *Leg. Quoties ff. de usufruct.*

Ordo servandus est. *Leg. Nec quicquam* §. *observare ff. de offic. procons.*

ORIGINALIS

Vid. *Exemplar — Instrumentum.*

Non statur exemplo, nisi constet de originali. *Auth. Si quis in aliquo. Cod. de Edend.*

ORIGO

Origo bonorum non attenditur, sed finale dominium. *Leg. Si avia cod. de donat.*

Origo actionum spectanda. *Leg. Per quam* 2 *ff. de possesor haered. petit*, *leg. Non solum* §. *sed Julianus ff. ad S. Cons. Macedon.*

Cives origo, incolas domicilium facit. *Leg.* 7 *Cod. de incolis*, *et ubi quis dom.*

Origo cujusque rei altius repetenda. *Leg.* 1 *ff. de orig. jur.*

Origo hominum scienda est. *Leg.* 1 *ff. de instit. et jur.*

Origo rei non potest conferri in tempore quo debet extingui. *Leg. Julianus* 21 *ff. de jur. dot.*

OTIUM

Otium semper est fugiendum. *Cap. Nunquam de consecr. dist.* 5.

PACTUM

Vid. *Actio — Advocatus — Cohaeres — Consensus — Contractus — Conventio — Dos — Procurator.*

Pactum dolo initum, non servatur. *Leg. Jurisgentium* §. *pactorum ff. de pactis.*

Pactum est loco pretii. *Leg. Fundi ff. de contrah. empt.*

Pactum factum per errorem causae actionem non perimit. *Leg. Si cum ff. de pactis.*

Pacto fieri potest quod fit per legem. *Leg. Non* 50 *ff. de pactis.*

Pacto non rimittitur dolus futurus. *Leg. Si unus* 27 §. *illud ff. de pactis.*

Pacta contra juris regulas non valent. *Leg. contra* 28 *ff. de pactis.*

Pacta contra publicam utilitatem non sunt servanda. *Leg. Si unus* 27 §. *item ff. de pact.*

Pactum de non petendo ejus qui petere non potest, non valet. *Leg. Contra* 28 §. *si filius ff. de pactis.*

Pactum quod unum debet consequi omne commodum, alius omne damnum, non valet. *Leg.* 1 *in pr. ff. de pact.*

Ex pacto nudo, actionem non competere. *Leg. Jurisgentium* §. *Sed cum nulla ff. de pactis.*

Pactum legis commissoriae in pignoribus reprobari. *Leg.* 1 *Cod. de pignor action.*

Pactum de futura successione, nullius esse momenti. *Leg. Pactum quod dotali et leg. licet. Cod. de pactis, leg. Haereditas Cod. de pactis conv., leg. Si quando* 35 *Cod. de inoff. testam.*

Pactum de quota litis, illicitum est. *Leg.* 53 *ff. de pactis, leg. Litem* 15 *Cod. de procuratorib; leg.* 6 *ff. mandati.*

Pactum nudum donandi, parit actionem. *Leg. Si quis argentum.* §. *ult. Cod. de donationib.*

Nihil tam fidei congruit humanae, quam ea quae placuerunt custodire. *Leg. Non minorem. Cod. de transact.*, *leg.* 1 *ff. de pactis.*

Pacta conventa, regulariter sunt servanda. *Leg.* 1 §. *Si conveniat ff. depositi*, *leg.* 1 *ff. de pactis*; *leg. Jurisgentium* §. *Praetor ait. ff. eod.*, *leg.* 1 *ff. de const. pecun.*, *leg. Cum amplius in fin. ff de reg. jur*; *Cap.* 1 *de pactis.*

Pacto quicquid potest acquiri, potest et praescriptione. *Leg. Alienationis verbum ff. de verb. signif.*

Pactum cum scriptura, et sine scriptura ejusdem est efficaciae. *Leg. Pactum* 17 *Cod. de pactis.*

Pactum de non petendo factum aliquibus, non prodest aliis. *Leg.* 24 *ubi gloss. Cod. de pactis.*

Pactum in re principali factum, extenditur ad accessorium. *Leg. Si unus* 27 §. 4 *ff. de pactis.*

Pactum unius, alteri non nocet. *Leg. Eum qui* 30 §. *In popularibus* 3 *ff. de jurejur.*

Pactum contra jus, et quod inducit ad delinquendum non valet. *Leg. Convenire* 5 *ff. de pact. dotalib.*

Pactum uni factum, alteri non prodest. *Leg. Liberationem* 3 *ff. de liber. legat*; *leg.* 24 *ubi gloss. Cod. de pactis.*

Creditor non tenetur servare pacta haeredum debitoris. *Leg. Pacto* 26 *Cod. de pactis.*

Pactum appositum per mulierem non valet. *Leg. Si ita stipulatus* 97 *ff. de verb. oblig.*

Pactio dubia interpretatur contra proferentem. *Leg. Si arborem* §. *haec lex ff. de serv. urb. praed.*

Pactum non valet contra legem. *Leg. Pacisci* 31 *ff. de pactis*; *leg. Pacta* 6 *Cod. de pactis.*

Pactum contra beneficium legis valet. *Leg. Pacisci* 31 *ff. de pactis.*

Pactum quò disponitur de haereditate viventis, non valet. *Leg.* 30 *Cod. de pactis.*

Pactum contra voluntatem defuncti non valet. *Leg. Conditionis* 1 *Cod. de pactis.*

Pacta quae turpem causam continent, non sunt observanda. *Leg.* 27 §. 4 *ff. de pactis.*

Pactum lege adjutum, parit actionem. *Leg. legitima* 6 *ff. eod.*

Pactum est potius interpretandum esse superfluum, quam juri contrarium. *Leg.* 1 *Cod. de pact. pignor.*

Privatis pactionibus non laeditur jus caeterorum. *Leg. Imperatores ff. de transactionib.*

Pactum non servare potest, cui pactum ab adversario non servatur. *Leg. Fratres. 7 Cod. Commun. utriusq. jud.*

Pacto perimi non videtur de quo non est cogitatum. *Leg. Tres fratres ubi gloss. fin. ff. de pactis, leg. qui cum §. ei qui ff. de transact.*

Pactum fieri potest, quod lege potest fieri. *Leg. Non impossibile 50 ff. pactis.*

Pacta quae neque dolo malo, neque adversus leges facta erunt, servabo. *Leg. 7 §. 7 ff. eod.*

Pactum reformare invita parte non potest. *Leg. Servus 3 Cod. de pactis.*

Pacta turpem causam continentia, non sunt servanda. *Leg. Si unus 27 §. pacta ff. de pactis.*

Pacta servari fidei congruit. *Leg. Non 20 Cod. de transact. leg. Jurisgentium §. Praetor ff. de pactis.*

Pacta non egrediuntur personam. *Leg. Liberationem 3 ff. de liberat. legat.*

Pactum, et vetustas a pari procedunt. *Leg. 1 §. 1 ff. de aqu. pluv. arcend.*

Pacta sunt servanda, nisi contrario pacto tollantur. *Leg. Tempore 8 Cod. de pact. inter emptor. ec.*

Pactum inutile, non habet vim pacti. *Leg. Haereditas 5 Cod. de pact. conv.*

Pactum contra jus, vel bonos mores, nullius est momenti. *Leg. Pacta 6 Cod. de pactis, leg. Pacisci 31 ff. eod.*

Ultima pacta, prioribus contraria derogant eis. *Leg. Pacta 12 Cod. de pactis.*

Pacta ultima sunt servanda. *Leg. Emptor ff. de pactis.*

PALAM

Palam est coram pluribus. *Leg. 33 ff. de verb. signif., leg. Si palam 20 ff. de jur. codicill.*

Palam quae geruntur, magnam excusationem praestant, ne quis deliquisse videatur. *Leg. Qui 4 Cod. de incert. et inut. nupt.*

Palam haeredem nuncupare nemo cogitur. *Leg. Haeredes 21 §. ff. qui testam. fac. poss.*

Vid. *Compar — Facere — Paritas — Potentia — Potentior — Solvere — Voluntas.*

Par est virtus taciti, et expressi. *Leg. Cum quid. ff. Si cert. pet.*

Par est virtus consnetudinis, et legis. *Leg. De quibus ff. legib.*

Par est virtus testium, et istrumentorum. *Leg. In exercend. Cod. de fid. Istrum.*

Par in parem non habet imperium. *Cap. Innotuit* §. *Quamvis. De election.*, *Leg. Ille a quo* §. *tempestivum ff. ad S. C. Trebell.*, *leg. Nam et Magistratus. ff. de recept. abitr. Gloss. in leg.* 4 *Cod. de legib. verb. Judicamus.*

Pares in tempore, sunt pares in jure. *Leg. Aliena* §. 1 *ff. de pign. action.*

Pares in gradu, pariter admittuntur. *Leg. Si reliquero ff. de legit. tutor.*

Parium eadem est natura. *Leg. Si Socer. in fin. ff. de solut. matrim.*

Parium eadem est potentia, nec major. *Leg.* 1 §. *Veteres ff. de acquir. poss.*, *leg. Si reus ff. de duob. reis etc.*

Pares cum paribus, veteri proverbio, facile congregantur. *Leg. Pupillo* §. 1 *ff. de tut. et curat. dat.*, *leg.* 1 §. 1 *ff. de excus. tut.*

Paria sunt nolle, et non posse. *Leg.* 3 *Cod. de haered. ist.*, *leg.* 1 §. *Usus ff. de Procurat.*

Paria sunt non esse, et non apparere. *Leg. Duo Titii in fin. ff. de testam. tut.*, *leg. In lege ff. de contrahend. empt.*

Paria sunt nescire, et dubitare. *Leg. Manifestissimi. Cod. de furtis.*

Paria sunt dare, vel remittere. *Leg. Si fundum.* §. *Titio ff. de legat.* 1.

Paria sunt esse, velle esse debere. *Leg. Qui cum alio in fin. ff. de regul. jur.*

Paria sunt ipso jure excludi, vel ope exceptionis. *Leg. Nihil interest ipso jure ff. eod.*

Par affectionis causa suspicionem tollit. *Leg. Si pater fam.* 15 §. *fin. gloss. convictam ff. de adoptationib.*

Paria sunt mandare, vel ratnm habere. *Cap. Ratihabitionem de reg. jur. in* 6.

Paria sunt effectum producere, vel causam immediate praebere. *Leg. Nihil interest. ff. ad leg. Corn. de Sicar.*

Paria sunt aliquid ab initio esse tale, vel ex post facto devenire ad tale. *Leg. Nec interest. ff. ad leg. falcid.*, *leg. penult. ff. de action. empt.*

Paria sunt jam esse, vel de proximo sperari. *Leg. Penult. ff. de milit. testam.*

Paria sunt aegrotum derelinquere, vel malum medicum adhibere. *Leg. Quod si nolit. §. Si mancipium ff. de aedilit. edict.*

Potentioribus nostris, pares esse non possumus. *Leg.* 3 *ff. de alienat. judic. etc.*, *leg.* 1 *ubi gloss. in verb. potentiori ff. si ex noxal. caus. agat.*

Parum est jura condere, nisi sit qui ea exequatur. *Leg.* 1 *ff. Ne vis fiat ei qui etc.*

Paria delicta compensantur. *Leg. Nam ff. ne quis in jus voc.*

Parium est eadem juris dispositio. *Cap. Intercorporalia*, *et Cap. Sicut. ergo. de traslat. Episcop.*

Paria sunt non esse, vel reperiri non posse. *Leg. Cum unus §. fin. ff. de bon. acut. jud. pors.*

Paria sunt non comparere, vel comparere minus legitime. *Leg.* 1 *in fin. ff. quod cujusque univers. nom.*

Paria sunt aliquem non extare, vel extare et non succedere. *Leg. Pater filius ff de inoffic. testam.*, *leg.* 3 *§. sed si sunt sui ff. ad S. C. Tertull.*

Parum, et nihil aequiparantur. *Leg. Quamvis ff. de cond. et demonstr.*, *Gloss. in leg. Si pupillus §. si ego in verb. ex contrario ff. ad leg. Falcid.*, *Leg. Si fundum ff. de fund. dotal.*, *Cap Coram dilecto* 34 *de offic. delegat.*

PARCERE

Qui sibi non parcit, multo minus alii parceret. *Leg. fin. ff. de bonis eorum qui etc.*

Verecundiae parcitur. *Leg. Quae omnia ubi gloss. verb. Convicium ff. de procurat.*

Confitenti sponte parcitur. *Leg.* 3 *ubi gloss. fin. ff. de alien. jud. mut. caus. fact.*

Parcere aliis non creditur is qui sibi non pepercit. *Leg. Cum autem §. malus. gloss.* 1 *ff. de aedilit. edict.*

PARITAS

Vid. *Par.*

Paritas rationis, paritatem juris inducit. *Leg. Illud ff. ad leg. Aquil.*

Paritas delicti, paritatem poenae requirit. *Leg. Nihil interest ff. de adulter., leg. Si quamquam in fin. Cod. de Episc. et Cleric.*

Paritas affectionis, omnem removet suspicionem. *Leg. Non solum* §. 1. *ff. de rit. nuptiar., leg. Si pater famil.* 15 §. *fin. gloss. convictam ff. de adoptionib.*

In pari causa damno magis, quam lucro consulendum. *Leg. final.* §. *licentia Cod. de Jur. deliber., leg. At si quis,* §. *Sed et si ff. de relig. et sumpt. fun.*

Paritas affectionis inducit paritatem in portionibus distribuendis. *Leg.* 1 *ff. de legat. et fideicomm.* 2.

PARS

Vid. *Major — Totum.*

In toto pars est, non totum in parte. *Leg.* 113 *ff. de reg. jur; leg.* 1 *ff. de adim. legat., leg.* 1 §. *Si stipulanti ff. de verb. oblig.*

Pars major praesentium, et consentientium sufficit, ut universitas consensisse videatur. *Leg. Nulli* 13 *ff. quod cujusc. univers.*

Pars minor caedit majori. *Leg. Sed et si* 26 *ff. de aquir. rer. domin.*

Partis ad partem eadem relatio, quae totins ad totum. *Leg. Praetoriae* 2 *ff. de stipul. praetor.*

Quae ad partem ratio est, ea est quae totius ad totum. *Leg. Qui sine* 3 *ff. de condit. sin. caus., leg. Cum* 4 *Cod. de secund. nupt.*

Partis appellatione, intelligitur dimidia. *Leg. Tale pactum* 40 §. 2 *ff. de pactis.*

In toto pars continetur. *Leg.* 113 *ff. de regul. jur., Regol.* 80 *de regul. jur. in* 6.

Incertam partem rei possidere nemo potest. *Leg.* 32 §. 2 *ff. de usucap.*

Incerta pars nec tradi, nec capi potest. *Leg.* 26 *ff. de acquir. vel amittend.*

Quod major pars facit valet, quia omnes facere videntur. *Leg. Quod major. ff. ad municipal; leg. Duo ex tribus ff.*

de re judic; *leg. Diem proferre* §. *si plures. ff. de arbitr. leg. fin.* §. 1 *ff. qui bon. ced. poss.*, *Gloss. in verb. tractatus in Cap.* 1 *de reb. non alienan. in* 6.

Pars non dividitur contra totum, sed contra aliam partem. *S. Thom. I. q.* 93 *II. et III.*

Pars dicitur totum, si de mente testatoris apparet. *Leg.* 34 §. *Sed et si quis ff. de legat.* 1.

Qui agnoscit partem, videtur agnoscere totum. *Leg.* 60 *ff. de legat.* 2.

Appellatione partis, dimidia continetur. *Leg. De aetate* 12 §. *si interrogatus ff. de interrogat. act*; *leg. Etiam ff. de usufruct.*

Sola dimidia est pars aequalis. *Ibid.*, *et leg.* 40 §. 2 *ff. de pactis.*

PARTUS

Vid. *Filius — Mater — Mulier — Natus.*

Partus ancillae pignoratae, pignoratus intelligitur. *Leg. Partus* 1 *Cod. de partu pignor et omni caus.*

Partum ancillae, matris sequitur conditionem. *Leg. Partum* 7 *Cod. de rei vind.*

Cujus est mater, et partus. *Ibid.*

Partus habet dignitatem, et honorem patris. *Ibid.*

Quo titulo ad me pervenit ancilla, eodem titulo partus dicitur pervenire. *Leg.* 84 §. *Julianus ff. de legat.* 1.

Partum dicitur quis habere eo titulo quo habet matrem. *Leg. Si quod* 75 *ff. de legat.* 2.

Ad partum rei furtivae, furti actio competit. *Leg. Si ego* 6 *ff. de publ. in rem act.*

Partus mulieris portio viscerum esse dicitur. *Leg. Si praegnans ff. de evictionib.*

PATER — PATERNITAS

Vid. *Alimentum — Expensa — Filius — Tutor.*

Natura pater et filius eadem esse persona pene intelliguntur. *Leg. Ult. infin. Cod. de impub. et al.*, *leg. Cum scimus ad fin. Cod. de agr. et cens.*, *leg. Si mater* 11 §. *si quis* 8 *ff. de except. rei jud*;

Paternos honores invidere filiis non oportet. *Leg.* 11 *Cod. de dignior.*

Filio semper honesta, et sancta persona patris videri debet. *Leg.* 9 *ff. de obseq. parent. etc.*

Pater bene donat filio causa dotis. *Leg. Pomponius Philadelfus ff. famil. ercisc.*

Pater, injuriam illatam filio ab extraneo non potest remittere ipso invito. *Leg. Sed si unus* §. *fin. ff. de injur. et fam. libell.*

Qualis pater, talis filius praesumitur. *Leg. Quod si nolit.* §. *qui mancipium. ff. de aedil. edict.*

Pater non tenetur solvere debita filii. *Leg. pen. et fin. Cod. ne ux pro mar., leg. Unic. Cod. ut nullus ex vic. etc. et in toto Cod. ne fil. pro patr. et contr.*

Pater in testamento tenetur aliquid relinquere filiis jure institutionis, alias testamentum non valet. *Cap. Quintavallis. de jurejur., Auth. Non licet. Cod. de lib. praeter.*

Pater filio impuberi testamentum facere potest. §. *Igitur. Instit de pupellar substit.*

Pater non tenetur ex delicto filii etiam impuberis. *Cap.* 2 *de delict. pueror.*

Patris transactio filio non nocet. *Leg. De re ff. de transaction.*

Ex poenalibus causis non solet in patrem de peculio actio dari. *Leg.* 58 *ff. de reg. jur.*

Ex mutui causa, pater non tenetur de peculio ullo modo. *Leg. pen. Cod. ad S. C. Macedon.*

Pater tutor filio esse non potest. *Leg.* 29 *ff. de minor.* 25 *Ann.*

Pater plus diligit filium, quam seipsum. *Leg. Isti* 8 §. 3 *ff. quod met. caus.*

Patris gloria filius sapiens. *Leg. Sed Julianus* §. *prohinde ff. ad S. C. Macedon.*

Pater tenetur alere filium si non habeat artem. *Auth. Licet. Cod. de natur. liber., leg.* 1 §. *fin. ubi gloss. in verb. educatio ff. de just. et jur.*

Pater plus diligit filium, quam filius patrem. *Leg. Liberorum* 220 *ff. de verb. signif.*

Patris affectio sequenda. *Leg. Si pupillorum* 7 *ff. de reb. eor. qui sub tut.*

Patris delictum, filio non nocet. *Leg. Si cui* 7 §. *si tamen* 3 *ff. de accusat.*

Pater non portat iniquitatem filii. *Leg. Foeminae*, *et leg. Filiam ff. de Senatorib.*

Patrem ex carcere liberare, filius naturaliter tenetur. *Leg. Conditionem* 9 *ff. de condit. instit.*

Patres sunt legitimi administratores liberorum. *Leg. Denique* 3 §. 4 *ff de minor.* 25 *ann.*

Paterna erga filium affectio praesumitur esse plenissima. *Leg. Mater* 5 *Cod. de oper. liber.*, *leg. Haeres* 19 §. *prohinde* 2 *ff. de judic.*

Pater invitus non emancipat. *Leg.* 11 *ubi gloss. in verb. non rediguntur ff. de iis qui sui etc.*

Appellatione patris, veniunt in lata significatione, omnes ascendentes. *Cap. Nam et rex. de verbor. signific.*

Patris interest dotatam habere filiam. *Leg. Pater filiae ff. de eviction.*

Pater tenetur da facto filii, si inde sentiat commodum. *Leg. Praetor ait* §. *sed et filius ubi gloss. marg. ff. de edendo.*

Patris casus non nocet filio, nec prodest. *Leg. Nec filiam ff. de Senator.*

Patris concordia sufficit, si offensus est filius ejus. *Leg. In persona ubi gloss. margin. ff. de pactis.*

Patrem mori, et filium emancipari aequiparantur. *Leg. Si pater* 45 *ubi gloss. in verb. manebunt. ff. de jur. dotium.*

Paterna amicitia gerens, non agit. *Leg. Is qui ff. de negot. gest.*

Paternum affectum vincit nullus. *Leg. Non solum* 39. *in fin. ubi gloss. verb. nominatim ff. de procuratorib.*

Pater est quem nuptiae monstrant. *Leg. Quia* 5 *ff. de in jus vocand.*

PATIENS — PATIENTIA

Vid. *Consensus.*

Patientia pro traditione est in incorporalibus. *Leg.* 3 §. *si iter ff. de contrah. empt.*, *leg. Et non* §. *fin. ubi gloss. in verb. restitui ff. de petit haered.*

Agens, et patiens non concurrunt in eodem subjecto. *Leg. Uranius ff. de fidejussorib.*, *leg. Ille a quo* §. *tempestivum ff. ad S. C. Trebell.*

Patientia consensui aequiparatur. *Gloss. in Auth. Si servus Cod. de Episc. et Cleric.*

Patitur sponte deliquens. *Leg.* 1 §. *denique gloss. marg. ff. de postul.*

Patientia inducit scientiam. *Leg. Labeo* 19 *ff. de aqua pluv. arcend.*

Patientia habetur pro consensu. *Leg.* 5 *Cod. de nupt., leg.* 1 §. *magistratum ubi gloss. in verb. Tempus ff. de exercit. act., leg. Titianus ff. quod cum eo, leg. qui patitur ff. mandati, leg. Cum in* §. *locator ff. locati conduct.*

Patiens quod potest prohibere, ipse facere videtur. *Leg. Quid ergo* 13 *ubi gloss. verb. constituisse ff. de iis qui not. infam.*

PATRIA

Patria sua unicuique est diligenda, et prae ceteris extollenda. *Leg. Postliminium* §. *filius ff. de captiv. et postlim, leg. Qui habebat in prin. ff. de legat.* 3.

Dulcis amor patriae. *Leg. Veluti* 2 *ubi gloss. marg. in verbo adde ff. de just. et jur.*

Patriam delere volens, lugeri non debet. *Leg. Minime* 35 *ff. de relig. et sumpt. fun.*

PATRIA — POTESTAS

Vid. *Filius — Furor — Ordo — Pater.*

Patria potestas inaestimabilis est. *Leg.* 14 §. 8 *ff. de legat.* 1.

Patria potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere. *Leg.* 5 *ff. ad leg. Pomp. de parricid.*

Nepos ex filio est in potestate avi, et non patris, vivente avo. §. *fin. Instit de patr. pot., et in princ. istit. quib. mod. patr. pot. solv., leg. Sic eveniet ff. de adult., leg. fin. Cod. de legit tutel., et leg. Liber homo* §. *fin. ff. de acq. rer. dom.*

PATRIMONIUM

Tempore mortis testatoris observato, pro quantitate patrimonii. *Leg.* 56, *et leg.* 73 *ff. ad leg. falcid.*

PATRONATUS — PATRONUS

Patroni est ad Ecclesiam praesentare, non conferre. *Cap. Ult. de jure patron.*

Patronus Clericus seipsum presentare non potest. *Cap. Per nostras eod tit.*

Patronus honorandus est, et ab Ecclesia sustentandus si eget. *Cap. Nobis. de Jure patronat.*

Patronatus jus haeredibus dividi non debet. *Cap.* 1 *tit. eod.*

Patronus non disponat de rebus Clerici defuncti. *Cap. Sancto de succession. ab intest.*

Patroni si plures fuerint, ille praesentatus obtineat, qui plurimorum assensu eligitur. *Cap. Quoniam de jure patronat.*

Patronus, jus Episcopi in Ecclesia minuere non debet. *Cap. Cum seculum. eod. tit.*

Patronus sine Episcopo, nec Episcopus sine patrono, beneficium conferat. *Cap. Suggestum. eod. tit.*

Patronus non debet Ecclesiam in alios transferre. *Cap. Praeterea* 2, *et Capit. seq de jure patron.*

PAUPER — PAUPERTAS

Vid. *Nocere.*

Pauperum cura apud Episcopos. *Concil. Trident. de reform. Sess.* 22 *Cap.* 8 *in fin.*

Paupertatem detegere durum est. *Instit. de Injuriis.* §. *injuria ubi gloss. vers. qui intelligebat.*

Paupertas reddit hominem minus idoneum. *Instit. de satisd. tut. vel curat.* §. *interdum, ubi gloss. vers. non sit idoneus.*

Egestate sordentibus mors est solatium, vita supplicium. *Leg. Quisquis* 5 §. *filii Cod. ad leg. Jul. majest.*

Paupertas non excusat a peccato. *Cap. Quoniam de simonia ubi gloss. verb. paupertatis.*

Pauperibus male acquisita sunt eroganda, quando non invenitur quibus sunt restituenda. *Cap. Cum tu de Usuris.*

Paupertati favetur. *Leg. Si instituta* §. *Sed scriptus ff. de inoffic. testam.*

Pauper facile corrumpitur. *Leg.* 3 *in pr. ff. de testib.*

Pauperi quam diviti magis providetur. *Leg.* 8 §. *si in singulos annos ff. de transaction.*

Pauperes in judicio audiendi sunt aeque ac divites. *Leg. Nec quicquam* §. *observare ff. de offic. proconsul.*

Pauperes non debent affici injuriis a potentioribus. *Leg. Illicitas* §. 2 *ff. de offic. praesid.*

Pauperior non fit qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo deponit. *Leg. Si Sponsus. §. si maritus. ff. de donat. int. et uxor.*
Paupertas est periculosa. *Leg. Quod si §. sed cum ff. de petit. haered.*

PECCARE — PECCATUM

Vid. *Iniquitas — Malum.*
Peccans occultum plus punitur, quam errans palam. *Leg. Non existimo ff. de admin. tut., leg. fin. ubi gloss. ff. de ritu nuptiar., Gloss. in Cap. de homine in verb. graviora, de celebr. miss.*
Peccare non dicitur qui mentem castam servat, licet coactus. *Cap. Tolerabilius, Cap. Vera, et Cap. sequen.* 35 *q.* 5.
Peccatum dicitur omne quod non est ex fide. *Cap. fin. de consuetudine, leg. Caelicolarum in fin. Cod. de Judaeis, et Caelicol.*
Propter peccata, veniunt adversa. *Auth. Ut non luxu. contr. nat., et Cap.* 2 *de purgat.*
Peccati venia non datur, nisi correcto. *Reg.* 5 *de regul. jur. in* 6.
Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum. *Regol.* 4 *de regul. jur. in* 6.

PECULIUM

Vid. *Collatio — Divisio.*
Peculio in suo neminem esse. *Leg. Stichus in fin. ff. de pecul. legato.*
Peculium largissime accipitur. *Leg. Peregre* 44 §. 1 *ff. de acquir. poss., leg. Si emptam* 2 *ff. pro soluto.*
Peculium habere non dicuntur liberi, qui sui juris sunt. *Leg. Ut liberis. Cod. de Collat.*
Peculium castrense filii intestato mortui, pater occupat jure peculii, non haereditario. *Leg. Intelligit.* 5 *Cod. de castr. pecul. mil. et prof.*
Invito patre, filius retinere potest peculium quasi castrense. *Leg. Jubemus* 5 *Cod. de silentiar.*
Peculii actio, ex contractu filii pater convenitur. *Leg. Pater* 15 *ff. de castr. pecul.*

Quod pater pro filio stipulatur in profectitio peculio, in dubio ei concedere videtur. *Leg. Titii filii ff. de peculio legat.*

In castrensi, et quasi castrensi peculio nullum jus patris est. *Leg.* 7 *Cod. de bon. quae lib.*, *et leg.* 3 *Cod. de Castr. pecul.*

S. C. Macedonianum cessat in peculio castrense, vel quasi. *Leg.* 1 §. *ult. et leg.* 2 *ff. ad S. C. Macedon.*

Peculium castrense, et quasi castrense pleno jure est filii. *Leg.* 6 *Cod. de bon. quae lib.*, *leg. Ex nota*, *cum seq. ff. de castrens. pecul.*, *Istit. quib. mod. non est permiss. fac. test. in princ.*

In peculio adventitio filius regulariter habet proprietatem, et pater usumfructum. *Leg. Cum oportet. Cod. de bon. quae liber.*, *Istit. per quas person. nob. acquir.* §. *igitur.*

PECUNIA

Vid. *Aurum — Esse — Exceptio — Solutio.*

Pecuniam retinere satius est, quam solutam repetere. *Leg.* 3 *ff. de compens.*, *leg. Si stipulatus* 15 *in pr. ff. de fidejussorib.*

Pecunia non generat pecuniam. *Leg. Usurae pecuniae* 12 *ff. de verb. signif.*

Pecunia inventa in re empta est venditoris. *Leg. A tutore ff. de rei vindic.*

Pecunia reproba non liberat solventem. *Leg. Eleganter* §. *qui reprobos ff. de pignor. act.*

Pecuniae eadem ubique potestas. *Leg. Ideo* §. *pecuniarum ff. de eo quod cert. loc.*

Pecuniam accipere, dicitur etiam qui pro pecunia aliquid accipit. *Leg.* 1 §. *pecuniam. ff. de calumn.*

Pecuniam accipiens ut faciat quod gratis facere tenetur, turpiter accipit. *Leg. Si vestimenta ff. de condit. ab turp. caus.*

Pecunia deficiente suppletur in corpore. *Leg. Quod si* §. *si servus gloss. aut noxae ff. de minorib.*

PERDERE

Perdere nemo velle praesumitur. *Leg. Qua ratione* 9. §. 8. *ff. de acquir. rer. dom.*

Perdi non potest quod non habetur. *Leg. Omnes* 3 *ff. usufruct. quemad. cav.*
Perdit qui dat ignoranti. *Leg. Ordinem* 2 *Cod. de censib.*, *et censitor.*
Perdit unus propter alium. *Leg. Si duo* 5 *ubi gloss. ne prosit. ff. si quis caution.*
Perditur quod non habetur. *Leg.* 3 *ubi gloss. quod nec ff. usufruct. quemad. cav.*

PERFECTUS — PERFICERE

Vid. *Actus.*
Paria sunt actum non incipere, vel caeptum non perficere. *Leg. fin. §. Illud. Cod. de Codicill.*, *§. penult. Istit. quib. mod. test. infir.*
Multa imperfecta, unum perfectum constituere non possunt. *Leg.* 2 *Cod. qui num. tutel.*
Perfectum est quod omnibus suis partibus constat. *Leg.* 1 *in pr. ff. de origin. jur.*

PERICULUM — PERIRE

Vid. *Agere — Emptor — Imputare — Tutor.*
Majoribus periculis diligentius occurrendum. *Leg.* 1 *§. Sed et si quis ff. de carbon. Edict.*
Speciei periculum ad creditorem pertinere, generis vero ad debitorem. *Leg. Non amplius §.* 1 *ff. de legat.* 1, *leg. Incendium Cod. si cert. petat.*
Periculum ubi magis intenditur, ibi plenius est consulendum. *Leg.* 1 *§. sed et si quis ff. de Carbon. Edict.*, *leg. Manifestissimi Cod. de furtis*, *leg. Addictos. Cod. de appellat.*, *Cap. Ubi periculum. de election. in* 6.
Periculum qui amat, peribit in illo. *Ecclesiast.* 3 *vers.* 27; *leg. Item Mela §. Et sane ff. ad leg. Aquil.*
Periculum interitus spectat ad debitorem morosum. *Leg.* 82 *§. si post. ff. de verb. oblig.*
Periculum cujus est, et lucrum esse debet. *Leg. Julianus* 14 *§. si quid gloss. et legata ff. de action. empt.*
Periculum est fortuitus casus. *Leg. Opus ubi gloss. marg. ff. locati.*
Periculum instans attenditur, non suspicatum. *Leg. Metus ff. quod met. caus.*

Periculum interitus post moram, spectat ad debitorem speciei. *Leg. Quod si te ff. si cert. petat.*

Perit quandoque quod non fuit. *Leg. Id quod* 19 *gloss. depereat. ff. de constit. pecun.*

Perire non potest quod non est. *Leg.* 1 §. *usque ff. quib. mod. usufr. amitt.*

PERITUS

Vid. *Ars — Authoritas — Calculator — Statuere.*

PERMISSIO — PERMISSUM

Permissum videtur quod non est prohibitum. *Leg. In tantum* 6 *gloss. rescripserunt. ff. de rer. divis.*

Multa in consequentiam permittuntur, quae principaliter denegantur. *Leg.* 1 *ff. de auct. Tutor., leg. Conditionibus pupillus. ff. de condit. et demonstr.*

Multa licent, quae tamen honesta non sunt. *Leg. Non omne ff. de reg. jur.*

Multa incidenter fieri permittuntur, quae principaliter denegantur. *Leg. Quoties Cod. de jud., leg. Cum creditor* §. *qui furem. ff. de furtis.*

Multa ratione incertitudinis permittuntur, quae alias non concederentur, *Leg.* 1 *Cod. de pactis, leg. Si ea Cod. de usur; leg.* 2 §. *sed si, gloss. possit. ff. de judic.*

Permissum de jure communi, frustra petitur concedi per privilegium. *Leg. Unica Cod. de Thesaur.*

Permissum ad tempus, post illud censetur prohibitum. *Leg. Si unus* §. 1 *ubi Bald. ff. de pactis, leg. Epistola* §. *fin. ff. eod., leg. Imperator ff. de postuland., leg. Cum pater* §. *a filia, ubi Bart. ff. de legat.* 2, *leg. Titia cum testamento* §. *ult. ff. eod, Cap. Ult.* §. *in aliis, vers. Si vero. Ut lite non contestat.*

Permissis illicite utens punitur. *Leg. Qui sine* 40 *ubi gloss. convertit. ff. de negot. gest.*

Permissum post tempus, ante illud censetur prohibitum. *Leg. Promissor ff. de constit. pecun.*

Permittitur uni, quod alii prohibetur. *Leg. Cum praetor. in pr. ff. de judic.*

Permissum censetur omne id, per quod devenitur ad actum permisso actu. *Leg. Ad rem mobilem* 56 *ff. de procurator.*

Omnia censetur permissa, nisi reperiantur prohibita. *Leg. Nec non* §. *quod eis*, *et ibi gloss. ff. ex quib. caus. maj.*, *leg. Ab ea ff. de probat.*, *leg. Mutus* §. *cum quaeritur ff. de procurat.*

Permittit qui non prohibet, *Leg. Scientiam* 45 §. *Si meum* 2 *ff. ad leg. Aquil.*

Permissum in uno modo, alio modo prohibitum intelligitur. *Leg. Sicut re* 8 §. *Sed si permiserit* 13 *ff. quib. mod. pign. etc.*

Permissum in uno casu, prohibitum alio casu intelligitur. *Leg. Fideicommissum* 1 §. *Cum* 3 *ff. de usur*; *leg. Neque societatem* 1 *ff. Quod cujus univer.*, *leg. Dotem Cod. de dot. cauta non num.*

PERPETUUM

Perpetuum dicitur quod est sine fine. *Leg. Quod* 3 §. *hoc interdictum* 15 *ff. de lib. hom. exhib.*

Perpetuus morbus liberat a tutela suscepta. *Leg. Post* 43 *ff. de excusat. tut.*

Qui non habet limitatum tempus intelligitur in perpetuum. *Leg.* 33. *ff. eod.*

Perpetuam causam non habet, quod manu factum est. *Leg. Foramen* §. *neque ff. de serv. urb. praed.*

Perpetuum in mundo nihil esse potest, nisi per surrogationem. *Leg. Eum ff. de servit. urb. praed.*

PERPLEXITAS

Indissolubilis perplexitas vitiat actum. *Leg. Si Titius ff. de cond. instit.*

Ratione perplexitatis, media via eligitur. §. *fin. instit. de vulgar.*, *Leg. Si pater familias ff. de haered. instit.*, *leg. Antiqui. ff. si pars. haered. pet.*

In perplexis, vel implicitis, regulae juris sunt fallaces. *Leg. Si titius ff. de stipulat.*

PERSONA — PERSONALIS

Vid. *Cautio — Pignus — Plus — Sumptus.*

Persona loquentis generali sermone continetur. *Leg. Creditor* §. *fin. ff. de contrah. empt.*

Personarum delectus habendus. *Leg.* 8 §. *sed et personarum ff. transaction.*

Personalis constitutio personam non egreditur. *Leg.* 1 §. *fin. ff. de constit. Princip.*

Praestare quis debet in sua persona, quod in aliena praestat. *Leg. Si negocia* 31 §. *fin. ff. mandati.*

Melius est pignori incumbere, quam in personam agere. §. *furti autem Istit. de oblig. quae ex delict. nasc.*, *Leg.* 1 §. 1 *ff. de superfic; leg. Quaesitum ff. de pignorib.*

Personae suspectae removendae. *Leg. Quod non* 3 §. *hoc interdictum* 9 *ff. de lib. hom. exhib.*

Personam res sequuntur. *Leg. Generalis*, 2 *ff. de adopt.*

Personale privilegium non transit ad haeredem. *Leg. Cum* 28 *ff. de leg. et fideic.* 2.

Personalis obligatio fundum non sequitur. *Leg. Sed et si* 25 §. *Adeo* 15 *ff. de pet. haered.*, *leg. Si debitori* 21 *ff. de jud.*

Personales immunitates non transeunt ad haeredes. *Leg. Qui ob.* 1 *ff. de jur. immunit.*

Personale non est quod per alium potest impleri. *Leg. Alimenta* 16 *ff. de alim. vel cibar. legat.*

PETENS — PETERE — PETITIO

Vid. *Libellus.*

Calumniose petita non sunt audienda, sed rejicienda. *Innoc. in Cap. Post electionem in fin. de Concess. praeben.*

Justa petentibus, non est denegandus assensus. *Leg. Justum* 6 *Cod. de Edend.*

Id petitum videatur, de quo actor senserit. *Leg.* 85 *ff. de verb. obligat.*

Justa petenti, facile assentiendum. *Leg.* 2 *ff. de his qui sunt sui vel alien.*, *leg. Attilicinius ff. de servit. rustic. praedior.*

Petitio haereditatis, praefertur rei vindicationi, quia rei major est actio. *Leg. Si post litem. ff. de exceptionib.*

Petitio haereditatis praefertur actioni familiae erciscundae. *Leg. Fundi ff. de exception.*, *leg.* 1 *ff. famil. erciscund.*

Dolo facit qui petit quod redditurus est. *Leg.* 173 §. 3 *ff. de regul. jur.*, *leg.* 8 *ff. de doli except.*, *leg. Cum in ea* 59 *ff. de aedilit. edict.*

Qui petit non repellitur exceptione doli, si ignorat causam, cur non debeat petere. *Leg.* 2 §. *generaliter ff. de doli except.*, *leg.* 177 §. 1 *ff. de reg. jur.*

Petitur frustra quod jam habetur. *Leg. Si finita* 15 §. 15 *ff. de damn. inf.*, *leg. Si is cui ff. de furt.*

Non petitum prodest, quod desideratum nocet. *Leg.* 2 §. *fin. ubi gloss. in verb. affectavit. ff. si quis cautionib.*

Petitio ambigua interpretatur secundum mentem proferentis. *Leg. Si quis ff. de judic.*

Frustra petis quod intus habes. *Leg. Si finita* 15 §. 15 *ff. de damno infecto*, *leg. Si is cui ff. de furtis.*

PIETAS

Pietas in parente praesumitur. *Leg. Is qui* 44 *ff. de negot. gest.*

Pietas est mater boni operis. *Leg. Ex duobus. gloss. marginal. ff. de negot. gest.*

Pietas praesumitur ex personarum qualitate. *Leg. Ex duobus. gloss. margin. ff. de negot. gest.*

Pietatis causa factae expensae non repetuntur. *Leg. Ex duobus* §. *Titium ff. de negot. gest.*

Sua cuique pietas quandoque nocet. *Leg. Et si* 14 §. *plerique gloss. opportet. ff. de religios. et sumpt. fun.*, *leg. Cum is* 32 §. *si in ea ff. de condict. indeb.*

Quando pietate causatur error, cessat repetitio indebiti soluti. *Leg. Cum is* 32 §. *si in ea ff. de condict. indeb.*

PIGNUS

Vid. *Accessio — Creditor — Novatio — Obligatio — Persona — Solutum.*

Rei suae pignus non valet. *Leg. Qui rem ff. depositi.*

Pignus rei suae consistere non potest. *Leg.* 45 *ff. de regul. jur.*

Pignus solvitur, si id voluntate creditoris, debitor vendiderit. *Leg.* 158 *ff. de reg. jur.*, *leg. Sicut* §. *si voluntate ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.*

Pignus tollitur novatione voluntaria. *Leg. Si tibi* 17 §. *de pignore ff. de pact.*

Qui pignus secundo loco accepit, ita jus suum confirmare potest, si priori creditori debitam pecuniam solverit. *Leg.* 22 *Cod. de pign. et hypotec.*, *leg.* 1 *Cod. Qui pet. in pign. hab.*, *leg.* 5 *Cod. eod.*, *leg.* 4 *Cod. de his qui in prior. credit.*

Creditoris arbitrio permittitur ex pignoribus sibi obligatis, quibus velit distractis, ad suum commodum pervenire. *Leg.* 8 *ff. de distract. pignor.*

Qui reddit Chirographum creditori, jus pignoris amittit. *Leg. Creditricem* 7 *Cod. remiss. pign.*

Pignus non dividitur inter haeredes. *Leg. Manifesti* 1 *Cod. Si unus ex plur. haered.*

Pignus est inane, si pecunia numerata non fuit. *Leg.* 1 *et* 2 *Cod. Si pignor. convent. numer.*

Cessante causa propter quam pignus est datum, pignus debet reddi. *Leg. Si Fundi* 2 *Cod. de pactis pignor.*

Pignus solo consensu contrahitur. *Leg. Si tibi* §. *de pignore ff. de pactis.*

Pignori praefertur privilegium personale. *Leg. Interdum ff. qui pet. in pign. hab.*

Pignori quod accepit, pignus est. *Leg. Si convenerit* §. *si nuda ff. de pignor. action.*

PLACERE — PLACITUM

Vid. *Approbare.*

Quod semel placuit, amplius displicere non potest. *Reg.* 21 *de regul. jur. in* 6.

Placere cuique debet in sua persona, quod placuit in aliena. *Leg.* 1 §. *si quis ubi gloss. fin. ff. quod. quisque jur.*

Placitum est costituendum. *Leg. Si plus ff. de evictionib.*

PLANTA

Vid. *Arbor.*

Planta cedit solo. *Leg. Si quis* 11 *Cod. de rei vindic.*

PLURALITAS — PLUS

Vid. *Major — Numerus — Pars — Specialis — Species.*

Plura facta non sunt ubi est consilium unum. *Leg. Si familia ff. de jurisdict. omn. judic.*

Plurium quod accidit praesumitur. *Leg. Ab ea parte* 5 *ubi gloss. verb. Specialiter ff. de probationib.*

Cum quid a pluribus fieri debet, omnes facere debent, nec sufficit unum alteri vices suas committere. *Leg. Sicuti* 21 *ubi gloss. in verb. Omnes ff. de recept. arbitr.*

Plus et minus non inducunt specificam differentiam. *Leg. fin. ff. de fund. instruct.*

Plus et minus, non constituunt speciem, sed gradum. *Jason. in Leg. Imperium ff. de jurisd. omn. jud.*

Plures rationes vincunt unam. *Leg. Re conjunctim ff. de legat.* 3.

Ex pluribus rationibus, sufficit unam subesse. §. *Affinitatis Istit. de nupt.*

Non debet cui plus licet, quod minus est non licere. *Leg.* 21 *ff. de reg. jur.*

Nemo plus juris ad alium transferre potest, quam ipse habet. *Leg.* 54 *ff. de regul. jur.*

Adjectio pluris, non infinitam pecuniam continet, sed modicam. *Leg.* 192 *ff. de verb. signific.*

Pluralitas in dubio non praesumitur. *Leg. Omnium, cum gloss. Cod. de testam., leg. fin. Cod. Si cert. pet.*

Pluralitas personarum non praesumitur, nisi probetur ab allegante. *Leg.* 1 *Cod. de probat., Bart. in leg. Si quis servum* §. *si inter duos in fin. ff. de legat.* 2.

Plures dicuntur etiamsi duo sint. *Leg. Sed et si* 52 §. *Sed et si* 2 *ff. de judic.*

Pluralis locutio duorum numero contenta est. *Reg.* 40 *de reg. jur. in* 6, *leg. Ubi ff. de testib.*

Plus semper in se continet quod est minus. *Reg.* 35 *de reg. jur. in* 6.

Plus nemo rogari potest, quam ipse accipiat. *Leg. Filius* 114 *ff. de legat.* 1.

Plus qui facit quam facere debet, videtur etiam facere id quod faciendum est. *Leg. Is cui, gloss. plusquam. ff. quemadm. serv. amitt.*

Plures non facile consentiunt. *Leg.* 2 §. *deinde cum, ubi gloss. difficilius ff. de origin. jur., leg.* 16 §. *sed an. gloss. facere ff. de dolo malo.*

POENA

Vid. *Condemnare — Factum — Furtum — Gratia -- Necessitas — Obligatio — Praemium — Punitio — Restituere.*

Poenae in dubio sunt molliendae. *Leg. Furti* §. *fin. gloss. non erit ff. de his qui not. infam.*

Poenas ob delicta solvi magna ratio suadet. *Leg. Si a reo* §. *fin. ff. de fidejuss.*

In poenis unus alium non liberat. *Leg. Adeo ff. de jurisd. omn. jud.*

In poenalibus, benignior fit interpretatio. *Leg. pen. ff. de poenis, Cap. In poenis* 49 *de reg. jur. in* 6., *Cap. Ex litteris. de constitut.*

Poenae ad alios casus non sunt extendendae, sed restringendae. *Leg. Factum cuique* §. *in poenalibus ff. de reg. jur.*, *Cap. In poenis. De reg. jur. in* 6.

Illi debet permitti poenam petere, qui in ipsam non incidit. *Leg.* 154 §. 1 *ff. de regul. jur.*, *leg. Si Uxor.* §. *judex ff. de adulter.*

De poena agit, qui et ipse in poenam incidit. *Leg. Si duo ff. de dolo, leg. Ult.* §. *pen. ff. de eo per quem fact.*

Restringere debemus poenas. *Leg. Si sine* 25 *ff. de in jus vocand.*

Poenae ad poenam fit compensatio. *Leg. Ex hoc.* 3 §. *sed si, gloss. in verb. dolo ff. de eo per quem.*

Poenae metu quis bonus efficitur. *Leg.* 1 *ubi gloss. verb. metu ff. de justit.*, *et jur.*

Poenam auget delictum frequens. *Leg.* 2 *ubi gloss. in verb. violationem ff. de iis qui sunt sui.*

Poenam minuit judex aetatis miseratione. *Leg. Auxilium* §. *ex delictis ff. de minorib.*

Legitime factum, nullam meretur poenam. *Leg. Graccus. Cod. de adulter.*, *leg. Qui Servum ff. de stipulat.*

Ratione mali exempli, gravior poena imponitur. *Leg. Omne* §. *In acie. ff. de re milit.*

Paritas delicti, paritatem poenae requirit. *Leg. Nihil interest. ff. de adulter.*, *leg. Si quamquam in fin. Cod. de Episc. et Cleric.*

Publice interest poenam delinquentibus non remitti. *Leg. Si operis. Cod. de poenis.*

Poena praesupponit culpam. *D. Thom.* 2. 2. *q.* 108. *art.* 4 *in solut.*, *et* 112 *q.* 87 *art.* 7 *et* 8.

Sine culpa poenam non infligi. *Leg. Sancimus Cod. de poenis.*

In poenis quae surgunt ex delicto, qni non habet in aere luit in corpore. *Leg.* 1 *ff. de poen.*, *leg. fin. ff. de in jus voc.*

Lubricum linguae ad poenam facile trahi non debet. *Leg. Famosi ff. ad leg. Jul. Majest.*

Poenae sunt molliendae potiusquam exasperandae. *Leg. penult. ff. de poenis.*

Poena unius, alterius proemium esse non debet. *Leg. Si sequens ff. ad S. C. Syllanian.*

Cogitationis poenam, nemo patiatur. *Leg.* 18 *ff. de poenis.*

Praegnantis mulieris poena differtur quoad pariat. *Leg.* 3 *ff. de poenis.*

Poena nemini praestat immunitatem. *Leg. Relegatorum §. fin. ff. de interd. et relegat.*

Poena debet tenere suos authores, et non alios. *Leg. Sancimus Cod. de poen.*, *leg. Si haeredis servus §. fin. ff. de legat.* 1.

Poena sequitur delinquentem, et non alios. *ibid.*

Ex delicto per aliquem commissum, tertius non debet pati poenam. *ibid.*

POSSE

Vid. *Facere.*

Posse non dicitur qnis ea quae honeste non potest. *Leg. Nepos Proculo ff. de verb. signif.*

Possum per alium, quod per me non possum. *Leg. Si commune ubi gloss. ff. quemadm. serv. amitt.*

Adstringi non debet quis ad id quod non potest. *Leg. Si pupilli §. final. ubi gloss. in verb. non habuerit*, *ff. de negot. gest.*

Non imputatur ei qui non potest facere, quod facere vellet. *Leg. Cum quidam* 17 *§. si pupillo ff. de usuris.*

Quod potui nolui, quod volui adimplere nequivi. *Leg. In ambiguo ff. de reb. dub.*

Paria sunt nolle, et non posse. *Leg.* 3 *Cod. de haered. istit.*, *leg.* 1 *§.* 1 *ff. de Procurat.*

Paria sunt nescire, vel non posse. *Leg. In actione vers. Plane ff. de furtis.*

Paria sunt scire, vel scire posse. *Leg. pen. ff. ad S. C. Maced.*, *leg. In bonorum in fin. ff. de bon. poss.*

Paria sunt non posse, vel non honeste posse. *Leg. Nepos Proculo ff. de verb. signific.*

Paria sunt aliquem posse, vel stare per se quominus possit. *Leg. Si bonae fidei ff. de noxalib. action.*

Paria non esse, vel reperiri non posse. *Leg. Cum unus §. fin. ff. de bon. aut. jud. poss.*

Paria sunt non debere, vel nondum conveniri posse. *Leg. Fulcinius §. Si in diem ff. quib. ex caus. in possess.*

Posse quis non dicitur, quod contra jus potest. *Leg. Quaero §. inter locatorem ff. locati*, *leg. Nepos Proculo ff. de verb. signif.*, *Cap. Causam quae De rescript.*, *Cap. Cum dilectus. de consuetudin.*

POSSESSIO — POSSESSOR — POSSIDERE

Vid. *Haeres — Pars — Vis.*

Paria sunt non esse in possessione, vel mala fide possidere. *Leg. fin. Cod. Unde vi.*

Nunciatione verbali possessionem amitti, non reali. *Leg. de pupillo §. meminisse ff. de nov. op. nunc.*

In pari causa melior est conditio possidentis. *Leg. 8 ff. de condit. ab turp. caus.*, *leg. Si debitor. ff. de pignorib.*, *leg. 91 §. sequitur ff. de verbor. obligat.*

Nulla possessio acquiri potest, nisi animo, et corpore. *Leg. 8 ff. de acquir. vel amitt. poss.*, *leg. 153 ff. de regul. jur.*

Nemo sibi causam possessionis mutare non potest. *Leg. 3 §. 19 ff. de aquir. vel amitt.*

Possidere videmur, quisquis nostro nomine sit in possessione. *Leg. 9, et leg. 25 §. 1. ff. de acquir., vel amitt.*

Possessio nisi naturaliter comprehensa ad haeredem non transit. *Leg. 23 ff. de acquir. vel amitt. poss.*

Fundi parte apprehensa, censetur possessio totius fundi apprehensa. *Leg. Possideri ff. de acquir. possess.*

Possessorem cogi dicere titulum possessionis suae, incivile est. *Leg. 11 Cod. de pet. haered.*, *leg. ult. Cod. de rei vindic.*

Nihil comune habet proprietas cum possessione. *Leg. 1, et leg. 12 §. 1 ff. de acquir. vel amitt. possess.*

Eandem rem in solidum duo possidere non possunt. ***Leg.*** *19 ff. de precar.*

Neque justae, neque injustae possessiones duae concurrere possunt. *ibid.*

Possessio transfertur ex contractu inutili. ***Leg.* 1 §. *Si vir uxori ff. de acquir. poss.***

Possessor bonae fidei, facit fructus suos. ***Leg. Bonae fidei ff. de acq. rer. dom.***

Nemo privandus est possessione sua, nisi citetur, et interveniat causae cognitio. ***Leg. Si clam. Cod. si per vim, vel alio modo, Cap. Licet episcopus, ub. gloss. de praebend. in* 6.**

Verus possessor cum titulo, etiam cum errore juris, facit fructus suos. ***Leg. Sed si lege §. scire autem ff. de petit. haered., leg. Bonae fide ff. de acquir. rer. dom.***

Possessio, per clavium traditionem, translata videtur. ***Leg. Clavibus ff. de contrah. empt.***

Possessor olim, et hodie possessor praesumitur. ***Leg. Possidetis Cod. de probat., Cap. Olim in* 3 *de rest. spoliat.***

Qui dolo desiit possidere, pro possidente damnatur. ***Leg.* 131 *ff. de regul. jur., leg.* 12 *ff. de noxalib. action., leg.* 1 *ff. quor. bonor., leg.* 1 §. *quod ait ff. quod legat., leg.* 3 §. *si quis dolo ff. de tabul. exhib., leg.* 1 *ff. de liber. exhib., leg.* 2 §. *hoc interdictum ff. ne quid in loc. public.***

In pari causa, possessor potior haberi debet. ***Leg.* 128 *ff. de reg. jur., leg. cum sponsus ff. de public. in rem act., leg.* 20 §. *licet. ff. de pet. haered.***

Juste possidet, qui auctore Praetore possidet. ***Leg. Juste ff. de acquir. possess., leg. Electio §. ult. ff. de noxalib. action.***

Qui decreto judicis possidet, bonae fidei possessor est. ***Leg.* 137 *ff. de reg. jur.***

Proprietas a possessione separari non potest. ***Leg.* 8 *Cod. de aquir. vel retinend. posses.***

Posssessio non tantum corporis, sed et juris est. ***Leg.* 49 §. 1 *ff. de acquir. vel amitt. possess.***

Naturaliter videtur possidere is qui usumfructum habet. ***Leg.* 12 *ff. de acquir. vel amitt. possess.***

Possideri nequeunt incorporalia. ***Leg. Et si* 6 §. *sciendum gloss. possessor est ff. Si servitus ec.***

Eum qui tantum usufructum habet, possessorem non esse nisi praecarium. ***Leg.* 15 §. 1 *ff. qui satisd. cogantur.***

Possessor malae fidei, ullo tempore non praescribit. *Reg.* 2 *de reg. jur in* 6.

Pro possessore habetur, qui dolo desiit possidere. *Reg.* 36 *ivi.*

Malae fidei posessores, omnes fructus debent cum ipsa re praestare, certum est. *Leg.* 5, 22, *et* 27 *Cod. de rei vindic.*, *leg.* 3 *Cod. de condict. ex leg.*

Bonae fidei possessor facit fructos suos. *Leg.* 25 §. 1 *ff. de usur. leg.* 48 *ff. de acquir. rer. dom.*

Possidere dolo desinens, et possidere dolo volens aequiparantur. *Leg. Sed et si* §. *perinde ff. de pet. haered.*

Possidentis causa melior est quam petentis. *Leg. Sive autem* §. *si duobus ff. de public. in rem act.*

Possessione causa prius, quam proprietatis agenda est. *Leg. Si de vi ff. de judic.*

Possessionem habere, non est habere retentionem. *Leg. Ex quibus* 51 *ff. de cond. indib.*

Possessores sunt potiores. *Leg. Uti ff. si usufruct. pet.*

Possidere commodius est quam petere. *Leg. Iis qui ff. de rei vendicat.*

Possidendi justa causa est custodiae gratia. *Leg. Communi* 7 §. *sed et si ff. comm. divid.*

POSTERIOR

Vid. *Prior*

Posteriora prioribus derogant. *Leg. Pacta novissima Cod. pactis.*, *leg. Sed et si posteriores ff. de legib.*, *leg. Quisquis* 95 *ff. de leg. et fideicom.* 3, *leg. Pacta ff. de contrah. empt.*

In his quae simul fluunt, non datur prius, nec posterius. *Leg. Quidam testamento ff. de pecul. legat.*

Posteriores voluntates expresse, vel etiam tacite prioribus derogant. *Leg. Dari* 19 *Cod. de fideicomm.*

Posterior lex derogat priori. *Leg.* 1 *ff. ad leg. Aquil.*

Posterior mora nocet. *Leg. Celsus*, *gloss. quod non ff. de recept. arbitr.*

POSTERITAS

Posteritatis nomine, veniunt omnes descendentes. *Leg. Quod his verbis ff. de leg.* 3, *leg. Cum acutissimi Cod. de fideicomm.*, *leg. Generaliter in pr. Cod. de inst. et subst.*

POSTHUMUS

Vid. *Codicillus — Querela*.

Posthumus ingratus esse non potest. *Leg.* 33 §. *legis autem Cod. de inoff. testam.*

Posthumus habetur, qui recidit in patris potestatem. *Leg. Filius* 28 *ff. de lib. et posth.*

Posthumo tutor dari potest. *Leg. Cum pater fam.* 29 *ff. de reg. gest.*

In posthumo non cadit justa causa exhaeredationis. *Leg.* 33 §. *legis autem Cod. de inoff. testam.*

Posthumorum appellatione non continentur jam nati. *Leg. Quod* 15 *ff. de testam. tut.*, *leg. Nomen* 164 *ff. de verb. signif.*

Posthumus alienus recte haeres instituitur. §. 1 *Instit. de bonor. possess.*

POTENS — POTENTIA

Actus et potentia simul esse non possunt. §. *Sic itaque Inst. de action.*

Actus potentiam excludit. *Leg. Si ita fuerit, vers. Non enim ff. de man. test.*

Potentia impedit actum. *Leg. Multum Cod. Si quis alt. vel. sib.*

Potentia proxima actui, habetur pro actu. *Leg. penult. ff. de mil. test.*

Frustra est potentia quae ad actnm non perducitur. *Leg. Multum interest. Cod. Si quis alt. vel sib.*, *leg. hae enim* §. *Si praetor ff. de suspect. tutor.*

Parium est eadem potentia, nec major. *Leg.* 1 §. *Veteres ff. de acquir. possess.*, *leg. Si reus ff. de duob. reis. etc.*

A pari potentia non fit actus. *Leg. Sabinus ff. commun. divid.*, *leg. Si reus ff. de duob. reis etc.*

POTENTIOR

Vid. *Pauper — Superior*

Potentioribus pares esse non possumus. *Leg.* 3. *in princ. ff. de alienat. judic. mut.*, *Leg.* 1 *gloss. potentiori ff. si ex noxal. caus. ag.*

Potentiores ne imbecilles opprimant curare debet judex. *Leg. Nec quicquam §. observare ff. offic. procons.*

Potentiores non debent injuriis afficere humiliores. *Leg. Illicitas §. 2 ff. de offic. praesid.*

POTESTAS

Vid. *Jurisdictio.*

A pari potestate, par causatur effectus. *Leg. de quibus ff. de legib.*

Par in parem non habet potestatem. *Cap. Innotuit.* 20 *de electione*, *leg. Nam Magistratus* 4 *ff. de receptis arbitris*, *leg. Ille a quo* 13 *§. tempestivum ff. ad Trebell.*

POTIOR

Vid. *Possessor — Prior.*

Potior pars cujusque diei, est horarum septem primarum, non supremarum. *Leg.* 2 *Cod. de verbor. signific.*

PRAEAMBULUM

Vid. *Praefatio — Proaemium.*

Idem disponitur de praeambulo, quod de consecutivo. *Leg. Oratio ff. de sponsalib.*

PRAECEPTUM — PRAECIPERE

Praecepta Dei sunt possibilia, et observanda. *Concil. Trid. Sess.* 6 *Cap.* 11 *in pr.*, *et Can.* 18.

Majorum praecepta justa, vel injusta non contemnenda. *Leg.* 1 *ff. de nov. oper. nunciat.*, *leg. Servo §. cum Praetor ff. ad Trebell.*

Nudum praeceptum testatoris non valet. *Leg.* 91 *ff. de legat.* 3.

Quod praeceptum Dei omnibus praeceptis antefertur. *Cap. Quae contra Distinct.* 8, *Cap. Si is qui*, *et Cap. Excellentissimus. Caus.* 11 *quaest.* 3.

Non est obediendum quod contra Deum praecipitur. *Cap. Si is qui Caus.* 11 *quaest.* 3.

Praescriptio contra Ecclesiam Romanam non currit, nisi centum annorum. *Cap. Cum nobis* 14, *et Cap. Si diligenti* 17 *de praescript.*

Praescriptio contra quamlibet Ecclesiam, vel piam causam non currit nisi quadraginta annorum. *Leg. Ult.*, *et Authent. Quas act. Cod. de Sacr. Ecles.*, *Cap. Ad Aures* 6, *et Cap. Illud* 8 *de praescript.*

Praescriptum tantum censetur, quantum possessum. *Leg.* 1 §. *Si quis hoc interdicto ff. de itinere actuque priv.*, *Cap. Sine possessione. De reg. jur. in* 6.

Possessor malae fidei ullo tempore non praescribit. *Reg.* 2 *de regul. in* 6, *Cap.* 5., *Cap.* 17 *in fin. Cap.* 19 *in fin. et Cap. fin. extr. de praescript.*

Sine possessione, praescriptio non procedit. *Reg.* 3 *de reg. jur. in* 6, *Cap. Causam* 7 *extr. de praescript.*, *Cap.* 3 *in fin. extr. de probat.*, *leg. Sine possessione* 25 *ff. de usurpat. et usucapion.*

Praescriptio servitutis negativae, a die prohibitionis incipit. *Leg. Qui luminibus* 11 *ff. de servit. urb. praed.*

Praescriptio temporalis non currit adversus eum qui jure agere potest. *Nov.* 123 *Tit.* 6 *de sanct. Episc. Cap.* 26. *Si vero.*

Praescriptio plus operatur quam pactum. *Leg. Haec actio* 1 §. *quae* 1 *ff. fam. ercisc.*

Praescriptione tricennali jus omne tollitur. *Leg. Pomponius* 13 §. 1 *ff. de acquir. poss.*

Praescriptio currit a die quo facultas agendi. *Leg. Si Servus* 25 *ff. de stipulat. servor.*

Non negligenti non currit praescriptio. *Leg. Contra* 16 *Cod. de inoff. testam.*

Usufructuarius non praescribit proprietatem. *Leg. Neque* 8 *Cod. de usufr. et hab.*

PRAESENS — PRAESENTIA

Praesens est qui in ortis est. *Leg. Praesens. ff. de procuratorib.*

Praesens non esse potest pupillus. *Leg. Si compromissum* 52 *ff. de recept. arbitr.*

Praesens non semper consentit. *Leg. Sabinus* 28 *gloss. cogitur. ff. comm. divid.*

Ad praesens ova, cras pullis sunt meliora. *Leg. Cum ij* 8 *ubi glossa in verb. Modico ff. de transact.*

Praesentia non pendent. *Leg. Cum hic, gloss. cum ipsam. ff. de donat. int. vir. et uxor.*

Praesentia pro consensu habetur. *Leg. Si Servus.* §. *si furnum gloss. marg. ff. ad leg. Aquil.*

Actus praesens, praeteritam intentionem declarat. *Leg. Si hi qui Cod. de adult.*

Praesens ad affectum praescriptionis dicitur ille, qui domicilium habet in eadem provincia, licet in ea corporaliter non habitet. *Leg. fin. Cod. de praescr. dec. vel vig. ann.*

Qui aliud attendit non dicitur esse praesens. *Leg. Coram Titio ff. de verb. signif.*

Carius est modicum praesens, quam multa futura. *Leg. Cum hi in pr. ff. de transact.*

Praesens intelligere praesumitur. *Leg. Coram Titio ff. de verb. signif.*

Verbum praesens, non trahitur ad futurum. *Leg. Cum* 125 *ff. de verb. oblig., leg.* 76 §. *Cum stipulamur. ff. eod.*

PRAESUMERE

Vid. *Praesumptio.*

Praesumitur tacite agi quod ex natura contractus venit. *Leg. Cum id, gloss. marg. ff. de cert. pet.*

Praesumi non solet in dubio ademptio. *Leg. Poenam* 2 *ff. de his. quae paenae.*

Praesumitur scire quisque, quod omnes sciunt. *Leg. Sed si* 11 §. 3 *praescribere ff. de instit. act.*

Semel bonus, semper praesumitur bonus. *Cap. Hinc.* 2 *Tit.* 5 *de Monach. Lib. Authent.*

Semper malam causam habere praesumitur, qui semel damnatus est. *Leg. Herennius* 63 §. *Herennius* 2 *ff. de evictione.*

Semper praesumitur dominus, qui semel dominus fuit. *Leg. Si minorem* 4 *Cod. de in integr. rest.*

Praesumimus in dubio legatum purum, potiusquam conditionale. *Leg. Ut haeredibus* 50 *ff. de legat. et fideicom.* 2.

Praesumitur non idoneus quis, nisi probetur idoneus. *Leg. Non est* 11 *ubi gloss. in verb. caveretur. ff. de probat.*

Praesumuntur in dubio esse tres in ventre. *Leg. Sed et si* 28 §. *si pater fam.* 5 *ff. de judic.*

Qui probabiliter jus suum ignoravit, non praesumitur donare. *Leg. Servus* 37 *ff. de donat. int. vir. et uxor.*

Quod consilium sapientum fit, praesumitur fide bona factum, et sine calunnia. *Leg. Polla* 2 *Cod. de his quib. ut indign.*

Praesumitur ex eo quod plurimum accidit. *Leg. Cum* 3 *gloss. Elegerunt. ff. de probat.*

Praesumitur talis quisque, ut loquitur. *Leg. Quidam* 27 §. 1 *ff. de cond. instit*

Praesumitur totum actum vidisse, qui partem ejus vidit. *Leg. Non est* 12 *ff. de Transact.*

Praesumitur error nisi probetur scientia. *Leg. Sed et si* 4 §. 5 *ff. si quis caut.*

Praesumere culpa non debemus. *Leg. Exceptione* 67 *ff. de fidejuss.*

Praesumere semper ea debemus quae jure fieri debent. *Leg. Cujus* 45 *ff. solut. matr.*

In dubio praesumere non debemus delictum. *Leg. Factum* 197 *ff. de reg. jur.*

Praesumere non solet animus donandi nisi ex conjecturis. *Leg. Sed et si* 4 §. 1 *ff. ad S. C. Vellej.*

Praesumi non solet ignorantia supina. *Leg. Cum de indebito* 25 *ff. de probat.*

Praesumi non debet impossibile. *Leg. Non solum* 31 *ff. de oblig. et act.*

PRAESUMPTIO

Vid. *Dubium — Factus — Interpetratio — Praesumere — Talis — Veritas.*

Nobiliores praesumptiones semper in dubiis eligendas. *Leg. Merito ff. pro socio.*

Praesumptio una validior, tollit aliam. *Leg. Divus ff. de integr. rest.*, *Cap. Tuam de sponsalib.*

Fortissima est praesumptio, quae desumitur ex communiter accidentibus. *Leg. Certi* 9 §. *Quoniam ff. si cert. pet.*

Praesumptio juris et de jure, non admittit probationem in contrarium. *Abb. in Cap. Inter alia de Immun. Ecles.*

Praesumptio contra praesumptionem admittitur. *Leg. Divus gloss. existimari ff. de in integr. restit.*

Praesumptio cedit veritati. *Leg. Nuptura filio, et leg. In rebus Cod. de jur. dotium.*

Praesumptio fortior tollit debiliorem. *Leg. Divus ff. de in int. rest.*, *leg. Non solum ff. de ritu nuptiar.*

Praesumptio in genere tollitur per praesumptionem in specie. *Leg. Cum de ff. de probat.*

Praesumptio una cedit pluribus. *Leg.* 3 §. 1 *ff. de testib.*, *leg. Cum de indebito in pr. ff. de probat.*, *Auth. Itaque. Cod. Commun. de success.*

Praesumptioni levi non est standum. *Leg. Denique* 3 §. *Idem tamen. gloss. si levior. ff. de minor.*

Praesumptio doli colligitur ex pactis, seu clausulis insolitis. *Leg. Si quis* 7 *ff. de cond. instit.*

Praesumptio juris et de jure oppugnatur probatione saltem per confessionem adversarii. *Nov.* 97 *Tit.* 9 *de aequal. dot.*, *Cap.* 2 *Aliud quoque. Lib. Authent.*

Praesumptio juris et de jure non admittit. probationem in contrarium. *Leg. Si fidejussor* 2 *Cod. de dolo malo.*

Praesumptioni standum est, nisi contrarium probetur. *Leg. Nuptura* 58 *ff. de jur. dot.*, *leg. Non est* 33 *gloss. praesumptioni ff. de eo quod met. caus.*

PRAESUPPONERE — PRAESUPPOSITUS

Verba quae aliquid praesupponunt, circa illud non disponunt. *Leg. Ex facto la* 1. *ff. de haered. instit.*

Deficiente praesupposito, deficit dispositio. *Leg. Generaliter* §. *Si quis. tutorem ff. de fidecom. liber.*, *leg. Neque enim* §. 1. *ff. de milit. testam.*

Dispositio facta alicujus praesuppositi, locum non habet, nisi praesuppositum verificetur. *Gloss. in Leg. Mancipia in verbo advocandum. Cod. de serv. fugitiv.*, *Leg. Lucius Titius ff. de fideicomm. libert.*

PRAETERITUS

Verba praeteriti temporis, sunt abnegativa praesentis. §. *fuerat. Instit. de Actionib.*

Praeteriti ratio, scire futura facit. *Cap. Scribam. de praesumpt.*, *Cap. Semel malus. de regul. jur. in* 6.

Ex praeteritis praesumitur circa futura. *Cap. Scribam de praesumpt.*

PRAETERMISSIO

Necessariarum praetermissio nocet, non abundans cauthela *Leg. Testamentum Cod. de testam.*

PRAEVIDERE

Praevidere quod debuit, quae non praevidet in culpa est. *Leg. Qui occidit* §. *in hac ff. ad leg. Aquil.*

PRECARIUM

Rei suae precarium non est. *Leg. Interdum* 21 *ff. de acquir. possess.*, *leg.* 4 §. 3 *ff. de Precario*, *leg.* 45 *ff. de reg. jur.*

Accessiones rei precario datae, in eadem causa habentur. *Leg.* 10 *ff. de precario.*

Precarium potest revocari ad libitum concedendis. *Leg.* 1 *in pr. ff. de precario*, *leg.* 2 *in pr.*, *et leg. Et habet in pr. ff. eod.*, *leg. Aquilius* 27 *ff. de donation.*

Constitutio precarii apposita in instrumento est maximae importantiae. *Leg. Quoties Cod. de rei vindic.*

Precarium durat quatenus durat voluntas concedentis. *Leg. Quaesitum* 8 §. *eum quoque ff. de precario*, *leg. Lucius* 32 *ff. de donat.*

Precarium prorogatur etiam tacite. *Leg. Sed si* 5 *ff. de precario.*

Precario concedens non praesumitur dominium transferre velle. *Leg. Quaecumque* 13 *ff. de publ. in rem act.*

PRETIUM

Vid. *Locus* — *Res* — *Retinere* — *Venditio.*

Pretium in contractu venditionis dicitur de substantia. *Bart. in Leg. Cum dote Cod. de jur. dot.*, *leg. Pacta Conventa ff. de contrah. empt.*

Pretium commune in aestimatione rerum attenditur. *Leg. Cum* 44 *ff. de act. empt. et vend.*

Pretium amittit emptor nonnumquam. *Leg. Si quis.* 1 *Cod. de praed. decur.*

Pretium loco rei succedit. *Leg. Venditor* 2 §. 3 *pervenisse ff. de haerd. vel act. empt.*, *leg. Apud Celsum* 4 *ff. de dol. mali*, *et met. except.*, *leg. Depositum* 1 *ff. depositi*, *leg. Si mihi* 1 *Cod. de Castr. pecul. milit. et praef.*, *leg. Sed et si* §. *et puto posse*, *gloss. persona ff. de pet. haered.*

Pretii, et rei idem valor, et aestimatio. *Leg. Item* 4 §. 1 *ff. de alienat. jud. mutand.*

Pretia rei cursu temporis mutantur. *Leg. Si quis.* 4 *ff. de reb. Cred.*, *leg.* 63 §. *nonnullam ff. ad leg. falcid.*

Pretium rei emptae in numerata pecunia consistere debet. §. 2 *Instit. de empt. et vendit.*

Pretia rerum, non ex affectu, nec utilitate singulorum, sed communiter funguntur. *Leg.* 63 *ff. ad leg. falcid.*, *leg.* 33 *ff. ad leg. Aquil.*

Pretium debet esse secundum rei veritatem. *Leg.* 63 *ff. ad leg. falcid.*, *leg. Si quis uxori* §. *ult. ff. de furtis.*

Certum esse pretium debet. §. 1 *Instit. de empt. et vend.*, *leg.* 7 §. 1 *et leg. Ult. Cod. de contr. empt.*

Pretium, justum esse oportet. *Leg.* 2 *Cod. de rescind. vend.*

Verum esse pretium debet. *Leg.* 2 §. 1, *et leg.* 36 *ff. de contr. empt.*, *leg.* 8 *Cod. eod.*

Fidem qui de pretio habet, is quasi solvisse videtur. *Leg. Servus* 61 *ff. de furtis.*

Qui non potest emere qnod testator jussit, tenetur ad pretium. *Leg.* 29 §. *Si aedes. ff. de legat.* 3.

Pretinm si non solvatur, res vendita retineri potest. *Leg. Haereditatis ff. de haered. vel act. vend.*

Pretii loco pactum est. *Leg. Fundi ff. de contrah. empt.*

Pretii parvitas dolum facit praesumere. *Leg.* 8 §. *modus. gloss. in marg. ff. de transact.*

Pretio non conciliandus amor. *Leg. Hoc ratio ff. de don. int. vir et uxor.*

Pretium habens, rem habere videtur. *Leg. Item si res* 4 *in fin. ubi gloss. in verb. Vult ff. de alienat.*

PRIMUS

Vid. *Ultimus.*

Quod primum est, nihil ante se habere potest. §. *In reliqua, in Proem. Digestor.*

Prima charitas incipit a seipso. *Leg. Praeses Cod. de servit. et aqua.*

Sermo simpliciter prolatus, intelligitur de prima vice. *Leg. Boves.* §. *hoc sermone ff. de verbor. signific., leg. Cum pater.* §. *pater ff. de legat.* 2.

Primo nominatus, censetur magis dilectus. *Leg. Quoties ff. de usufr., Cap. Si quis. de elect. in* 6.

PRINCEPS

Vid. *Lex — Statua.*

Princeps non potest violare voluntatem testatoris. *Leg. Si testamentum. Cod. de testam.*

Princeps dicitur lex animata. *Leg.* 1 *Cod. Comm. de legat.*

Princeps non potest tollere defensionem. *Clem. pastoralis, de re judic.*

Princeps non praesumitur velle tollere jus alterius, nec velle aliquem laedere. *Leg.* 2 §. *si quis a Principe, et* §. *merito ff. ne quid in loc. publ; leg. Si privatus ff. qui et a quib; leg. Quoties ff. de pollicit; leg. Quoties Cod. de praec. imperat. off.*

Princeps injuriam illatam circa latus suum militantibus, reputat propriam. *Leg. Quisquis. Cod. ad leg. Jul. majest.*

Princeps non praesumitur velle alicui facere praejudicium. *Cap. Quamvis de rescript. in* 6, *leg.* 2 §. *merito, et leg. Si quis a principe ff. Ne quid in loc. publ.*

Principes a Deo constituti sunt, fidei, et ecclesiae protectores. *Concil. Trid. de reform. Sess.* 25 *Cap.* 20.

Princeps legibus solutus est. *Leg. Princeps ff. de legib.*

Princeps solus legem generalem facit. *Leg.* 1 *gloss. qui magistratum ff. quod quisq. jur.*

Principi quod placuit, legis habet vigorem. *Leg.* 1 *ff. de constit. princip.*

PRINCIPALIS — PRINCIPALITER

Vid. *Accessorium.*

Principalis quod est inspicitur, licet accessorium sit majoris valoris. *Leg. Si in emptione ubi gloss. margin. ff. de contrah. empt.*

Principali liberato, liberatur fidejussor. *Leg. fin. gloss. prodesse ff. de pactis.*

Principale non potest confirmari ab accessorio. *Bart. in leg. Quod per manus* 10 *ff. de jur. codicillor.*

Principale trahit ad se accessorium quamquam sit praetiosius. *Leg.* 98 §. *fin. ff. de legat.* 3.

Principali perempto perimitur accessorium. *Leg. Ex parte* §. *si duos ff. famil. ercisc.*

Principali rescisso, rescinditur accessorium. *Leg. Si cum* §. *Labeo ff. quod met. caus.*

Principabiliter prohitum per consequens admittitur. *Leg.* 1 *gloss. Non posse in fin. ff. si ususfr. petatur.*

PRINCIPIUM

Vid. *Exitus — Finis — Initium.*

Principium est potissima pars cujuscumque rei. *Leg.* 1 *ff. de orig. jur.*, *leg. Pomponius ff. de negot. gest.*, *leg. Procuratorem ff. mandati.*

Quod juris est de aliquo, idem est de ejus principio. *Leg. Non ideo minus. Cod. de haer. inst.*

Bene, et competenter universa gerantur, si principium decens fiat, et amabile Deo. *Auth. Quomodo oportet Episc. in princ.*

Quae malo incohata sunt principio, vix est ut bono exitu peragantur. *Cap. Principatus.* 1 *quaest.* 1.

Principiis obsta, sero medicina paratur. *Leg. fin. Cod. in quib. caus. in integr. rest. non est necess.*, *leg. Neratius ubi gloss. marg. ff. de serv. corr.*

Uno principio illicito dato, plurima mala sequuntur. §. *Consideravimus*, *et ibi gloss. in verb. illicito*, *in auth. ut judic. si quo suffr. colla.* 2.

Principium non apparens, non consideratur. *Leg.* 1 §. *plane si aqua ff. de aqua quotid. et aestiv.*

Principium, et initium a Deo est. *Auth. de haered. et falcid. in princ.*, *Cap. In Nomine Domini* 23 *dist.*

Principium inspicitur si finis habeat necessariam consequentiam ad ipsum, alias finis inspicietur. *Leg.* 3 §. *si quis ff. de minorib.*

PRIOR — PRIORITAS — PRIUS

Vid. *Potior.*

Qui prior est tempore, potior est jure. *Leg.* 1 *et leg.* 4 *Cod. qui pot. in pign. hab.*, *Cap. Qui Prior.* 54. *De reg. jur. in* 6.

Posteriora prioribus derogant. *Leg. Pacta novissima. Cod. de Pactis.*

In his quae simul fluunt, non datur prius, nec posterius. *Leg. Quidam testamento. Cod. de pecul. legat.*

Priora posterioribus eliduntur. *Leg. Si unus §. pactus. ff. de pact.*

In mistis, et conjunctis, non datur prius, nec posterius. *Leg. Quidam testamento. Cod. de pecul. legato.*

Qui prior appellat, prior agat. *Leg. Qui prior. ff. de judic.*

In pignore praetorio, prioritas temporis non attendi. *Leg. Si finita §. Si plures ff. de damn. infect., leg. Is cui §. Qui prior. ff. Ut in poss. legat.*

Prior nominatus, censetur magis dilectus. *Leg. Si communis servus* 37 *ff. de stip. servor., Cap. Si quis. de electione. in* 6.

Qui prius agit, prius adimplere debet. *Leg.* 7 *ff. de pactis, leg. Si quis. Cod. eod.*

Prior tempore praefertur creditor. *Leg. Quia generaliter. ff. qui pot. in pign. hab.*

PRIVARE — PRIVATIO

Omnis privatio habitum praesupponit. *Leg. Decem in fin. ff. de verb. oblig., leg. Manumissiones ff. de Just. et Jur.*

A privatione ad habitum non est regressus. *Leg. Qui res §. Aream. ff. de solut., leg. Post diem ff. de leg. Commiss.*

Privatio omnis poenae nomine continetur. *Leg.* 1 *ff. de his quae poen. nom., Bald. in leg.* 2 *Cod. de contr. empt., leg. is cui §. cessa ff. ut in poss. leg.*

Nemo privatur, nisi prius habuerit id quod fuit privatus. *Leg. Decem* 117 *ff. de verbor. oblig., leg.* 4 *§. Condemnatum ff. de re judic., leg. Non potest videri ff. de reg. jur.*

PRIVILEGIATUS — PRIVILEGIUM

Vid. *Antiquitas — Augumentum — Beneficium.*

Cessante causa privilegii, cessat privilegium. *Leg. Titia Sejo §. Usuras ff. de legat.* 2.

Privilegia stricte interpretari. *Leg. fin. ff. de const. princip., leg. Si quando. Cod. de inoffic. testam., leg. Quod vero contra ff. de legibus etc., leg.* 2 *Cod. de noxalib.*

Privilegia quae personae sunt, ad haeredem non transeunt. *Leg.* 68 *et* 196 *ff. de reg. jur.*

Privilegia creditorum non ex tempore aestimantur, sed ex causa. *Leg.* 17 *ff. de privil. cred.*

Privilegia militum, ad alienam injuriam porrigi non oportet. *Leg.* 40 *Cod. de adm. et peric. tut.*

Privilegia debent esse perpetua. *Leg. Falso Cod. de divers. rescr.*

Privilegio si quis non utatur, dicitur illud perdere. *Gloss. in leg. Si quis ff. de trans.*

Privilegio est privandus, qui concessa abutitur potestate. *Leg. Judaeos Cod. de Judaeis, Glos. in Auth. Statuimus ut nullus. Cod. de Episc. et Cleric., et in Auth. Item privilegia Cod. de haeret, et manich.*

Privilegium concessum alicui operatur dummodo non fuerit infamia notatus. *Leg. Testamenta eorum, circa fin. ff. de milit. testam.*

Privilegium nobilitatis transit in filium. *Bart. in leg. Assumptio* §. *fin., et in leg. Libertus* §. *Pater. ff. de Municipib.*

Privilegiatus contra privilegiatum non utitur privilegio. *Bart. in Auth. quas actiones Cod. de Sacros. Ecles., leg. Si milites in prin. ff. de exc. tutor. leg. Verum* 11 §. *item quaeritur ff. de minorib.*

Privilegium dignitatis, durat etiam finita dignitate. *Cap. Sedes Apostolica de rescript., Gloss. in leg. Viris. in verbo. viris Cod. de magistr. Sacror. Scrin.*

Privilegium hypothecae incipit a die dotis promissae. *Leg.* 1 *ff. qui pot. in pign. hab.*

Confirmatio, vel innovatio privilegii, nihil novi juris tribuit, sed solum conservat antiquum. *Cap. Ex parte* 13 *de privileg.*

Privilegium non tollit pactum, vel aliud privilegium praecedens, si non faciat specialem mentionem de eis. *Cap.* 3 *de Decim, Cap. Veniens* 19 *de praescript.*

Privilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. *Cap. Privilegium* 11 *q.* 3, *Cap. Taurum* 11 *de privileg., Cap. Licet.* 18 *de Regular.*

Privilegium meretur exui, qui eodem abutitur. *Cap. Privilegium* 11 *q.* 3.

Privilegium personale, personam sequitur, et cum persona extinguitur. *Leg. In omnibus ff. de reg. jur., Cap. Privilegium. De reg. jur. in* 6.

Privilegium personale, non transit ad cohaeredem. *Leg.* 28 *ff. de legat.* 2.

Privilegium oportet ostendere, et inspicere, nec alleganti creditur. *Cap. Porro* 7, *et Cap. Persona De privileg.*

Privilegii tenor attendendus est, nec de illo judicandum nisi tenore inspecto. *Cap. Porro* 7, *et Cap. Recipiendum de privileg., Cap. Ult. de transl. Praelat., Cap. Considerandum* 10 *de election.*

Privilegium quod loco conceditur, in loci successorem transmittitur. *Gloss. fin. in Cap. Bonae* 2 *de postu. praela., leg. Qui fundum la* 2 §. *Eum qui ff. de contrah. empt.*

PROBARE — PROBATIO

Vid. *Actor — Dominium — Judex — Reus — Scriptura.*

Probare non cogitur qui praesumptionem pro se babet, cujus contrarium non est probatum. *Leg. Plane* 34 *ff. de leg. et fideicom.* 1.

Probatur consuetudo exemplis. *Leg. De quibus* 32 *ff. de legib.*

Probare dolum cogitur, qui dolum dicit. *Leg. Omnia* 32 *ff. de leg. et fideicom.* 2.

Probare laesionem debet, qui eam allegat. *Leg. Cum* 1 *Cod. si advers. cred.*

Probare dolum debet, qui de dolo conqueritur. *Leg. Si quis* 6 §. 10 *ff. de edend.*

Probanda scientia est, quoties praesumitur ignorantia. *Leg. Temporis* 6 *Cod. de peric. tut. vel curat.*

Probari pater, vere non potest. *Leg. Si vicinis* 9 *Cod. de nupt.*

Probare dolum debet, qui dolum allegat. *Leg. Chirographis* 57 *ff. de admn. et peric. tut.*

Probat qui non improbat. *Leg. Senatus* 1 *ff. de agnosc. et alend. liber., leg. filius famil. ff. ad Sen. Cons. Maced. ubi gloss. in verb. contrariae.*

Probatione non oneratur qui excipit. *Leg. Dotem* 1 *Cod. de dot. caut.*

Probationes legum sunt liquidissimae. *Leg. Temporis* 6 *Cod. de peric. tut. vel curat.*

Probatio est difficilis circa ea quae fiunt de nocte. *Leg. Si cum* §. *in hac ubi gloss. marg. ff. quod met. caus.*

Ex statu praecedenti colligitur cui incumbat onus probandi in praesenti. *Leg. Vis ejus. Cod. de probation.*

Probationem dubiam, in probantem retorqueri. *Leg. Si quis intentione ff. de judic.*, *Cap. In praesentia. Extra de probat.*

Semiplenam probationem, contra verisimile nil valere. *Leg.* 1 *Cod. qui et advers. quos etc.*

Probationes de domo rei sumi non debent. *Leg. De minore* §. *tormenta ff. de quaestion*; *leg. Nimis grave. Cod. de testib.*, *leg. Qui accusare Cod. de edend.*

Probare debet qui excipit. *Leg.* 9 *ff. de probat.*

Probare debet qui affirmat. *Leg.* 1 *Cod. de probat*; *leg. Eum actum ubi gloss. fin. ff. de negot. gest.*, *leg.* 2 *ff. de probat.*

Eum probare opportet qui agit. *Leg.* 15, *et leg.* 21 *ff. de probationib. etc.*

Incumbit probatio qui dicit, non qui negat. *Leg.* 2 *ff. de probat.*, *leg.* 10 *Cod. de non numerat. pecun*; *leg. Actor.* 23 *Cod. de probat.*

Probatio debet concludere. *Bald. in leg. Jurisgentium* §. *quod fere ff. de pactis.*

Dubia probatio semper interpretatur contra producentem. *Glos. in Cap. in praesentia in verb. Verbum dubium. extr. de probat*; *leg. Si quis intentione ff. de jud.*, *leg. Inter stipulantem* §. 1 *ff. de verb. oblig.*

Dubia probatio non relevat probantem. *Leg. Fin. Cod. de probat*, *leg. Absentem ff. de poenis.*

Probationes debent esse luce meridiana clariores. *Leg. Fin. Cod. de probationib.*

Probationes ut operentur debent de necessitate concludere. *Cap. In praesentia de probat.*, *leg. Neque natales*, *et leg. Ad probationem Cod. de probat.*, *leg. Non hoc Cod. Und. legat.*

Sola narrativa non probat. *Auth. Si quis in aliquo Cod. de edendo.*

Probatio in una causa, suffragatur in aliis. *Leg. Ingenuum ff. de stat. hom.*

Probato facto, praesumuntur intervenisse omnia necessaria ad factum. *Cap. In praesentia de probation.*

Probatio tanto est validior, quanto majori nititur authoritate. *Leg. Si quis ex* §. 1 *gloss. de fide ff. de edendo.*

Probationes sunt de substantia judicii. *Leg. Si cum nulla ff. de re judic.*

Probare oportet, nec sufficit dicere. *Gloss. verb. dicatur. in leg.* 1 *in princ. ff. Si quadr. paup. fec. dicatur.*, *Cap. Dilecti de except.*

Probatio incerta, non relevat probantem. *Leg. Neque Natales. Cod. de probation.*, *Cap. In praesentia. de probat.*

Probatio specialis semper praevalet ganerali. *Innoc. in Cap. Auditis num.* 4 *de praescript.*

Probatio per testes, babet eamdem vim quam per instrumentum. *Cap. Cum Joannes de fid instrum*; *leg.* 19 *Cod. de rei vindic.*; *leg. In exercendis Cod. de fid. instrum.*

PROCURATOR

Vid. *Advocatus — Defensor — Exceptio — Mater.*

Procurator est qui aliena negotia mandatu domini administrat. *Leg.* 1 *ff. de procurat. et defens.*

Procurator litis, mandati tenetur. *Leg.* 46 §. 1 *ff. de Proc. et defens.*

Procurator est dominus litis. *Leg.* 23 *Cod. de Procurat*, *leg.* 4 §. 5 *ff. de appellat.*

Posteriorem procuratorem dando, priorem probibuisse videtur. *Leg.* 31 *in fin. ff. de procurat.*

Procurator generalis transigere non potest. *Leg.* 60 *ff. de procurat*; *leg.* 7 *Cod de transact.*

Procuratoris scientia et dolus, nocet domino. *Leg.* 5 *ff. de tribut. action.*

Procurator actoris, tenetur ostendere mandatum. *Leg. Si quis* 10 *Cod. de cond. indeb.*

Procuratorem priorem removet, qui posteriorem dat. *Leg. Et si* 2 *Cod. de test. tutel.*

Procuratorem secundum qui in eadem causa constituit, priorem revocare intelligitur. *Leg. Cum servo* 5 *ff. de tutel.*

Procurator dominus litis fit per litis contestationem. *Leg. Si quidem* 1 §. *Tutores* 13 *ff. quand. appelland*; *leg. Ab executore* §. 4 *ff. de appellat.*

Procurator invitus nemo fit. *Leg. Filius fam.* 8 §. 1 *ff. de procuratorib*; *leg. Invitus* 17 *Cod. eod.*, *leg.* 156 *ff. de reg. jur.*

Procurator in rem suam, nihil nobis acquirit. *Leg. Si mulier* 13 §. *Ex asse ff. de jur. dot.*

Procurator ante litem contestatam removeri potest. *Leg. Quae omnia* 25 *ff. de procurat.*

Procurator dominium nobis acquirit sine nostra rathiabitione. *Leg. Si ego* 24 *ff. de negot. gest.*

Procuratoris contractu actio domino acquiritur. *Leg. Julianus* 13 §. 26 *ibidem Papinianus ff. de action. empt.*

Procuratoris factum refertur ad utilitatem domini. *Leg. Si procurator* 14 *ff. Si quis cautionib.*

Procuratorem nemo constituit nisi dominus. *Leg. Procurator* 1 *ff. de procuratorib.*

Procuratorem dominum litis jam effectum, sine causa dominus revocare non potest. *Leg. Procuratoribus* 22, *et leg.* 23 *Cod. de procuratorib.*

Precuratore invito, nobis acquiritur. *Leg. Possessio* 1 §. 11 *ff. acquir poss.*, *leg.* 68 *ff. de procurator.*

Accusatus de crimine, procurator esse non potest. *Leg. Reum* 6 *Cod. de procuratorib.*

Miles non potest esse procnrator. *Leg. Militem* 7 *Cod. eod.*, *leg.* 54 *ff. eod.*

Si procurator egreditur fines mandati, non praejudicat domino. *Leg. Si procurator* 10 *Cod. de procuratorib.*

Procurator recte constituitur a pupillo cum authoritate tutoris. *Leg. Neque* 11 *Cod. eod.*

Pactum de quota litis in procuratorem reprobatur. *Leg. Litem* 15 *Cod. eod.*

Procurator sine mandato non potest agere. *Leg. Procuratorem* 16 *Cod. eod.*

Exceptio falsi procuratoris, reddit judicium nullum. *Leg. Licet.* 24 *Cod. de procuratorib.*

Ignorantis domini conditio deterior per procuratorem fieri non debet. *Leg.* 49 *ff. de procurat. et defens.*

Procurator facere potest, quod dominus faceret. *Leg.* 35 §. 3 *ff. eod.*

Procurator vel omnium rerum, vel unius rei esse potest. *Leg.* 1 §. 1 *ff. de procurator.*, *leg.* 5 *ff. Mandati.*

Dolum et culpam, non casum praestare debet procurator. *Leg.* 23 *ff. de regul jur., leg.* 9, *leg.* 11, *et leg.* 13 *Cod. Mandati*, *leg.* 8 §. 10 *ff. eod.*

Nihil amplius quam bonam fidem praestare eum oportet qui procurat. *Leg.* 10 *ff. Mandati.*

Procurator cui libera administratio commissa est, potest exigere. *Leg.* 58, *et leg.* 59 *ff. de procurat.*, *leg.* 17 §. *Ult. ff. de jure juran.*

Per procuratorem non semper acquirimus actiones. *Leg.* 72 *ff. de procuratorib.*

Procurator sine mandato esse non potest. *Leg.* 123 *ff. de regul. jur.*, *leg.* 1 *ff. de procuratorib.*

Dari procurator et absens potest. *Leg.* 1 *ff. de procurator.*

Procurator dari potest in perpetuum. *Leg.* 4 *ff. de procurator.*

Unius litis plurium personarum, plures dari procuratores non est prohibitum. *Leg.* 31 §. 1 *ff. de procurator.*

Ad rem mobilem petendam datus procurator, ad exhibendum recte aget. *Leg.* 56 *ff. eod.*, *leg. Ult.* §. *ult. ff. Mandati.*

Filius praesumitur procurator patris. *Leg.* 12 *Cod. de procurat.*

Ea obligatio quae inter dominum, et procuratorem consistere solet, mandati actionem parit. *Leg.* 42 §. 2 *ff. de procurator.*

Procurator se ingerens suspectus est. *Leg. Quae omnia* §. *nec ferendus gloss. suspectus ff. eod.*

Procuratores in causa cui patrocinium habuerunt, testes esse non possunt. *Leg. Ult. ff. de testibus.*

Procurator usus necessarius. *Leg.* 1 §. *usus ff. de procurator.*

Procuratori recte solvitur. *Leg.* 12 *ff. de solution.*

Procuratori qui se ultro alienis negotii offert solvendo, nemo liberatur. *Leg.* 34 §. 4, *et leg.* 58 *ff. eod.*

Procuratoris usus est utile. *Leg.* 1 §. *ait praetor gloss. certis ff. de postul.*

Procurator omnium bonorum, novare potest. *Leg.* 20 §. 1 *ff. de novation.*

Absentia procuratoris, non vitiat sententiam. *Leg. Velamento* 4 *Cod. de postuland.*

Procurator repetit sumptus litis, etiamsi in causa succubuerit. *Leg. Etiam.* 4 *Cod. Mandati.*

Procurator, qui dominum laesit in causa etiam in minimo articulo, tenetur domino. *Leg. Cum* 9 *Cod. Mandati.*

Procurator tenetur de culpabiliter gestis, et culpabiliter non gestis. *Leg.* 9 *Cod. eod.*

Procurator non servato mandato, non praejudicat domino. *Leg. Cum* 12 *Cod. eod.*

Procurator tenetur etiam de levissima culpa. *Leg.* 13 *Cod. eod.*

Contra tenorem mandati non valet quod procurator fecit. *Leg.* 12 *Cod. eod.*

Procurator non datur invitus. *Leg. Filius fam.* §. *invitus ff. de procurator.*

PRODESSE

Vid. *Facere.*

Prodesse alteri neminem cogi, sed tantum obesse vetari. *Leg. In summa* 2 §. *item varus. ff. de aqua pluv. arc.*, *leg. fin.* §. *Divi quoque. ff. de publican. et vectigal.*

Prodesse debet fidejussori, quod reo prodest. *Leg. Si is qui* 6 *ff. si quis. caut.*

Prodest oblatio spontanea. *Leg. Sed et si* 25 §. 17 *ff. de haered. petit.*

Inspicitur id quod prodest, non quod nocet. *Leg. Non intelligitur.* 3 §. *Si quis. ff. de jur. fisci.*

Prodesse alteri curare quisque debet. *Leg. Servus gloss. fin ff. de serv. export.*

Prodesse nemini debet sua frustratio. *Leg. Hominem* §. *etenim. ff. Mandat.*

Prodest aliis res inter alios acta. *Leg. Postumus* §. *si quis. gloss. proficit ff. de inoff. test.*, *leg. Haeredes* §. *quod pro, gloss. veniet ff. famil. ercisc.*

PRODIGUS

Vid. *Interdictum.*

Prodigi dicuntur qui neque tempus, neque finem habent expensarum. *Leg. Curatores* 1 *Cod. de curat. fur. vel. prodig.*

Prodigo bonis interdicitur a lege per judicis sententiam. *Leg. Is cui* 18 *ff. qui testam. facer. poss.*, *leg. Is cui* 6

ff. de verbor. oblig., *leg. Lege* 1 *ff. de curatorib. furios. et etc.*, *Paul.* 3 *sentent. Tit.* 4 §. 7.

Prodigo notorie non intelligitur interdicta administratio. *Leg. Is cui* 6 *ff. de verbor. oblig.*

Quantumvis manifeste sit prodigus, antequam sit interdictus, alienare potest. *Leg. Lege* 1 *ff. de curator. furios. et etc.*

Prodigis tutor datur a lege. *Leg. Cui eorum* 3 §. 2 *ff. de postul.*

Cessata prodigalitate, desinit esse prodigus in potestate curatoris. *Leg.* 1 *ff. de curator. furios.*

Prodigus recte haeres instituì potest. *Leg.* 5 *ff. de acquir. vel amit. haered.*

Prodigus cui lege bonis interdictum est, testamentum facere non potest. *Leg.* 18 *ff. qui testam. fac. poss.*, §. 2 *Instit. quib. non est permiss. facer. testam.*

Prodigus interdictus testis esse non potest. *Leg.* 18 *ff. qui testam. fac. poss.*

PROEMIUM

Vid. *Praeambolum — Probatio.*

Proemium declarat decisionem. *Leg. fin. ff. de haered. instit.*, *leg. Cum pater* §. *dulcissimis. ff. de legat.* 2.

Proemium denotat causam finalem, et mentem loquentis ostendit. *Leg. fin. ff. de haered. istit.*, *leg.* 1 *ff. ad S. C. Macedon.*

Proemium declarat mentem condentis legem. *Bald. in Leg.* 1 *ff. de orig. jur.*, *leg. fin. ff. de haered. instit.*

PROFESSUS

Vid. *Monacus.*

Professus in Relegione incapaci bonorum immobilium, aequiparatur mortuo morte naturali. *Leg.* 1 §. *Sed et si patronus. ff. de conjungen. cum emanc. lib. ejus.*

PROHIBENS — PROHIBITIO — PROHIBITUM

Vid. *Culpa — Permissio — Superior.*

Prohibitum unum, censentur omnia prohibita per quae pervenitur ad illud unum. *Leg. Oratio ff. de sponsal.*, *leg.*

Pupillus. §. *sed et si per interpositas. ff. de auct. tutor.*, *leg. Eos. in fin. Cod. de usur.*

Prohibitum directo, non potest fieri per indirectum. *Leg. Sejus et Augerius ff. ad leg. Falc., leg. Scire opportet.* §. *qui mater. ff. de tutor. et curat. dat.*, *Cap. Cum quid. de reg. jur. in* 6.

Prohibitum ad tempus, post tempus videtur esse permissum. *Leg. Imperator* 8 *ff. de postulando.*

Multa possunt ad tempus prohiberi, sed non perpetuo. *Leg. Quintus ff. de ann. legat.*

Multa ex post facto tolerantur, quae ab initio prohibentur. *Leg. Circa. ff. de inoff. testam.*

Multa facta tenent, que de novo fieri prohibentur. *Cap. fin. de divortiis.*

Multa reciproce conceduntur, quae simpliciter fieri prohibentur. *Leg. Quod autem* §. *Si vir et uxor. ff. Donat. int. vir. et Uxor.*, *leg. de fideicommisso Cod. de transac.*

Quae rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt. *Leg.* 187 *ff. de regul. jur.*

In re pari, potior est causa prohibentis. *Leg.* 28 *ff. Comm. divid.*

Multa pro bono pacis tolerantur, quae alias prohibentur. *Cap.* 2 *in fin. de despons. impub.*

In re communi potior est conditio prohibentis. *Reg.* 56 *de reg. jur. in* 6.

Dispositio prohibitiva, potentior est permissiva. *Leg. Alienatum ff. de verbor. signif.*, *leg. Filius familias* §. *fin. ff. de donat.*

Cum quid prohibetur, prohibentur omnia quae sequuntur ex illo. *Reg.* 39 *de reg. jur. in* 6.

Ad annullandum actum, idem operatur tacita legis prohibitio, quod expressa. *Abb. in Cap. Dilictis.* 1 *de praebend.*

Nullam alienationis prohibitionem non valere. *Leg. Lucius Titius ff. de legat.* 3, *leg. fil. fam.* §. *divi titius ff. de legat.* 1.

Prohibitum una via, non censetur alia permissum. *Leg. Quod dictum ff. de pactis.*

Prohiberi non potest quod tibi non nocet, et alteri prodest. *Leg.* 2 §. *idem ajunt, et* §. *denique il* 1. *ff. de aqua pluv. arc.*, *leg. Si cui ff. de servit.*, *leg. In creditore ff. de eviction.*

Prohibitum censetur quod non invenitur permissum. *Leg. Gallus §. ille casus Cod. de jur. dot.*

Prohibitum uni, aliis censetur concessum. *Leg. Qui accusare ff. de accusationib.*

Prohibere qui potest maleficium, si non prohibet, perpetrare videtur. *Leg.* 1 *gloss. marg. ff. de noxal. act.*

Prohibetur in uno, quod conceditur in alio. *Leg.* 1 *§. non aliter ff. de offic. ejus qui man. est jurisd.*

Prohibentur multa fieri, quae facta tenent. *Leg.* 1 *§. quamvis. gloss. in verb. exemplis ff. de postulando.*

Prohibente lege quod fit, non valet. *Leg. Praefectus ff. de ritu nuptiar.*

Prohibitum aliquando ex necessitate toleratur. *Leg. Divus* 9 *ff. de feriis.*

Prohibitum hodie, cras videtur esse permissum. *Leg. Imperator. ff. de postuland.*

Probibitum principaliter, per consequens admittitur. *Leg.* 1 *ubi gloss. in verb. non posse in fin. ff. si usufruct. pet.*

Permissum videtur quod non est prohibitum. *Leg. In tantum* 6 *ubi gloss. in verb. rescripserunt. ff. de rer. divis.*

Prohibito aliquo, ejus simile prohibetur. *Leg. Sed et si §. ex quibus, ubi gloss. in verb. succedit ff. de judic. et ubi etc.*

Probibita ex necessitate conceduntur. *Leg.* 1 *§. non aliter. ubi gloss. in verb. non aliter. ff. de offic. ejus cui mand.*

Prohibita sunt omnia nisi permissa inveniantur. *Leg. Nec non §. quod eis gloss. fin. ff. ex quib. caus. maj.*

PROMISSIO — PROMITTERE

Vid. *Obligatio.*

Omnis promissio intelligitur rebus sic stantibus. *Cap. Cum inter §. Gualfredi. De renunciat.*

Qui bis idem promittit, amplius quam semel non tenetur. *Leg.* 18 *ff. de verb. oblig.*

Qui promittit, reus promittendi habetur. *Leg.* 1 *ff. de duob. reis constit.*

Promissa Magnatum, et Nobilium pro factis habentur. *Leg. Nemo ff. de in integr. rest.*

Alienum factum promitti non posse. *Leg. Stipulatio ista in pr. ff. de stipulat.*, *leg. Sicut ff. de fidejussorib.*

Promissio facta ex metn gravi, non valet. *Leg. Qui in carcerem ff. quod met. caus.*

Qui promisit adimplere debet. *Leg. Eum ff. de in jus voc.*

Promittunt multi quod dare nequeunt. *Leg. Si de dote* 87 *ff. de jur. dot.*

Promittens aliqnid facere, debet ita facere ut valeat. *Leg. Quamvis. ubi gloss. marg. ff. ad S. C. Vellejan.*

PROPHETA

Propheta nemo acceptus in patria sua. *Leg. Hi qui* 28 *ubi gloss. in verb. Constitutionibus ff. ex quib. caus. maj.*

PROPOSITO — PROPOSITUM

Vid. *Mens — Satisdatio.*

Voluntas, et propositum distinguunt omne factum. *Leg. Qui injuriae ff. de furtis, leg. Cum plures §. locator ff. de furtis.*

Propositum in mente retentum nihil operatur. *Leg. Si repetendi Cod. de cond. ab turp. caus.*

Voluntas, et propositum distinguunt maleficia. *Leg. Qui injuriae, et leg. Verum ff. de furtis.*

Idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito. *Leg. fin. in fin. ff. de legat.* 3, *leg. Qui quartam ff. de legat.* 1, *leg. Ut proponas* 2 *Cod. de furtis, leg. Si ex toto in pr. ff. de legat.* 1.

Sapientis est mutare propositum. *Leg. Nonnumquam ubi gloss. ff. de collat. bonor., Istit. de legat. in princ.*

Principale propositum semper attendi debet. *Leg. Si quis nec causam ff. si cert. pet., leg. Sed et si quemcumque in fin. ff. ad leg. Aquil., leg. Qui injuriae in pr. ff. de furt.*

Qui ex duobus propositis unum affirmat, alterum negare videtur. *Cap. Non ne. De praesumptionib., leg. Cum Praetor ff. de judic.*

PROROGATIO

Prorogatio intelligitur fieri cum omnibus qualitatibus rei prorogatae. *Leg. Lecta ff. si cert. pet.*; *Leg. Si manente ff. de praecario.*

PROTESTATIO

Protestatio jus conservat. *Leg.* 5 §. 8 *ff. de oper. nov. nunciat.*

Tacita protestatio a contrario sensu verborum enuntiativorum sumpta, actum sequentem non tollit. *Leg. fin. in princ. ff. de legat.* 2, *leg. Ita stipulatus ff. de verbor. obligat.*

Protestatio non prodest, si est contraria facto. *Cap. Olim. de Censib.*, *Cap. Gratum. de offic. delegat.*; *leg. Cum in plures* §. *Locator. ff. locat. cond.*

Protestatio contraria facto in praejudicium ipsius protestantis attenditur in iis in quibus factum pendet a sola voluntate protestantis. *Bart. in leg. Qui aliena* §. *Celsus ff. de acquir. haered.*, *et in leg. Non solum* §. *Morte ff. de nov. oper. nunciat.*

Protestatio iniqua et injusta nihil juvat protestantem. *Leg. Hinc.* 15 *ff. de relig. et sumpt. fun.*

Nuda protestatio non dissolvit obligationem jam contractam. *Leg. Utrum* 27 *ff. de constit. pecun.*

Protestatio non praesumitur vera, nisi probetur. *Leg. Major* 22 *Cod. de transact.*

Protestatione animus ostenditur. *Leg. Is qui* 44 *ff. Ex quib. caus. maj.*

Protestatione probamus voluntatis nostrae sententiam. *Leg. Et si quis.* 14 §. *sed interdum ff. de relig. et sumpt. funer.*

Protestatione conservari jus, et omnem actionem, exceptionemque protestantis, indubitati juris est. *Leg. Si debitor.* §. 1 *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.*

Protestatio minus jus habentis, non obest plus juris habenti. *Leg. Quo* 3 *Cod. Si antiq. cred. pign.*

Protestatio facta ab eo qui non habet jus protestandi, non nocet. *Leg. Si major.* 13 *Cod. de rescind. vend.*

PROVISIO

Provisio hominis facit cessare provisionem legis. *Leg. fin. Cod. de Pact. conven.*

Ubi homo non providet, lex supplet. *Leg. Si se*, §. *quaesitum ff. de re jud.*

Provisio facta in uno casu, ad alios similes extenditur. *Leg. Gallus* §. *et qui tantum. ff. de liber. et posthum.*

Provisio generalis non refertur ad ea quibus specialiter provisum reperitur. *Leg. Doli clausola. ff. de stipulat.*
Generalis provisio etiam porrigitur ad casum specialiter notatum. *Leg. Si Servus comunis ff. de stipulat. servor.*
Provisio legis, contra jus commune, non extenditur ultra illud quod lex exprimit. *Leg.* 65 §. *de viro ff. solut. matrim.*

PROXENETA

Proxeneta non tenetur ex eo quod nomen laudavit. *Leg.* 2 *ff. de Proxenet.*, *leg.* 7 § 1 *ff. de dolo.*
Proxenetica, jure licito petuntur. *Leg.* 1 *ff. de proxenetic.*
Proxeneta in dubio, dicitur mendax. *Leg. Justissime* §. 1 *ff. de aedilit. edict.*
Proxeneta laudare rem videtur, non se obligare. *Leg. Obligatio* 1 *ff. Mandati.*
Proxeneta non tenetur ex contractu inito nomine proxenetico, nisi dolum adhibuit. *Leg. Proxenetica* 1 *ff. de proxenetic.*

PROXIMUS

Proximus is est, quem nemo antecedit. *Leg.* 2 §. 4 *ff. de suis et legit. haered.*

PUBLICE — PUBLICE — INTEREST — PUBLICUS

Publice permittitur quod non privatim. *Leg. In tantum ubi gloss. in verb. privatim ff. de rer. divis.*
Publicum jus non tollitur pacto privatorum. *Leg. Jurisgentium* §. *si paciscar. ff.*, *leg. Jus publicum*, *leg. Inter ff. de pactis*, *leg. Neratius* §. *si vero ff. de religios. et sumpt. funer.*
Publice interest delicta puniri. *Leg. Ita vulneratus in fin. ff. ad leg. Aquil.*, *leg. Locatio* §. *quod illicite ff. de publican.*, *leg. Licet* §. 1 *ff. de Procuratorib.*
Publice interest supremas hominum voluntatis effectum sortiri. *Leg. vel negare ff. quemad. test. aper.*
Publice interest homines salvos, et incolumes conservari. *Leg. Cum ratio* §. *penult. ff de bon. damnator.*

Publice iuterest, neminem suis rebus abuti. §. *Sed et major. Istit. de his qui sunt sui, vel alien. jur.*

Publice interest rivos, et cloacas purgari, ue aeris salubritas iuficiatur. *Leg. de pupillo* §. *Si quis rivos ff. de op. uov. nunc.*

Publice interest dotes mulieribus conservari, ut facilius nubentes repleant liberis Civitatem. *Leg.* 1 *ff. solut. matrim.*, *leg. Interest. ff. de privil. credit.*

Publice interest sine metu et periculo per iteuera commeari. *Leg.* 1 §. 1 *ff. de his qui dejec. vel effuder.*

Reipublicae iuterest plurimos babere defensores. *Leg. Nam reipublicae ff. de nov. oper. nunc.*

Publice iuterest urbem nou deformari. *Leg. fin. ff. Ne quid in loc. public.*

Peipublicae interest subdictos habere locupletes. *Auth. Ut judices sine quo* §. *consideravimus.*

Publice interest provinciam malis bominibus purgari, ut iu quiete permaneat. *Leg. Congruit. ff. de offic. praesid.*, *leg.* 2 *Cod. quando liceat unicuique sine judice etc.*

Publice iuterest absentes a quibuscumque defendi. *Leg. Servum quoque in princ. ff. de procuratorib.*

Publice iuterest poenam deliuquiutibus non remitti. *Leg. Si Operis Cod. de poenis.*

Reipublicae interest studiorum favores ampliari. *Gloss. in leg.* 1 *Cod. de stud. liber. urb. Rom. et Constantin.*

PUDICITIA — PUDOR

Mulieri conveuit pudicitia. *Leg.* 1 §. *Sexum ff. de postuland.*

Pudicitiae ad pudicitiam non fit compensatio. *Leg. fin.* §. *pen. gloss.* 1 *ff. de eo per quem fact. erit.*

Pudor inspicitur iu matrimoniis. *Leg. Adoptivus in pr. ff. de rit. nupt.*

Pudori suo parceudum. *Leg. Quintus* §. *sed si ff. mandati.*

Pudorem suum purgaus est ferendus. *Leg. Quae omnia* §. *nec ferendus ff. de procurat.*

PUER

Vid. *Minor.*

Puer stipulari non potest. *Leg. Mulier* 70 *ff. de verb. oblig.*

Nou potest pueri competere actio ex stipulatu. *Gloss. in leg. Mulier* 70 *in verb. Berta. ff. de verb. oblig.*

Puer dicitur usque ad decimum septimum annum. ***Leg.* 1 §. *initium ff. de postuland.***

PUNIRE — PUNITIO

Vid. *Poena.*
Severius puniuntur famosi, quam integrae famae homines. *Leg.* 28 §. *ult. ff. de poenis.*
Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus. *Reg.* 23 *de regul. jur. in* 6.
Puniri quis non debet in quo non deliquit. *Leg. Actione* 66 §. *diximus ubi gloss. in verb. quia ff. pro socio.*
Punitur conamen sine effectu. *Leg. Si quis* 11 *gloss. voluerit. ff. de rer. divis.*
Punitur ignorans nemo. *Leg. fin. gloss. fin. ff. de rei vindic.*
Permissis abutens punitur. *Leg. Qui sine, gloss. fin. ff. de negot. gest.*

PUPILLUS

Vid. *Furiosus — Mater — Obligatio — Praesens — Tutor.*
Paria sunt pupillum abesse, vel adesse sine tutore. *Leg. Si pupillus ff. ex quib. caus. in poss. eat.*
Relictum a tutore, intelligitur relictum a pupillo. *Leg. Etiam Cod. de Fideicommiss.*
Pupillum qui proximus pubertati sit, capacem esse et furandi, et injuriae faciendae. *Leg.* 101 *ff. de regul. jur.*
Pupillus nec velle, nec nolle. *Leg.* 189 *alias* 149. *ff. de reg. jur.*
Pupillus, nisi adposita tutoris auctoritate, creditur. *Leg.* 189 *alias* 149 *ff. de reg. jur.*
Pupillus ignorat etiam visa, nec discernere novit. *Leg. Pupillus ff. de aquir. haered.*, *leg. Pupillus nec. ff. de reg. jur.*
Doli capax pupillus non censetur. *Leg.* 1 §. *hoc edicto ff. Ne vis fiat ei etc.*
Aetas pupilli non differt jus creditoris. *Leg. Sub praetextu* 4 *Cod. de haered. action.*
Pupilli educari debent apud matrem non transientem ad secunda vota. *Leg. Educatio* 1 *Cod. ubi pupilli educar. deb.*

Pupillus non tenetur ex dolo tutorum, nisi quatenus ad eum pervenerit. *Leg. Dolus* 3 *ff. Quand. ex fact. tutor.*

Pupillus pubertati proximus, de dolo tenetur. *Leg. Haeredibus* 14 §. *fin. ff. de dol. mal.*

Pupillus sine tutore contrahens, etiam naturaliter, non tenetur. *Leg. Quod pupillus* 41 *ff. de condict. indeb.*

Pupillus conditionem suam meliorem facere, non deteriorem potest sine tutoris auctoritate. *Leg. Contra* 28 *ff. de pactis.*

Pupillus praesumitur ignorare. *Leg. Si quis* 3 *ff. ad S. C. Macedon.*

Pupillus praesens esse proprie non potest. *Leg. Si compromissum* 52 *ff. de recept. arbitr.*

PURIFICATUS

Vid. *Purus.*

Puri, et purificati idem est judicium. *Leg. Potior ff. qui potior. in pign. hab.*

PURUS

Quod pure valere non potest, trahitur ad conditionem. *Leg. Si haereditas* §. *Si furiosus*, *et* §. *Si servus ff. de testam. tutel.*

Puri, et purificati idem est judicium. *Leg. Potior. ff. qui pot. in pign. hab.*

QUAERERE — QUAESITUS

Quaerenti stulte, humiliter respondendum. *Leg. Junius* 52 *ubi gloss. in verb. sine dubio ff. de minorib.*

Quaesitum ex re sua quod est, habere quisque debet. *Leg. Communis* 24 *ff. comm. divid.*

Quantum petatur semper quaerendum est, non quantum debeatur. *Leg. Cum quaedam* 19 §. *quoties ff. de jurisd. omn. judic.*

QUAESTIO

Fatua est quaestio quae non habet rationem dubitandi. *Leg. Domitius ff. de testam.*

QUAESTUS

Quaestus non praesumitur turpis in foemina matrimonio juncta. *Leg. Quintus ff. de donat. int. vir. et ux.*
Quaestus turpis mulieri vitandus. *ibid.*

QUALIFICATUS

Quando requiritur aliquid qualificatum, non sufficit illud simpliciter intervenire. *Leg. Fulcinius §. Cum hoc ff. ex. quib. caus. in poss. eat.*, *leg.* 3 *ff. ad leg. Aquil.*

QUALITAS

Vid. *Accessorium — Accidens — Subjectum.*
Qualitas adjecta dispositioni quae in casu de quo agitur non consideratur, non auget effectum ipsius dispositionis. *Leg.* 1 *Cod. de legit. haered.*
Qualitas sine subjecto esse non potest. *Leg.* 4 *§. fin. ff. de act. empt.*, *leg. fin. ff. de collat. bonor.*
Non entis nullae sunt qualitates. *Leg.* 1 *ff. de haered. vel act. vend.*
Qualitas actus, agentis intentionem demonstrat. *Leg. Non Codicillum Cod. de testam.*
Qualitas ajecta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi. *Leg. In delictis §. Si extraneus ff. de noxal. act.*, *leg. Si Titius ff. de milit. test.*
Allegans qualitatem, illam probare tenetur. *Leg. Non ignorat. Cod. qui accus. non poss.*
Mutatione qualitatis, rei substantiam non mutatur. *Leg. Si fundus §. Si res. ff. de pignor.*
Qualitas competens ex persona propria, potentior est quae competit ex aliena. *Leg. Si quid bello ff. de captiv. et postilim*; *leg. Quod Principes in fin. ff. de legat.* 2.
Qualitas quae paucioribus competit, facit dispositionem magis specialem. *Leg. In toto ff. de regul. jur*, *leg. Si ita stipulatus Cod. de exec. rei judic.*
Qualitas adjecta in principali, censetur in ejus accessorio repetita. *Leg. Si ita stipulatus §. Chrisogonus ff. de stipulat.*, *leg. Titius Cod. de oper. libert.*
Ex qualitate sermonis, praesumitur qualitas loquentis. *Leg. penult. ff. de condit. istit.*

Qualitas non migrat de subjecto in subjectum. *Gloss. in leg. Quis ergo ff. de pecul.*

Qualitas quae est in termino ad quem fit relatio, censetur repetita in termino referente. *Leg. Si prior ff. solut. matrim.*

Qualitas adjecta enti illud qualificat, et in diversa specie reponit. §. *Praeterea istit. de inutil. stipulat., leg. Mariti leonocinium* §. *fin. ff. de adult.*

Qualitas extrinseca, in dubio non praesumitur. *Leg. Quaecumque ff. de publiciana in rem etc., leg. Si emancipati, vers. emancipatum probaverit. Cod. de collat., leg. Denique ff. ex quib. caus. maj.*

Ubicumque in dispositione fit mentio alicujus qualitatis, ipsam dispositionem immutantis, illud factum videtur vigore illius qualitatis. *Leg. penult. Cod. de jur. deliber.*

Natura, seu aptitudo rei magis quam alicujus emergentis qualitas spectanda est. *Gloss. in leg. Vendicatio ff de rei vendicat.*

Qualitas inducens vitium, non censetur repetita. *Leg. Servo alieno* §. *penult. ff. de legat.* 1, *leg. Lucius ff. de fideicom. libert.*

Naturalis rei qualitas, non attenditur, sed hominis usus et destinatio. *Leg. Hoc legatum, et leg. Item legatum ff. de legat.* 3, *leg. Si quando ff. de aur. et arg. legat.*

Qualitas inhaerens subjecto facit ipsum subjectum esse tale, cui respondeat ipsa qualitas. *Leg. Quod si aliud ff. de verb. sign.*

Qualitas quae est in primo haerede, inhaeret illi ad quem fit transmissio. *Leg. Si quis filium* §. *penult. ff. de acquir. haered.*

Qualitas adjecta verbo, modificat. *Leg.* 3 *ff. de aur. et arg. leg*; *leg. in delictis* §. 1 *ff. de noxal., leg. Mela* §. 1. *ff. de alim. et cib. legat.*

Qualitas praesumitur facilius, quam substantia. *Leg. Si certis annis Cod. de pact., Gloss. in leg. Talis scriptura* §. *fin. ff. de legat.* 1, *et gloss. in leg. Cum quis* §. *Si quis ff. de solut.*

Qualitas secundum quam actus geritur, attendi debet. *Leg. Si pater* §. *qui duos, ubi Bald. ff. de adoption.*

Quod ex alio dependet, ipsius qualitatem assumit. *Leg. Si donatae* §. *Si sponsus ff. de donat. int. vir., et ux.*

QUANTITAS

Vid. *Numerus — Plus.*

Sola quantitas non facit differre species. *Leg. fin. ff. de funct. instruct.*

Incertitudo quantitatis vitiat actum. *Leg. Cum post. §. gener. ff. de jur. dot.; leg. Ita stipulatus ff. de stipulationib.*

Quantitatis ad quantitatem fit compensatio. *Leg. Si convenerit.* 4 *ubi gloss. in verb. nisi ei ff. de pignor. act.*

QUERELA — QUERELARE — QUERELATUS

Querelam etiam non praeparatam ad liberos trasmitti. *Leg. Si quis filium Cod. de inoff. test.*

Querelatus non potest querelare. *Cap. fin. De testib.*

Filius qualitercumque consentiat in testamento patris, sive tacite, sive expresse, excluditur a querela. *Leg. Parentibus, Cod. de inoff. testam.; leg. Si proponas §. si haereditatem ff. eod.*

Querela inofficiosi, accusatio non est. *Leg. Posthumus* 5 *ff. de inoff. testam.*

Querela praeparata transmittitur ad haeredem. *Leg. Si pater* 5 *Cod. inoffic. testam.*

Filius cui est relicta legitima, non habet querelam inofficiosi. *Leg. Cum quaeritur* 6 *Cod. de inoffic. testam.*

Querela testamenti inofficiosi, non habet locum in militis testamento. *Leg.* 9, *et leg.* 24 *Cod. eod.*

Querela inofficiosi posthumo negari non potest. *Leg.* 33 *§. legis autem, et leg.* 34 *Cod. de inoffic. testam.*

RADIX

Vid. *Arbor — Frustra*

RAMUS

Vid. *Frustra*

RAPTOR

Vid. *Matrimonium.*

Raptor, tenetur raptam, sive eam uxorem duxerit, sive non duxerit, decenter arbitrio judicis dotare. *Cap. Si seduxerit. De adult. et stupr., Concil. Trid. de reform. Sess.* 24 *Cap.* 6 *in fin.*

De raro contingentibus non habetur consideratio. *Leg. Nam ad ea ff. de legib.*, *leg.* 64 *ff. de reg. jur.*

Quae naturaliter licet raro accidunt, a jure non contemnuntur. *Leg. Si major Cod. de legit. haered.*, §. *Insulam. istit. de rer. divis.*

Raro quae veniunt, non considerantur. *Leg. Qua ratione* 9 §. 1 *ff. de acquir. rer. domin.*

RATIHABITIO

Vid. *Approbatio — Confirmare — Factum — Ratum.*

Ratihabitio subsequens confirmat contractum praecedentem. *Cap. Accessit. de despons. impuber.*

Ratihabitio confirmat procuratoris transactionem. *Cap. Contingit. de Transact.*

Ratihabitione nostrum facimus, quod antea nostrum non erat. *Leg. Si pupilli* 6 §. 8 *ff. de negot. gest*, *leg. Pomponius* 9 *ff. eod.*

Ratihabitionis pars seu species, est non improbare. *Leg. Quo enim. in fin. ff. rem rat. haber.*

Ratihabitio retrotrahitur. *Leg. Licet. ff. de Judic.*, *leg. fin. Cod. ad Sen. Cons. Maced.*, *Cap. Ratihabitionem*, *de reg. jur. in* 6.

Ratihabitio equiparatur mandato. *ibid*, *et Leg. Quid ergo. in pr. ff. de his qui not. infam.*, *leg.* 1 §. *quoties ff. de vi, et vi arm.*, *leg. Indebito* 9 *ff. de condict. indeb.*, *Cap. pen. de election.*, *Cap. Quoties de pact.*

Ratihabitio jussui comparatur. *Leg.* 31 *ff. de reb. Cred.*, *leg.* 5 *ff. de aqua et aq. pluv. etc.*

Ratihabitio confirmat judicium agitatum per falsum procuratorem. *Leg. Licet* 56 *ff. de judic.*

Ratihabitio fit expresse, vel tacite. *Leg. Inter* 1 *Cod. si maj. fact. rat. hab.*, *leg. Quicumque* 25 *Cod. de Procuratorib.*

Ratihabitio locum non habet in maleficiis. *Leg.* 1 *Praetor ait.* §. 15 *quod igitur ff. de vi et vi armat.*

RATIO

Vid. *Dictum* — *Lex* — *Major* — *Reddere* — *Volo* — *Voluntas.*

Quando unica tantum ratio assignari potest, illa habetur pro expressa. *Gloss. in Leg. Quamvis Cod. de fideicommis.*, *leg.* 2 *ff. de lib. et posthum.*

Correcta ratione legis, censetur correcta lex. *Gloss. in leg.* 1 *verbo providenti ff. de legit. tutor.*, *Gloss. in leg. Qua ratione* §. *litterae in verbo directam in fin. ff. de acquir. rer. dom.*

Ubicumque militat eadem ratio, idem jus statui debet. *Leg. Illud ff. ad leg. Aquil.*, *leg.* 1 §. 1 *ff. de fonte.*

Ubi diversa ratio reddi non potest, diversum jus induci non debet. *Leg.* 3 §. 1 *ff. de injusto rupto irrit. testam.*, *leg. A Titio ff. de stipul.*

Diversa ratio reformat legem. *Leg. Interpositas in fin. Cod. de Transact.*

Cessante ratione legis cessat lex. *Leg. Quod dictum ff. de pactis*, *leg. Si cum ex.* §. *post annum gloss. et rei ff. de eo quod met. caus.*

Omne dictum a sua ratione regulatur. *Leg. Cum pater.* §. *Dulcissimis ff. de legat.* 2.

Ratio in specie vincit rationem in genere. *Leg.* 1 §. *Si ego gloss. in verb. Caeterum in fin. ff. si pars. haered. pet.*

Ratio naturalis habet vim legis. *Leg. Cum ratio ff. de bon. damnat.*

Ratio est conjunctio diversorum casuum ad eumdem finem tendentium. *Bald. in Leg. Omnes populi ff. de justit. et jur.*

Non dicuntur discrepantia quae conveniunt in ratione. *Leg.* 1 §. *per servum ff. de acquir. possess.*

Ratio est anima legis. *Leg. Cum ratio ff. de bon. damnat.*

Diversitas rationis, diversitatem juris inducit. *Leg. Inter stipulantem* §. *Sacram ff. de stipulat.*, *leg. fin. ff. de rit. nupt.*

Non omnium ratio reddi potest. *Leg. Non omnium ff. de legib.*

Ubi deficit lex, sufficit ratio naturalis. *Leg. Scire oportet*, §. *consequens, vers. sufficit ff. de excus. tutor.*, *leg. Cum ratio ff. de bon. damnat.*

Plures rationes, vincunt unam. *Auth. Itaque ubi Gloss. Cod. Commun. de success.*, *Leg. Re conjuctim ff. de Legat* 3, §. *sed hodie Istit. de adoption.*

Ex pluribus rationibus, sufficit unam subesse §. *Affinitatis Istit. de nupt.*

Unica ratio quandoque praevalet duabus. *Leg. Nam et si parentibus ff. de inoffic. testam*, *Leg. Scripto ff. Unde liberi.*

Quando concurrunt ratio permittens, et ratio prohibens, attenditur prohibitiva. *Leg. Si non lex ff. de haered. Istit.*

Per rationem veritas habetur. *Leg. Solam Cod. de testib.*, *Leg. Scire ff. de legib.*

Ratio non debet esse eadem cum dicto. *Leg. qui interrogatus ff. de petit. haered.*, *Gloss. in leg. final. ff. de offic. proc. Caesar.*

Fatua est quaestio quae non habet rationem dubitandi. *Leg. Domitius ff. de testam.*

Tacite cautum intelligitur, ubi eadem ratio reperitur. *Leg. his solis Cod. de revoc. donat.*

Secretorum secreta debet esse ratio. *Leg. si maritus. Cod. de donat. int. vir. et uxor.*, *Gloss. in leg. de bonis in verbo differendas ff. de Carbon. Edict.*

Ratio debet esse generalis, et concludens. *Gloss. in leg. non omnium ff. de Legib.*, *leg. Non hoc Cod. unde cognat.*

Ratio in specie vincit rationem in genere. *Glos. in leg.* 1 §. *Si ego in verb. Caeterum ff. si pars. haered. pet.*

A ratione tacita quando certa est et unica, argui potest velut ab expressa. *Leg. Milites agrum in princ. ff. de re milit.*

Quando in pluribus casibus militat eadem ratio, tunc non habet locum extensio, sed ut genus comprehendit omnes suas species, sic ratio generalis omnes casus complectitur *Leg. Item veniunt.* §. *ait Senatus ff. de petit. haered.*

Sine ratione non est lex. *Cap. Consuetudo. Distinct.* 1.

Ratio est ipsa lex. *Bal. in Cap. Dilectis. De Rescript.*

Ratio legis, vel statuti, est anima ipsius legis, vel statuti. *Bald. in Leg. si quis Servo Cod. de furtis.*

Diversa ratio reformat actus. *Leg. Interpositas Cod. de transact.*

In temporibus et numeris nulla ratio reddi potest. *Leg.* 1 *in verb. ratus ff. de postulando.*

Deficiente lege vel canone, sola ratio potest allegari. *Cap. Frustra. Distinct.* 8, *leg. Scire aportet. §. consequens. vers. sufficit ff. de excus. tutor.*

Dispositio generalis, per rationem restringitur. *Leg. Cum pater. §. Dulcissimis ff. de Legat.* 2.

Naturalis ratio authoritate Senatus non mutatur. *Leg.* 2 *§. nec enim ff. de usufr. quae usu consumuntur.*

Paritas rationis, inducit paritatem dispositionis. *Leg. a titio ff. de stipulat., leg. Illud. ff. ad leg. Aquil.*

In his quae sunt positivi juris, concludens ratio assignari non potest. *Gloss. in leg.* 1. *§. pueritiam, in verb. ratus ff. de postulando.*

Intellectus et ratio idem sunt. *Bald. in leg. Quamvis. Cod. de fideicommis.*

Ubi est eadem ratio, ibi lex extendi debet ad ulteriores casus, cum lex quandoque utatur vocabulis exempli gratia. *Leg.* 1 *§. quod vulgo ff. de vi et vi armata.*

Rationes naturales pro legibus amplectendas. *Leg. Cum ratio ff. de bon. damnat.*

Indefinita ratio aequipollet universali. *Leg. Si ita relictum et leg. Si pluribus ff. de legat.* 2.

Civilis ratio, naturalia jura corrumpere non potest. *Leg.* 8 *ff. de cap. min.*

Quod non ratione introductum, sed errore primum, deinde consuetudine obtinendum est, in aliis similibus non obtinet. *Leg.* 39 *ff. de legib.*

Summa ratio est, quae pro religione facit. *Leg.* 43 *in fin. ff. de relig. et sumpt. funer.*

Eadem ratio est de toto quoad totum, quae est de parte quoad partem. *Leg. An pars. ff. pro derelic., leg. Qui scit ff. de usur., leg. quae de tota ff. de rei vindic., Cap. Pastoralis, §. item cum tot. De offic. delegat.*

Ubi est eadem ratio, debet esse idem jus. *Leg. Illud ff. ad leg. Aquil., leg. A Titio ff. de verb. oblig.*

Ratio necessaria esse intelligitur, qua deficiente, deficit lex. *Leg. Item* 14 *§.* 2 *ff. quod. met. caus.*

Ratio magis attenditur, quam dictum. *Leg. Cum hi* 8 *§.* 9 *ff. de Transact.*

Ratione impossibilitatis actus nullus dicitur. *Leg. Si a me* 15 *ff. de judic.*

Rationes filio pater non reddit. *Leg. Idem Cod. de bon. quae liber.*

Ibi debet reddi ratio, ubi administratio gesta est. *Leg.* 1 *et* 2 *Cod. ubi de ratiocin.*

RATUM

Vid. *Ratihabitio.*

Ratum habere teneor utiliter gestum a tertio, etiam me invito. *Leg. Pomponius. Vers. Et quemadmodum ff. de negot. gest.*

Ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum. *Leg. Si servus ff. de precario, Cap. Cum quis. de Sentent. excomm. in* 6., *Cap. Ratum* 9. *De reg. jur. in* 6

Ratum habere facta defuncti, haeres cogitur. *Leg. Receptum* 10 *ff. commun. praedior.*

REATUS

Vid. *Crimen — Delictum.*

Reatus beneficium excludit. *Leg. Quia* 6 *ff. Si quis omiss. caus. testam.*

Reatus omnem honorem excludit. *Leg. Quoties* 3 *Cod. de lucr. advocat*, *leg.* 2 *ff. de his qui not. inf.*

RECONDUCTIO

Reconducere nemo tenetur invitus. *Leg.* 9 *Cod. de locat. et conduct.*

Qui remanet ultra tempus in re conducta, videtur de novo conduxisse. *Leg.* 16 *Cod. eod*, *leg.* 14 §. *qui impleto. ff. locati.*

REDDERE

Ibi debet reddi ratio, ubi administatio gesta est. *Leg.* 1 *et* 2 *Cod. Ubi de ratiocin.*

Paria sunt non reddere, vel reddere deteriorem. *Leg.* 3 §. 1 *ff. Commodati.*

Paria sunt reddere alicui, vel de ejus mandato alteri. *Leg.* 1, *et leg. Inter causas. ff. Mandati.*

Redhibitoria non agitnr propter vitia animi. *Leg. Vel protervi* 2 *ff. de aedilit. edict.*

Principali redhibito, accessorium redhibetur. *Leg.* 1 *Cum ejusdem* 34 *ff. eod.*

Redhibitione, omnia retro aguntur. *Leg. Quia* 9 *ff. de alienat. jud. mut. caus.*

REGULA

Regulae in dubio inherendnm est, donec contrarium, sive exceptio probetur. *Leg. Ab ea parte. ff. de probat., leg. Illud. Cod. de sacr. Ecles., leg. Ult. Cod. de haered. instit., leg. Apud Antiquos Cod. de furtis, Cap.* 2 *de conjug. lepros.*

Qui habet regulam pro se, habet fundatam intentionem, et in eum qui se fundat in exceptione, transfert onus probandi. *Cap. Ad decimas ubi glos. de rest. spol. in* 6, *leg. Fundum in fin. Cod. qui pot. in pign. etc.*

RELATUM

Relatum est in referente. *Leg. ait Praetor* §. *si judex ff. de re jud., leg. Certum ff. si cert. pet.*

Relatum est in referente cum suis qualitatibus. *Leg. Asse toto ff. de haered. instit., leg. Si ita scripsero ff. de condit. et demostr., leg. Ait praetor* §. 1 *ff. de re jud.*

Referenti non creditur, nisi constet de relato. *Leg. Asse toto ff. de haered instit, Auth. Si quis Cod. de edenda.*

RELICTUM — RELINQUERE

Vid. *Legatum — Tutor.*

Relictum conditionale non transmittitur. *Leg.* 47 *ubi gloss. verb. non pertinere ff. de vulg. et pupill. substit.*

Excnsans a tutela perdit quod sibi, snisque ea contemplatione relictum est. *Leg. qui tutela ff. de testam. tutel.*

Nemo relinquit quod non habet. *Leg. si universae* 15 *Cod. de lagat.*

REMEDIUM

Vid. *Frustra — Novum.*

Melius est intacta jura servare, quam post vulneratam causam remedium quaerere. *Leg. fin. Cod. in quib. caus. rest. in int.*

Remedium ordinarium ubi datur, non conceditur extraordinarium. *Leg. Quaedam in pr. ff. de edendo., leg. In Causa* 17 *ff. de minor.*

Remedium omne continetur nomine actionis. *Leg. Et eleganter* 7 *gloss. excepit ff. de dolo malo.*

Remedium unum extraordinarium non tollit aliud extraordinarium. *Leg. Is qui* 39 *gloss. in Additio ff. ex quib. caus maj.*

REMITTERE

Vid. *Parcere — Sperare.*

Remittentibus actiones, et jura sua, non est dandus recursus ad ea. *Leg.* 4 *Cod. de pactis, leg. Quaeritur. §. Si venditor. ff. de edil. edict; leg. In senatus consultum* 15 *§. Si propter ff. ad S. C. Turpillian.*

Remisso uno, aliud remissum non intelligitur. *Leg. si mihi* 20 *ff. de servit. praedior. rustic.*

Remittere est dare. *Leg.* 4 *in pr. ubi gloss. marg. in verb. remittere ff. de peculio.*

Remissionem facit sterilitas non fructuum exiguitas. *Leg. Si uno §. Cum quidam ff. locati.*

Remittitur conventione quod nullo tempore acquiritur. *Leg. venditor* 2 *§. in haereditate ff. de haered. vel act. vend.*

Remittitur pacto aliquid quod repudiari non potest. *Leg. Et haeredi* 21 *§. filia fam. gloss. in verbo legatum ff. de pactis.*

Remittens unum ex duobus juribus, videtur retinere aliud. *Leg. si mihi* 20 *ff. de servit. rust. praedior.*

Remittitur tacite. *Leg. Procula* 26 *ubi gloss. in verb. tacite. ff. de probationib.*

REMOTUS

A remotis non fit consequentia. *Leg. non hoc. Cod. Unde Cognat.*

REMUNERATIO

Remuneratio non est liberalitas, sed quasi merces et pretium. *Leg. pen. §. ult., et leg. Hoc jure §. 1 ff. de donat., leg. Si ut certo §. nunc videndum ff. commod., leg.* 2 *§. et generaliter ff. vi bon. raptor.*

Remuneratio est quod naturaliter debetnr. *Leg. Sed et si. §. consuluit ff. de petit. haered., leg. Si pignore §.* 1 *ff. de furtis.*

Remuneratio praesnpponit antecedens meritum. *Leg. Miles.* 75 *ff. de leg. et fideicom.* 2.

RENUNTIATIO — RENUNTIARE

Vid. *Favor — Jus — Remittere.*

Juri suo etiam futuro, renuntiare licitum est. *Leg.* 31, *et leg.* 46 *ff. de pactis, leg. penult. Cod. eod, leg. Si quis in conscribendo Cod. de Episc. et Cleric., Cap. Statuimus. De Regular.*

Renuntiare interesse suo videtur, qui arrham petit. *Leg. quod saepe* 35 *ff. de contrah. empt.*

Renuntiamus beneficio nobis competenti, per actum contrarium. *Leg. Si filius* 30 *ff. de minor., leg. Stillicidj ubi gloss. marg. ff. quemadmod. serv. amit.*

Renuntians juri suo, debet illud scire. *Cap.* 1 *Sancimus §.* 8 *sed, tit.* 6 *quomodo opert. Episc. Lib. Auth.*

Renuntians liti, non fatetur adversarium habere jus. *Leg. Si te* 7 *Cod. de ingen. manum.*

Renuntiare Macedoniano non potest. *Leg. Si Mulier* 32 *ff. ad Sen. C. Vell., Nov.* 94 *Tit.* 6 *ut sine prohibitione. Cap.* 2 *quia vero. auth.*

Renuntians liti, non potest ulterius agere. *Leg Postquam* 4 *Cod. de pact.*

Renuntiatione finitur instautia. *Leg. Postquam.* 4 *Cod. eod.*

Renuntiare non videtur, qui deceptus aliud fecit. *Cap. Lectae. De renuntiat.*

Renuntians beneficio, potest id denuo admitti. *Cap. Veniens. De renuntiat.*

Non renuntiat juri suo, committens se gratiae. *ibid.*

Renuntians instrumentis, liti renuntiasse videtur. *Cap. Pridem. De pactis.*

Renuntiare potest quis privilegiis suis tacite. *Cap. Accidentibus. De privileg.*

Renuntians beneficio metu, vel vi non perdit. *Cap. Ad audientiam. De iis quae vi met. etc.*

Generalis renuntiatio restringitur ad contractum super quo interponitur. *Leg. Jubemus* 21 *Cod. ad S. C. vellejan.*

Renuntians juri suo, amplius repetere non potest. *Leg. quaeritur §. si venditor. ff. de aedil. edict.*

Renuntiatio generalis non valet. *Leg.* 1 *gloss. in verb. Specialiter ff. de in jus voc.*

REPETERE — REPETITIO — REPETITUM

Vid. *Lex. — Pietas — Restituere — Solutio.*

Repetita censentur in sequentibus, quae in praefationibus dicta sunt. *Leg. Item §. idem ff. de pactis; leg. Si Judex.* 32 *ff. de judic.*

Repetere non potest plus exponens, quam sit ei mandatum. *Leg. qui aliena §. libertas. gloss. marg. ff. de negot. gest.*

Turpitudinem repetenti recipiens objicere non potest. *Leg. Si rem* 19 *§. fin. gloss. Si inhonesta ff. de praescript. verb.*

In re abscura, melius est favere repetitioni, quam adventitio lucro. *Leg.* 41 *ff. de regul. jur.*

Non intelligitur iteratum, quod nescire esse factum. *Cap. Eclesia, et Cap. Solemnitas. De consacr. dist.* 1, *Cap. Placuit.* 3 *de consecr. dist.* 4, *Cap. Unico. De Cler. non ord. ministr.*

Repetita in fine intelliguntur, quae in praefationibus dicuntur. *Leg. Si libellum* 1 *Cod. de divers. Rescript.*

Repetita intelliguntur quae prius dicta. *Leg. Si judex.* 32. *ff. de judic.*, *leg. Item quia* 4 *§. fin. ff. de pact.*

Dictum in uno capitulo legis, non censetur repetitum in

alio, quoties non est eadem ratio. *Leg. In actionibus* 7. *ubi gloss margin. ff. de his qui not. infam.*, *leg. Quemadmodum* §. *fin. ff. ad leg. aquil.*

REPRAESENTARE.

Nemo plurium personarum sustinet vicem. *Cap.* 38. *Praesbytheros* 16 *q.* 1.

In successione ascendentium, repraesentatio datur in infinitum. *Nov.* 118 *Cap.* 1 *Vers. Si tamen.*

In collateralium successione non datur repraesentatio ultra fratruum filios. *Nov.* 118 *Cap.* 3.

REPROBARE — REPROBATIO — REPROBUS

Vid. — *Approbare.*

Reprobare non licet semel probata. *Leg.* 47 *ff. solut. matrim.*

Reprobatum semel, postea approbare non possumus ad actionem consequendam. *Leg. Dispensatore* 62 *ff. de solution.*

Reproba pecunia non liberat solventem. *Leg. Eleganter in fin. ff. de pignor. act.*

Quod quis in se approbat, in alio reprobare non potest. *Leg. in arenam Cod. de inoff. testam.*

Reprobatio unius ex duobus propositis, videtur includere approbationem alterius. *Leg. Tribunus.* §. *fin. ff. de testam. milit*, *Cap. Non ne. De praesumption.*

REPUDIARE — REPUDIATIO

Vid. *Haereditas — Haeres.*

Repudiatio patris non nocet filio, cui est legatum. *Leg. Ex repudiatione. Cod. de fideicom.*

Quod quis si velit habere non potest, id repudiare non potest. *Leg.* 174 *ff. de reg. jur.*, *leg. Homine ff. de opt. legat.*

Repudiare potest, qui potest acquirere. *Leg. Qui* 134 *ff. de reg. jur.*

Repudiare non potest, qui adire non potest. *Leg. Nolle* 4 *ff. de acquir. haered.*

Repudiato uno jure, alterum repudiatum non intelligitur. *Leg. Si servo* 101 *ff. de Legat.* 1, *leg. Si titio et mihi* 55 *ff. de legat.* 2.

RES

Vid. *Actus — Arbiter — Dominus — Ecclesiasticus — Legatum — Mens — Occupans — Par — Precarium — Prohibens — Tradere — Vendere — Usucapere.*

Non videntur rem amittere, quibus propria non fuit. *Leg.* 84. *ff. de reg. jur.*

Res transit cum suo onere reali, non autem personali, ad quemcumque vadat. *Leg. is cui opus. ff. de nov. oper. nuciat.*, *leg. Si Convenerit.* §. *si fundus ff. de pign. action. leg.* 1 *Cod. de distract. pign.*, *leg. Julianus*, *et leg. Cajus. ff. de manumis. testam.*, *leg. fin.* §. *ult. ff. de contr. empt.*, *Cap. Ex littiris. De pignor*; *Cap. Pastoralis. De decim.*

Res omnis per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur. *Cap. Omnis* 27 *q.* 2, *Cap. Omnis res. De reg. jur.*

Res de facili revertitur ad suam primaevam naturam. *Leg. Filio quem pater. ff. de liber. et posthum.*, *Cap. Ab exordio.* 35 *dist.*

Res praesumitur esse illius intra cujus fines est constituta. *Leg. Si fines Cod. de evict.*

Rei partes favorabiliores sunt partibus actoris. *Leg. Favorabiliores. ff. de reg. jur.*, *leg. Matrem Cod. de prob.*

Litigiosa res vendi non potest. *Leg.* 1 *et per tot. ff. et Cod. de litigios.*

Res desinit esse integra sola praeparatione. *Leg. Si pecuniam in verb. nisi forte. ff. de cond. caus. dat.*

Res divisa, minus valet. *Leg. Mevius* §. *fin. cum glos. ff. fam. ercisc.*, *leg. Communi dividundo in princ. ff. comm. divis.*

In re sua quilibet est moderator, et arbiter. *Leg. In re mandata Cod. Mandati*, *leg. Non usque adeo ff. Si quis a par. fuer. man.*

Deterior fit plerumque res, etiam in melius mutata. *Leg. Pen. ff. de nox caus.*, *leg. fin. ff. de negot. gest.*, *leg. Solvendo ff. de usufr.*, *leg. Quamvis ff. de usufructuar.*

Nemo in rem suam author fieri potest. *Leg. 1 ff. de auth. tut.*

Non sermoni res, sed rei est sermo subjectus. *Cap. Petitio. de procurat.*

Res inter alios acta, aliis non obsistit. *Cap. Quamvis 25 De Sent. et re judic.*

Res sua nemini servit. *Leg. Uti frui. ff. de usufr. pet., leg. In re Communi ff. de servit. urb. praed.*

Res semel mea, amplius mea fieri non potest. *Leg. Proprias. Cod. de legat.*

Una, et eadem res, non debet diverso jure censeri. *Leg. Eum qui aedes. ff. de usucap.*

Iniquum est, liberum non esse homini ingenio de rebus suis posse disponere. *Leg. Non usque adeo ff. si quis a parent. fuer. manum.*

In concessione, seu traditione rei suae, posse quis apponere legem quam velit. *Leg. 1 §. Conveniat. ff. depositi, leg. Si quid possessorem §. sic autem, et leg. Et si lege. §. consuluit. ff. de petit. haered, Leg. Legem. Cod. de pactis, leg. Legem Cod. de donation.*

Incorporales res traditionem, et usucapionem non recipiunt. *Leg. 43 §. 1 ff. de acquir, vel amitt. haered.*

Paria sunt rem furto exportare, vel illam dumtaxat occultare. *Leg. Haereditatum §. fin. ff. ad leg. falcid.*

Paria sunt rem amittere, vel deteriorem factam recipere. *Leg. Navis onustae §. fin. ad leg. Rhod. de jactu.*

Paria sunt res alienas invadere, vel injuste detinere *Cap. Saepe. de restit. Spoliat.*

Paria sunt rem non reddere, vel reddere deteriorem. *Leg. 3 §. 1 ff. Commodat.*

Paria sunt rem habere, vel actionem ad rem. *Leg. Qui actionem ff. de reg. jur., leg. Rem in bonis ff. de acquir. rer. dom.*

Res affecta vitio furti, non usucapitur titulo pro donato. *Leg. Donantem Cod. de usuc. pro donat.*

Res magis quam verba intuendae sunt. *Leg. Promittendo in princ. ff. de jur. dot.*

De re aliena licitum esse testari, sed non pacisci. *Leg. fin. in fin. Cod. de pactis, §. non solum Istit. de legat., et §. Sed si aliena eod. tit.*

Res transit cum sua causa. *Leg. Si convenerit §. Si fundus ff. de pign. act., leg. Alienatio ff. de contr. empt.*

In rebus coloni tacitam hypothecam non induci. *Leg.* 4 *ff. in quib. caus. pign. vel hyp. tac. contrah.*

Rem suam neminem nisi a fure condicere posse. *Leg. fin. in fin. ff. Usufruct. quemad. cav.*

Res fiscales usucapi non posse. *Leg.* 2 *Cod. Commun. de usucap.*

Res inter alios judicatae, aliis non praejudicant. *Leg. Saepe ff. de re judic., leg.* 10 *ff. de except. et praejud.*

Flagitiosae rei nulla est societas. *Leg. Si a reo §. fin. ff. de fidejussor.*

Res inter alios acta, aliis nocere non debet. *Leg. De unoquoque ff. de rejudicat., leg. Saepe constitutum est ff. eodem, leg. Nam, et postea in fin ff. de jure juran., leg. Quia non debet ff. eodem, leg. Lucius ff. de his qui not. inf., leg. Modestinus respondit ff. de exception., leg. Claudius ff. quae pot. in pign. hab., leg. Res inter alios acta., ff. de reg. jur., et tot. Cod. Res inter alios acta., leg. Optimam Cod. de contr. empt., Cap. Inter Dilectos. de fid. instrum., Cap. Veniens. de transaction., Cap. Super eo. De off. deleg.*

Rem, et pretium rei, nemo simul consequi debet. *Leg. Creditor.* 52 *ff. de act. empt. et vend.*

Rem interdum magis inspicimus, quam personam. *Leg. Procuratoris.* 5 *§. Si plures* 15 *ff. de tribut. act.*

Rem simul et pretium rei amittere periniquum est. *Leg. sed si* 32 *ff. de fideicom. libert.*

Res cum onere suo transit ad suum possessorem. *Cap.* 1 *de Ecles. aedificand.*

Res spirituales emi non possunt. *Gloss. in Cap.* 7. *Caus.* 1 *q.* 4 *vers. sed res.*

Res pro re solvi potest. *Leg.* 1 *§. pen. ff. de constit. pecun.*

Rei major est actio. *Leg. Si post litem ff. de exceptionib.*

Res inter alios acta aliis prodest. *Leg. Imperatores ff. de transact., leg. Quia* 10 *ff. de jurejurand., leg. Haereditas §. quod. pro, gloss. veniet. ff. famil. erciscund.*

RESCRIPTUM

Rescripta sunt stricte intelligenda. *Cap. Cum dilecta. ubi gloss. in verbo omnino. De rescriptis.*

Rescripta non extenduntur ad res, vel personas in eis non comprehensas. *Leg. Cum dilecta. De rescriptis.*

Rescriptum contra jus commune concedi non debet. *Cap.* 28 *De rescriptis , ubi gloss. in verb. fecerint mentionem.*

Rescripta ad futuras lites non trahuntur. *Cap. Quia nonnulli. De rescriptis , ubi gloss. in verb. ad futuras.*

Rescriptum ad hoc ut vitiosum non sit, non solum ea quae juris sunt narranda sunt, sed etiam quae sunt facti. *Cap. Cum nostris. De concess. praebend. ubi gloss. in verb. non vacaret.*

Rescriptum contra jus est rejiciendum. *Cap.* 15 *caus.* 25 *quaest.* 2 , *leg. Rescripta* 7 *Cod. de precib. Imperat. offer., leg. Omnes* 6 *Cod. Si contr. jus. vel util.*

Rescriptum ambitiosum praesumitur contra legem factum. *Leg. Denique* 3 *ff. de minorib.*

Rescriptum transit ad haeredem active, et passive etiamsi nulla fuerit haeredum mentio. *Leg. Dubium.* 1 *ff. quando libell. princip. dat. etc.*

Rescripta ambigua intelligi opportet secundum supplicationem. *Leg. Si libellum* 1 *Cod. de divers. Rescript.*

Rescriptum communiter impetratum, praesumitur utrique concessum. *ibid.*

Rescripta sunt perpetua, nisi in eis apponatur certum tempus. *Leg.* 2 *Cod. eod.*

Non valent rescripta sine die, et subscriptione. *Leg.* 4 *et* 6 *Cod. eod.*

Rescriptum contra publicam utilitatem impetratum, est ipso jure nullum. *Leg.* 10 *Cod. de sacros. Eccles.*

Rescripta quae neminem laedunt, et supplicantibus prosunt, valent. *Leg. Rescripta* 7 *Cod. de precib. Imper. offer.*

Mendacium supplicantis, vitiat rescriptum. *Leg. Praescriptione* 2 *Cod. Si contr. jus. vel utilitat.* , *leg. Et si* 5 *Cod. eod.*

Rescriptum obreptitium , vel de illicitis impetratum , non valet. *Leg.* 1 *et* 2 *Cod. si nupt. ex rescript. pet.*

Rescriptum generale non derogat speciali etiam praecedenti. *Leg. Decurion.* 3 *Cod. de silentiar.*

RES JUDICATA

Vid. *Exceptio — Judex — Res — Sententia.*

Res judicata pro veritate accipitur. *Leg.* 25 *ff. de stat. hom.*, *leg.* 207 *ff. de reg. jur.*

Post rem judicatam nihil quaeritur. *Leg.* 56 *ff. de rejudic.*

Res judicata facit jus irretractabile inter partes. *Leg. Eleganter* §. *Si quis post. ff. de condict. indib.*

Sententia transit in rem judicatam quando debitor dilationem petit ad solvendum. *Leg.* 5 *Cod. de re judicata.*

Res judicata dicitur causa per sententiam judicis terminata, continentem condemnationem, vel absolutionem. *Leg.* 1 *ff. de rejudicata etc.*

Re judicata habet executionem paratam, nisi sit novata. *Leg.* 4 §. *Si ex conventione. ff. de rejudicata. etc.*

Res judicata veritati non praejudicat. *Gloss. in cap.* 2 *Caus.* 35 *quaest.* 9 *vers. reparanda.*

Exceptio rei judicatae non obstat ei contra quem non est pronunciatum. *Leg.* 2 *Cod. de exceptionib.*

Res inter alios judicata, nec aliis prodesse, nec obesse solet. *Leg. Claudius* §. *igitur ff. qui pot. in pign. hab.*

Rebus judicatis, standum est. *Leg.* 1 *Cod. de re judicata*, *leg. Celsus* §. *fin ff. de arbitr.*

Error calculi non vitiat rem judicatam. *Leg.* 2 *Cod. de rejudic.*

Res judicata non retractatur propter instrumenta de novo reparta. *Leg.* 4 *Cod. eod.*

RESPONDERE — RESPONSIO

Vid. *Interrogare.*

Respondere qui non vult, contumax est. *Leg. De aetatate* §. *qui tacuit. ff. de interrog. act.*

Paria sunt non respondere, et obscure respondere. *Leg. De aetate* §. *mihi interest. ff. de inter. action.*

Alius pro alio non debet respondere. *Leg.* 9 §. 3 *ff. eod.*

Obscura responsio obligat in solidum. *Leg.* 11 §. *nihil. ff. eod.*

Non videtur respondere qui ad interrogata non respondet. *Leg.* 12 §. *quod autem. ff. eod.*

RESPUBLICA

Vid. *Publice interest.*

Reipublicae interest, studiorum favores ampliari. *Gloss. in Leg.* 1 *Cod de stud. lib. Urb. Rom.*

Reipublicae interest subditos habere locupletes. *Auth. Ut judices sine quo* §. *Consideramus.*

Reipublice interest plurimos habere defensores. *Leg. Nam Reipublicae ff. de nov. oper. nunc.*

Rempublicam defendere cuilibet permittitur. *Leg. Servum* 33 §. 2 *ff. de procurat.*

RESTITUERE — RESTITUTIO

Vid. *Minor.*

Nemo restituitur ut quid lucretur cum damno alterius. *Leg. Sciendum* 18 *ff. ex quib. caus. maj.*, *leg.* 13 *ff. de minorib.*

Poenae depensae, repeti non solent. *Leg. Poenae ff. de condict. ind:b.*

Quod a quoquo poenae nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur. *Leg.* 46 *ff. de regul. jur.*

Restituit qui restitui facit. *Leg. Si quis.* 1 *Cod. de defens. Civit.*

Non intelligitur fraudem legi fecisse, qui rogatus est palam restituere. *Leg. Non intelligitur* 3 *ff. de jur. fisci.*

Restitui ad repudiandam haereditatem minor potest. *Leg. Si cum* 2 *Cod. si min. ab haered. se abstin.*

Restitui minor non debet si quid fecit quod diligens pater familias faceret. *Leg. Non* 9 *Cod. de in integr. rest.*

Restitui potest minor in iis, quae sine mandato gessit. *Leg. Cum. mandato* 13 *ff. de minorib. vig. quinq. ann.*

Nemo restuitur ad futuram calumniam. *Leg. Si qua* 40 *ff. ex quib. caus. major.*

Restituitur minor adversus dolum praesumptum de praeterito non de futuro. *Leg. Ubi* 8 *ff. de edend.*

Mulier laesa in dote constituta restituitur. *Leg. Minor* 48. §. 1 *ff. de minor.* 25 *Ann.*

Restituitur filius familias minor adversus fidejussionem pro extraneo factam. *Leg. Filius* 1 *Cod. de fil. fam. min.*

Restituendus ita est minor, ut non in lucro, neque in damno sit. *Leg.* 27 §. 1 *ff. de min.* 25 *Ann.*

Restituendo ad terminum terminus non potest. *Leg. In his. Cod. de tempor. in integr.*

Restitutoria actio datur a praetore, non a lege. *Leg. Si Mulier* 16 *ff. ad S. C. Vellejan.*

Restitutis abligationibus tales quales ab initio fuerunt restituendae sunt. *Leg. Licet* 43 §. *quoties.* 1 *ff. de jur. dot.*

Restitutio denegatur ei qui jure communi usus est. *Leg. Fidejussor. Cod. de Transaction.*

Restitutio non datur ad rem illicitam. *Leg. Sed. et si* 25 *ff. de don. int. vir. et uxor.*

Restitutio propter minimum damnum non datur. *Leg. Scio* 4 *ff. de integr. restit.*

Restitutio non datur minoribus si ipso jure tuti sint. *Leg. In causae* 16 §. 4 *ff. de minor.* 25 *Ann.*

Restitutio contra res bis judicatas dari potest ex nova causa. *Leg. Minor* 18 §. 2 *ff. eod.*

Restitutio semel denegata, iterum peti non potest nisi ex nova causa. *Leg. Ait praetor* 7 §. 9 *ff. eod.*, *leg.* 1 *et leg.* 2 *Cod. Si saepius integr. rest.*

Restitutio non datur ei qui jure communi tutus est. *Leg. Tutela* 7. *Cod. de in integr. rest.*, *leg. Julianus* 17 §. 1 *ff. ex quib. caus. major.*

Restitutio datur officio judicis non jure actionis. *Leg. Quasi* 24 § 5 *ff. de minor* 25 *Ann.*

Denegatur restitutio favore majorum. *Leg. Cum* 5 *ff. de damn. infect.*

Restitutio non datur in alterius damnum. *Leg. in Causae* 13 *ff. de minor.* 25 *Ann.*, *leg.* 18 *ff. ex quib. caus. major fact.*

Restitutio non datur propter minimam deceptionem. *Leg. Interdum* 19 §. 1 *ff. eod. ex quib. caus. maj. fact.*

Non datur restitutio adversus ea quae non tenent. *Leg. Generalis.* 61 *ff. de jur. dot.*

Restitutio datur ignoranti. *Leg. Si sic* 7 *ff. quemad. serv. amitt.*

Restitutionis concedendae causa debet esse vera, et justa copulative. *Leg. Omnes* 3 *ff. de in integr. rest.*

Restitutioni haeres abnoxius. *Leg. Sed et si* 28 *ff. de judic.*
Restitutione in integrum postulata, nihil est innovandum. *Leg. qui* 1 *Cod. de repud.*, *leg. Unic. Cod. de in integr. rest. postul.*
Restitutionibus in integrum pacta, et conventiones destrui possunt. *Leg. Hoc. edictum* 1 *ff. de minor.* 25 *Ann.*
Ubi reperitur minor aetas, et laesio, ibi competit in integrum restitutio. *Leg. Minoribus* 5 *Cod. de in integr. rest.*
Iudicium restitutionis in integrum inchoatum non extinguitur morte rei, sed continuatur contra haeredem. *Leg. Si intra* 6 *Cod. eod.*
In omissis ex certa scientia, vel sine, minor restituitur. *Leg. Minoribus* 8 *Cod eod.*
Ad actionem praescriptam restituitur absens reipublicae causa. *Leg. Si quid* 2 *Cod. de. restit. milit.*
Beneficium restitutionis ex qnacumque causa competens, ad haeredem transmittitur. *Leg. Ex persona* 4 *Cod. de tempor. in integr. rest.*
Filius familias minor restituitur adversus mutuum. *Leg. Si frater.* 2 *Cod. de de fil. fam. min.*
Restitutio minoris non prodest fidejussori. *Leg.* 1. *et* 2 *Cod. de fidejussor. minor.*
Minor circumventus restituitur. *Leg. Minoribus.* 2 *Cod. Si tutor vel curat. interv.*
Restitutio minoris non prodest majori secum communem causam habenti. *Leg. Unic. Cod. Si in commun. eademq. caus.*
Minor laesus sui facilitate, vel per tutoris insidias, restituitur in integrum. *Leg. In integrum* 3 *Cod. Si advers. vend. restit.*
Inepte petitur restitutio in integrum super eo quod nullum est. *Leg. Quos* 3 *Cod. Si advers. libertat. restit.*
Restitutio in integrum datur contra transactionem. *Leg.* 1 *Cod. Si advers. transact. restit.*
Minor restituitur etiam contra fiscum. *Leg.* 1 *et ult. Cod. Si advers. fiscum. restit.*
Filius coutra patrem restitutionem in integrnm implorare non potest. *Leg. Cum apud.* 2 *Cod. qui et advers. quos.*
Fallaciter asserens se majorem non potest petere restitutionem in integrum. *Leg. Si is* 2, *et leg.* 3 *Cod. Si minor. se major. dixer.*

Major qui ratificat ea, quae in minori aetate gessit, restitutionem perdit. *Leg. si inter* 1., *et leg. qui post* 2 *Cod. Si major fact. rat. hab.*

In causa restitutionis actor sequitur forum rei. *Leg. quoniam* 2. *Cod. ubi et apud. quem etc.*

Restitutio in integrum restituit omnia in pristinum statum etiam contra tertium. *Leg Unic. Cod. de reput. quae fiunt, leg. quod si* 25. §. *restitutio autem ff. de. minorib., leg. fin. ff. eod.*

Restituto fidejussore non videtur restitutus principalis. *Leg. Minor* 50. *ff. de minorib.*

Restitutio pro minimo non datur. *Leg. Si res* 51. *ubi gloss. in verb. intercessit. ff. de minorib.*

RETENTIO - RETINERE

Vid. *Pecunia*

Invitis nobis, res nostras alius retinere non potest. *Leg. Si filio familias* §. 1. *ff. solut. matrim.*

Retentioni jura magis favent quam actioni. *Leg· Rem quae* 15. *ff. de aquir. posses.*

Retentione impensas servamus. *Leg. Rem mihi* 21. *ff. commodat.*

Retinendae rei jus habet venditor quandiu non solvatur pretium. *Leg. Haereditatis* 22. *ff. de haered. vel act. vend., leg. Si id quod* 27. §. *Si pupilli* 1. *ff. de rescind. vendit.*

Retinens partem, totum retiuere videtur. *Leg. Cum scimus* 21. *Cod de agricol. et cens.*

Retinemus facilius a nobis quam ab aliis quaesita. *Leg. Si quid* 28. *ff. de captiv. et postlim.*

Retinemus quaedam quae non petimus. *Leg. Sed et si* 11. *ff. de jurejur.*

Retineri potest res vendita donec pretium solvatur. *Leg. Haereditas. ff. de haered. vel act. vend.*

Retentionem non babet, qui habet possessionem. *Leg. Ex quibus* 51. *ubi gloss. ff. de condict. indeb.*

RETRACTARE

Vid. *Revocare.*

Retractare confessionem suam nemo potest. *Leg. Si patronus* 20. *ff. de donat.*

Factum legitime, retractari non debet. *Reg.* 73. *de reg. jur. in* 6.
Retractari non debet bene gestum. *Leg.* 3 *ubi gloss. in verb. reprobari ff. de offic. praetor.*

REUS

Vid. *Actor — Confessus — Fugiens — Immunitas.*
Sicut actor tenetur probare suam intentionem, ita reus suam exceptionem. *Leg. Ut Creditor Cod. de probationib.*
Reus non est onerandus in probatione. *Leg. Frustra. Cod. de probation.*
Reum non actori, sed actorem reo aedere teneri. *Leg.* 4 *et leg. fin. Cod. de edendo.*
Reos de alieno crimine, vel conscientia non interrogandos. *Leg. fin. in fin Cod. de accusat.*
Reus quod fecit, semper expectet. *Leg.* 3 *Cod. de Episc. aud.*, *Matth.* 26.
Reus corrumpens accusatorem, habetur pro confesso, et convincto. *Leg. fin. ff. de procurator.*
Ream linguam non facit nisi rea mens. *Cap. Homines* 22 *q.* 2.
Actore non probante, reus absolvitur. *Leg. Extat* 25 *ff. de jur. fisci*, *leg. ult. Cod. de rei vind.*, *leg. qui accusare Cod. de edendo*, *leg. Actor. Cod. de probat.*, *leg.* 1 *Cod. de alien. jud. caus. fact.*, *§. Retinendae. Ist. de interdictis*, *Cap. Inter dilectos. de fid. istrum.*
Reo favendum est potius quam actori in ambiguis. *Leg. Favorabiliores ff. de reg. jur.*, *leg. ult. ff. de feriis*, *§. retinendae. Instit· de interdict.*, *Cap. Cum sunt partium. de reg. jur. in* 6.
Rei officium est se defendere. *Leg.* 1 *in pr. ff. de edendo*
Non debet actori licere, quod reo non permittitur. *Leg.* 41 *ff. de regul. jur.*, *leg. Unic. §. pen. ff. si quis jus dic. non obtemp.*
Reus voluntate, non necessitate constringitur. 6 *Caus.* 15 *q.* 1.
Culpa non necessitate, sed voluntate reum constringit. 5 *Caus.* 15 *q.* 1.
Cum sint partium jura obscura, reo favendum est potius quam actori. *Reg.* 39 *de reg. jur. in* 6.

Factum unius ex reis debendi, nocet alteri. *Leg. Ex duobus* 18 *ff. de duob. reis stip.*

Reus potest conveniri in loco ubi est res. *Leg. Actor* 3 *Cod. ubi in rem act. exerc.*

Causa turpi probata, reus debet absolvi. *Leg.* 1 *Cod. de cond. ob turp. caus.*

Licet actor dicat se non posse probare, onus tamen probationis non refunditur in reum. *Leg. Actor* 23 *Cod. de probat.*

In parte delinguens in toto reus est. *Leg. Si quis* 3 *ff. ad S. C. Syll. et Claud.*

Imperitia medici, et infirmi negligentia, non imputantur reo. *Leg. Si ex. ff. ad leg. Aquil.*

Reum delegare, solvere est. *Leg. quamvis* §. *interdum ff. ad S. C. Vellej.*

Reo principali liberato, liberatur fidejussor. *Leg. fin. gloss. in verb. prodesse ff. de pactis.*

Clementer cum reo agere debet judex. *Leg. Si cum ex* §. 1 *ff. quod met. caus.*

REVOCARE

Vid. *Retractare.*

Revocantur ea quae in fraudem creditorum gesta sunt. *Leg. Ait praetor* 1 *ff. quae in fraud. cred.*

Revocari potest donatio facta eae quae uxor esse non potest. *Leg. Donationes* 3 *ff. de donation.*

Revocari non potest donatio remuneratoria. *Leg. Aquilius* 27 *ff. de donation.*

Sufficit non revocare, licet donatio non tenuerit. *Leg. Observare* 4 *ubi gloss. in verb. credendum ff. de offic. procons.*

Revocari non debet recte factum. *Leg. Si mulier. gloss. fin. ff. de minorib.*

Revocari solet quod alterius apud alterum deprehenditur. *Leg. Haec condictio* 66 *ff. de condict. indeb.*

RIGOR

Vid. *Benignitas — Aequitas.*

Rigor juris in stricta disputandi ratione consistit. *Leg. Ita vulneratus ff. ad leg. Aquil.*

Multa contra rigorem juris, pro libertate, et communi utilitate recepta sunt. *Leg. Generaliter §. Si Servo pignorato ff. de fideicomm. libertate, leg. Ita vulneratus in fin. ff. ad leg. Aquil.*

Rigor juris servatur cum secundum regulas juris scripti casus deciditur; aequitas vero convenientia est quaedam a strictis regulas declinans. *Bart. in Leg. 1 in fin. Cod. de legib. etc.*

Rigoroso disponenti, rigor juris servandus est. *Leg. Cum quidam Cod. de legat.*

Rigor verborum non est extendendus. *Leg. 1 §. Si filius ff. de exercit. act.*

Rigori praevalet aequitas. *Leg. 2 §. 6 ff. de aqua, et aqu. pluv. arc.*

Rigori praefertur benignitas. *Leg. 3 ubi gloss. in verbo humanius. ff. de offic. praetor.*

RUSTICITAS — RUSTICUS

Rusticitati ignoscitur. *Leg. Ex quacumque 2 §. 1 ff. Si quis in jus vocat., leg. Si quis. 7 ff. de jurisd., leg. Quae quisque 1 §. 5 ff. de edend.*

Rusticorum panis grossus. *Leg. Servis 99 ff. de legat., et fideicom. 3.*

Rusticitas non excusat. *Leg. 1 Cod. de interd. matrim.*

Rustica opera tempore suo fieri debent. *Leg. Si merces §. conductor. ff. locati.*

SALARIUM

Vid. *Merces.*

Famulo infirmo, non debetur salarium a domino. *Leg. Stichum 39 §. 3 ff. de statuliber.*

SALUS

Vid. *Lex.*

Nemo praesumitur immemor salutis aeternae. *Leg. fin. Cod. ad leg. Jul. rep.*

SAPIENS

Vid. *Doctor.*

Fallere non vult sapiens. *Leg. 10 §. 2 ff. de just. et jur.*

Sapientia a Deo est. *Leg. 2 gloss. in verb. nam. ff. de legib.*

Sapientum consilio debet judicare judex. *Leg. Solet.* §. *legatos gloss. Respondere ff. de offic. procons.*

Sapientem se affirmat, sibi praejudicat. *Leg. Hoc aedicto gloss. in verbo Assessor ff. quod quisq. jur. in alter. etc.*

SATISDATIO

Vid. *Fidejussio — Fiscus.*

Satisdatio durare non dicitur die finita satisdationis. *Leg. Praetor* 20 §. 12 *ff. de oper. nov. nunciat.*

Satisdationis loco possessio succedit. *Leg. Sciendum* 15 *ff. qui satisd. cog.*

Satisdatum non intelligitur nisi duret satisdatio. *Leg. Praetor* 20 §. 12 *ff. de oper. nov. nunciat.*

Satisdatio malevolum propositum non mutat, sed diutius grassandi tribuit facultatem. §. *penult. ff. de suspect. tutor.*

Satisdat agens nomine alieno. *Leg. Qui bona fide* 13 §. 15 *ff. de damn. inf.*

SCANDALUM

Scandalum ut evitetur, multa tolerantur. *Cap. Denique.* 4 *dist.*, *Cap. Non potest.* 4 *quaest.* 4.

Propter scandalum veritas non est opprimenda. *Cap. Qui scandalizaverit. de reg. jur.*, *gloss. in Cap. Cum pridem de renunt.*, *et in Cap. Denique* 4 *dist.*

SCIENS — SCIENTER — SCIENTIA

Vid. *Episcopus — Ignorantia — Injuria — Probare — Procurator — Scire — Vitium.*

Alterius scientia non nocet, nec prodest. *Leg.* 5 *ff. de jur. et fact. ignor.*

Scientia ubi requiritur certa, debet mentio fieri specialis, et in individuo. *Cap. Ne captandae. de concess. praeb. in* 6.

Scientia unius, alteri non nocet. *Leg. non solum* 22 §. 1 *ff. de lib. caus.*

Scientia inducit malam fidem. *Leg. Haeredes* 1 *Cod. de his quib. ut indign.*

Scientia auferri non potest. *Leg. Sin autem* 29 §. 6 *sed et si ff. de rei vindic.*

Scientia inducit patientiam. *Leg. Labeo* 19 *ff. de aq. et aq. pluv. arcend.*

Scienti dolus non fit, neque injuria. *Leg. Mulier* 15 *Cod. de sponsalib, Reg.* 27 *de regul. jur. in* 6.

Scienti non subvenitur. *Leg.* 1 §. *Ait praetor. ff. Quod fals. tut.*

Qui auxilio non indiget, ei scientia non nocet. *Leg. Plane* 3 *ff. eod.*

Pupilli scientia computanda non est. *Leg.* 6 *ff. eod.*

Sciens fallere nemo debet. *Leg. qui jurasse ff. de jurejur.*

Sciens non videtur celatus. *Leg.* 1 §. *Venditor ff. de action. empt.*

Scienter accipiens indebitum, furtum facit. *Leg. Quoniam ff. de condit. furt.*

Scienter eligens rem malam probat. *Leg. Si venditor* 17 *ubi gloss. in verb. comprobavit ff. de in diem addiction.*

Scientia filii, patris est laetitia. *Leg. Sed Julianus* 9 §. *prohinde, gloss. in verb. solebat in fin. ff. ad S. C. macedon.*

Scientia inaestimabile est. *Leg. Ad exhibendum* 19 *gloss. doctior. ff. ad exhibend.*

Scientia mediocris sufficit. *Leg. Sciendum. gloss. marg. ff. de aedilit. edict.*

Scientia praesumitur. *Leg. Cum de indebito* 25 §. *et ideo, ubi gloss. Verb. ignorantiae ff. de probationib.*

Scientia quandoque pro patientia capitur. *Leg.* 1 §. *Scientia ff. de tribut. action*; *leg. Scientiam ff. ad leg. Aquil.*

Scientia quandoque tantum operatur, quantum jussus. *Leg. Si ex* 17 *gloss. patitur ff. de noxalib. actionib.*

SCIRE

Vid. *Praesumere — Praeteritus — Scientia.*

Paria sunt scire, vel scire debere. *Leg. Quod. ff. si cert. pet.*, *leg. qui fundum* §. *Servus. ff. pro emptore.*

Paria sunt scire, vel scire posse. *Leg. pen. ff. ad S. C. Maced.*, *leg. In bonorum in fin. ff. de bon. poss.*

Scire leges non est earum verba tenere, sed vim et potestatem. *Leg. Scire leges. ff. de legib.*

Minori succurritur, etiamsi scierit. *Leg.* 4 *ff. Quod fals. tutor.*

Scire nemo praesumitur. *Leg. Verius* 21 *gloss. obligatam ff. de probationib.*

Scire facile quae possunt, si ignorentur, gravius coercentur. *Leg. Sed addes* 21 *gloss. in quo herba ff. locati.*

Scire quandoque nocet. *Leg. Item veniunt* §. *petitam gloss. scierit. ff. de petit. haered*, *leg. si tamen. gloss. amplius ff. de aedil. edict*, *leg. Si tamen.* 14 *gloss. cessare ff. ad S. C. Maced.*

SCOELUS

Vid. *Delictum — Maleficium.*

Eadem severitate voluntatem scoeleris, quam effectum punire, jura constituunt. *Leg. Quisquis in pr. ff. ad leg. Jul. majest.*, *leg. Is qui cum telo ff. ad leg. Corn. de sicar.*, *leg. Si quis non dicam. Cod. de Episc. et Cleric.*

SCRIPTURA — SCRIPTUS

Vid. *Dubium — Veritas.*

Paria sunt non esse scriptum, vel ita scriptnm ut intelligi non possit. *Leg.* 2 *ff. de his quae pro non script. hab.*

Non quod scriptum, sed quod gestum est inspicitur. *Leg.* 3 *Cod. plus valer. quod etc.*

Plus actum, quam scriptum valet. *Leg.* 4 *Cod. eodem.*

Pro non scripto est, quod scribi nolui. *Leg.* 2 §. 7 *ff. de bon. poss. sec. tabul.*

Scriptura aeternat memoriam rei. *Leg. Jubemus, circ. med. Cod. de testam.*, *Cap.* 1 *in verb. temporis*, *de renunc. in* 6.

Scripturae partem ab alia declarari decet. *Leg.* 1, *et leg. Utrum ff. de reb. dub.*, *leg. qui filiabus* §. *fin. ff. de legat.* 1.

Scriptura videtur adhiberi loco probationis. *Leg.* 4 *Gloss. marg. ff. de pignorib.*

Quod non intelligitur, pro non scripto habetur. *Leg.* 2 *ff. de iis. quae pro non script.*, *leg.* 73 §. 3 *ff. de regul. jur.*

Paria sunt aliquid exprimere verbis, vel scriptura. *Leg. Miles ad Sororem in prin. ff. de Legat.* 2.

Scriptnra privata non facit fidem pro scribente. *Leg. Rationes Cod. de probation.*

Scriptura privata sine aliis adminicnlis non sufficit ad probationem plenam inducendam. *Leg. Instrumenta Cod. de probat.*

Veritas praevalet scripturae, et simulationi. *Leg. in contractibus Cod. Plus. val. quod agitur etc.*

Calumniosa scriptnra in judicio vim non obtinet. *Leg.* 2 *ff. de fid. instrument.*

Mendaci scripturae non creditur contra fidem veritatis. *Leg.* 2 *Cod. si pign. conv.*

Scriptura prior determinat seqnentem. *Leg. Coheredi* 41 §. 4 *qui discretas ff. de vulgar. et pupill. substit.*

Scriptura chartae non cedit. *Leg. In rem* 3 §. 5 *item ff. de rei vindic.*

SEMEL

Semel malus, semper praesumitnr malus in eodem genere mali. *Leg. Locatio* 9 *ff. de public. et vectig.*

Semel approbatum, non potest reprobari. *Leg. Si uxor.* 13 §. 9 *sed et si ff. ad leg. Jul. de adulter.*

Semel haeres, semper haeres est. *Leg. Cum* 7 *Cod. Curat. fur. vel prodig.*, *leg. In substitutione* 31 *ff. de vulg. et pupill. substit.*

Semel nostrum, amplius nostrnm fieri non potest. *Leg. Si finita* 15 §. 15 *ff. de damn. infect.*

Semel jnre facta optio, mutari non potest. *Leg. Si tibi* 8 *ff. de opt. vel elect. legat.*

SENECTUS — SENEX

Vid. *Correctio — Septuagenarius.*

Semper senectus venerabilis fuit. *Leg.* 5 *ff. de jur. immun.*

In urbibus sacra est senectns, et jura multum favent. *Leg.* 2 §. *tanta a nobis Cod. de vet. jur. enuclean.*

Parcitur senectuti peccanti. *Cap. Tempora* 26 *q.* 7, *Cap. Tanta, in verbo quia.* 86 *dist.*

Corona dignitatis, dicitur senectus. *Prover.* 16.

Senex levius quam juvenis punitur. *Leg. Fere in omnibus* 109, *ubi gloss. in verbo fere. ff. de regul. jur.*

Senis miseratio habenda est. *Leg. Auxilium* 38 §. *sed ut. gloss. deprecatio ff. de minorib.*
Seniores junioribus praeferendi. *Leg. Si tabulis* 6 *ff. de fid. instrument.*
Senilis aetas ad multa prodest. *Leg. Aede* 2 *gloss. aetates. ff. de feriis.*
Senes sunt majores septnaginta annis. *Leg. Inviti ff. de testibus, leg. si pater familias.* §. *fin. ff. de adoption.*

SENSUM

Vid. *Verbum.*
Sensum non verba spectamus. *Leg. Si duobus* 3 *ff. Commun. de legat., Cap. Propterea. de verbor. signific.*
Sensum loquentis quam verba magis amplecti nos oportet. *Leg. Si quis* 3 *ff. de adim. vel transfer. legat.*
Sensu quod caret injuriam non facit. *Leg.* 1 §. *ait praetor. ff. si quadr. paup. fec. dic.*
Sensum magis quam verba spectari debet. *Leg. Sed Celsus* 6 *ff. de contrah. empt., leg. si cum* 7 *Cod. de donat., leg. In conventionibus* 219 *ff. de verb. signif., leg. Qui volebat.* 61 *ff. de haered. instit, leg. Tale ff. de pactis, leg.* 3 §. *si quis. gloss. marg. ff. de condit. caus. dat.*

SENTENTIA

Vid, *Appellatio — Caput — Decretum — Executio — Procurator.*
Sententiam quae transivit in rem judicatam non retractatur praetextu instrumenti noviter reperti. *Leg. Sub specie. Cod. de re jud., leg. Imperatores ff. eod., leg. Sub praetextu Cod. de transact., leg. Argentarius* §. *Cum autem ff. de edend., Cap. Inter monasterium de re jud.*
Sententia sine probationibus, non valet. *Leg. Prolatam Cod. de Sentent., leg. Qui accusare Cod. de edendo.*
Sententia jus facit. *Leg. Si pariter* 9 §. 2 *ff. de liber. caus, leg. a Sententia* 5 §. 1 *ff. de appellat.*
Qui non appellat a sententia, videtur confirmare ipsam sententiam. *Leg. fin. Cod. de Sentent. quae fin. cert. etc., leg.* 1 *Cod. de postul., leg.* 1 *Cod. de jurisdict. omn. jud., leg. Ab. eo. Cod. quom. et quand. Jud., leg. hi qui ad Civilia. Cod. de appellat.*

Sententia debet esse conformis libello. *Leg. ut fundus ff. Comm. divid., Cap. licet hely. de Simon.*

Sententia non valet, nisi feratur ad instantiam partis. *Bar. in leg.* 1 *Cod. ut quae des. advoc.*

Sententiam definitivam judex revocare non potest, interlocutoriam vero sic. *Leg.* 9 *Cod. de Sentent. et interl., leg. Quod jussit.* 14 *ff. de re jud., Cap. cum cessante* 60 *de Appellat.*

Sententia refertur ad acta. *Leg. fin. Cod. de fideicom. libert.*

Sententia sine processu, et actis non facit fidem. *Leg. Si cum nulla ff. de re judic.*

Sententia praesumitur rite, et recte lata. *Leg. Herennius §. Caja ff. de usur., Cap. In presentia, de renunciat.*

Sententia nulla, non est sententia. *Leg. Ult. Cod. de Sent. ex brev. recit, Clem. Pastoralis, §. ut igitur. de rejudic.*

Sententia incerta non valet. *Leg.* 59 *§. qui sortis. ff. de rejudicat. etc., leg. Quid tamen §. Pomponius ff. de recept. arbitr.*

Sententia nulla, non parit exceptionem rei judicatae. *Leg.* 4 *§. Condemnatum ff. de re judicat.*

Sententia partibus est denuntianda, et intimanda. *Leg. Observare* 2 *Cod. de decurion.*

Sententia rei certae esse debet. *Leg. Item eorum* 6 *§.* 2 *ff. quod cujusq. univers, leg. Certum.* 6 *ff. de confess., leg.* 3 *Cod. de Sent. quae sine certa, leg.* 4 *Cod. eod.*

Sententiam humaniorem semper amplecti debemur. *Leg. Cum bona* 1 *ff. de privil. creditor.*

Sententia nulla, potest de consensu partium approbari. *Leg. Etiam* 2 *ubi gloss. Cod. Comm. utriusque jud. etc.*

Sententia a non suo judice lata, est ipso jure nulla *Leg.* 1, *et leg.* 2 3 *et* 4 *Cod. Si a non cont. judice judic.*

Sententia non promulgata, non valet. *Leg.* 1 *et* 3 *Cod. de Sentent. ex brevil. recit.*

Sententiam quae non continet condemnationem rei, vel absolutionem, non habetur pro definitiva. *Leg.* 3 *et leg.* 11 *Cod. de Sent. et interlocut.*

Sententia lata contra ordinem judiciorum est nulla. *Leg.* 4 *Cod. eod.*

Sententia lata super futuro dependente a praesente, valet. *Leg.* 1 *Cod. de Sent. quae sine cert. quant.*

Qui petit dilationem ad solvendum dicitur sententiam approbare. *Leg. Ad solutionem* 5 *Cod. de re judic.*

Error calculi, sententiam non vitiat. *Leg. Res* 2 *Cod. eod.*

Sententiam habet paratam executionem nisi sit novata. *Leg.* 1 *Cod. de execut. rei judic.*

Sententia contra plures lata, in viriles intelligitur divisa. *Leg.* 1 *et* 2 *Cod. Si plur. una sent. condemn.*

Sententia non praejudicat tertium. *Leg.* 2 *et* 3 *Cod. Quib. res jud. non noc.*

Sententia lata cum uno, non praejudicat alteri, nec eidem in simili negotio. *Leg.* 4 *Cod. eod.*

Sententia definitiva non potest ab ipso judice revocari. *Leg. Quod jussit. ff. de re jud.*, *leg.* 2 *Cod. de sent. ex brevil.*, *leg. Ea* 3 *Cod. Comminat. epist. progr. ec.*

Sententia ex falsis docnmentis lata, revocetur. *Leg.* 1 2, *et* 3 *Cod. Si ex fals. instr. judic. sit.*

Sententia lata contra tutorem in causa pupillari, dicitur contra pupillum lata. *Leg. in rem pupilli* 5 *Cod. Si advers. rem judic.*

Sententia absolutoria super vero debito, non tollit obligationem naturalem. *Leg. Cum a te*, *ubi gloss. marginal. ff. de dolo*

Sententia intelligitur salvo jure tertii. *Leg. Et post* 12 §. 1 *ff. famil. ercisc.*

Sententia inter alios dicta, aliis non nocet. *Leg. Si superatus* 3 *gloss. in verb. dicta est ff. de pignorib.*

Sententia lata super principali non praejudicat in incidenti quod potest per se stare. *Leg. Quod in diem* 6 §. 1 *ff. de compensat.*

Sententia non debet esse delusoria. *Leg Et si* 8 §. *restitutus gloss. in verbo rursus ff de minorib.*

Sententia non facit jus. *Leg. Julianus* 40 *ff. de condict. indeb.*

Sententia non appellata pro veritate accipitur. *Leg. Julianus* 40 *in verb. Absolutus. ff. eod.*, *leg. Ingenuum ff. de stat. homin.*

Sententia non potest pro parte valere, et pro parte non. *Leg. In hoc* 28 *ff. famil. ercisc.*

Sententia potest facere de non ente aliquid, et de ente nihil. *Leg. Si non* 26 §. *haeredi*, *gloss. repetit. ff. de condict. indeb.*

Sententia quasi contrahitur. *Leg.* 5 *gloss. margin. ff. de peculio*
Tot sunt seuteutiae, qnot capita. *Leg. Etiam* 30 §. *gloss. Ex causa ff. de minorib.*
Seuteutiae stare qui promisit, nou potest postea appellare ab ea. *Leg. Tale* 40 *in princ. gloss.* 1 *ff. de pactis*

SEPARATUS

Vid. *Ratio — Sententia*
Separatorum, separata debet esse ratio. *Leg. Papinianus ff. de minor.*, *leg. fin. de calumniat.*, *leg.* 10 *Cod. de don. int. vir. et ux.*
Separata, separato jure ceusetur. *Leg. Nam* 6 *ff. quemad. servit. amitt.*
Separata uou conjuuguntur. *Leg. Procuratoris* 5 §. 16 *si duas, ff. de tribut. act.*

SEPTUAGENARIUS

Vid. *Senectus — Senex*
Septuagenarius, personalium muuerum, vacatione perfruitur. *Leg.* 10 *Cod. de decurion.*
Excusatur a tutela, et a curatoria snscipeuda, qni septuaginta auuos complevit. *Leg.* 2 *ff. de excusat*; *leg. unic. Cod. qui aetat.*

SEPULCHRUM — SEPULTURA

Sepultura defuucto haeredes debent. *Leg. Qui haeres* 50. *ff. famil. aercisc.*
Sepulturam filio minori, pater eligere potest. *Cap. de Uxore de sepultur.*
Seppelliri uemo debet cum ornamentis, etiamsi hoc mandasset. *Leg. Et si* 14 §. 4 *impensa*, *ff. de religios. et sumpt. fun.*
Sepulturae electio nnicuique libera est. *Cap.* 1 *Caus.* 13 *q.* 2 *ubi gloss. in verbo autem.*
Sepulchrorum inscriptiouibus fides non adhibetur. *Leg. Monumentorum* 6 *Cod. de relig. et sumpt. funer.*
Sepulturae locum quisque sibi destinare, et eligere potest. *Leg. Vel quae.* 6 *ff. eod.*

SEQUENS

Vid. *Antecedens — Consequens*

Sequentia declarant antecedentia. *Leg. Si Servus §. fin. ff. de legat.* 1.

Praecedentia declarant sequentia. *Leg. ead. §. plurium*

Cui committuntur sequentia, et praecedentia committi videntur. *Leg. Ad rem, et leg. Ad legatum ff. de procuratorib.*

SEQUESTRUM

Sequestrum non habet locum, nisi prius debitor sit condamnatus. *Leg. Unic. Cod. de prohib. sequestrat. pecun.*

SERMO

Vid. *Intentio — Verbum*

Sermo generalis non comprehendit persona loquentis. *Leg. Quidquid ff. Commun. praedior., Cap. Imperialem in fin. de prohib. feud. alien.*

Non sermoni res, sed rei est sermo subjectus. *Cap. Petitio. De Procurat.*

Sermo simpliciter prolatus, intelligitur de prima vice. *Leg. Boves. §. hoc sermone ff. de verb. signif; leg. Cum pater* 79 *§. pater il* 1 *ff. de legat.* 1.

Sermone opus si non est, sufficit consensus. *Leg. Si pater ff. de odoptionib.*

SERVARE

Servari potest, quod jure peti non potest. *Leg. Si cum* 9 *gloss. in verb. per compensationem. ff. de compensat.*

Servus dominum quam se servare plus debet. *Leg. Si ut certo §. quod vero, gloss. in verb. salvas. ff. commod.*

In aquaeducto antiqua consuetudo servanda est. *Leg.* 7 *Cod. de servit. et aqua*

SERVIRE — SERVITIUM — SERVITUS

Vid. *Altare — Coelum — Domus — Ecclesia — Fenestra — Legatum — Servare — Stipulatio —*

Servitium personale, non potest per alium satistare. *Leg. Nullus qui nexu. Cod. de decur.*

Nemo potest duobus dominis servire. *Cap. Tolle. de poenitent. dist.* 2.

Unus ex dominis communium aedium, servitutem imponere non potest. *Leg.* 2 *ff. de servitutib.*, *leg.* 34 *ff. de servit. rustic. praedior.*

Servitus est similis morti. *Leg. Isti* 8 *gloss. metu. ff. quod met. caus.*

Servitus morti comparatur. *Leg. Cum hic.* §. *si donator. ff. de donat. int. vir. et uxor.*

Servitutem nemo acquirere potest, nisi qui praedium habet. *Leg.* 1. § *nemo ff. comm. praedior.*

Servitutem vendicare nemo potest, nisi qui habet dominium in praedio. *Leg.* 2 §. *servitutem ff. si servit. vend.*

Servitus servitutis esse non potest. *Leg.* 1 *ff. de usu, et usufr. legat.*, *leg.* 33 *in fin. ff. de servit. rustic.*

Nullum praedium ipsum sibi servit. *Leg.* 33 *ff. de servit. rustic.*

Nulli res sua servit. *Leg.* 26 *ff. de servit. urban*; *leg. Si alii, gloss. deducto. ff. de usufr.*

Nemo sibi servitutem debet. *Leg.* 10 *ff. Commun. praed.*

Longi temporis consuetudo vicem servitutis obtinet. *Leg.* 1 *Cod. de servitutib.*

Servitus laenior fieri potest, non durior. *Leg.* 20 §. 5 *ff. de servit. urb. praed.*

Omnem servitutem, dempto usufructu, individuam esse. *Leg.* 1 §. *si usumfructum ff. ad leg. falcid.*

Servitutis jus pro parte non acquiri. *Leg. Plautius* §. *fin. ff. ad leg. falcid.*

Locare servitutem nemo potest. *Leg.* 47 *ff. locati et conduct.*

Servitus nullum tribuit dominium in loco serviente. *Leg.* 4 *ff. Si servit. vind.*

Libera qualibet res praesumitur a servitute. *Leg. Fluminum* §. *ult.*, *et leg. Proculus ff. de damno infecto, leg. Aedibus Cod. de servit. et aqua*

Servitutem sibi nemo debere potest. *Leg. Cum* 33 *ff. de servitut. praed. rustic.*

Servitutes personales ad haeredem non transeunt. *Leg. Non solum* 8 *ff. de liberat. legat.*

Quaecumque servitus fundo debeatur, omnibus ejus partibus debetur. *Leg.* 23 §. 3 *ff. de servit. rustic.*

Servitus realis est quando praedium servit praedio. *Leg.* 1 §. 1 *ff. commun. praedior.*, *Istit. de servitutib.* §. 3.

Servitus realis sine praedio non intelligitur. *Leg.* 1. §. 1 *ff. commun. praedior.*

Omnem servitutem esse debet in re aliena. *Leg.* 15 *in pr. ff. de servit. praedior.*, *leg.* 5 *ff. si usufr. petat.*

Omnes servitutes debent esse individuas. *Leg.* 2 §. 2, *leg.* 72 *in pr. ff. de verb. obligat.*

Servitutum causam debet esse perpetuam. *Leg.* 28 *ff. de servit. urb. praed.*, *leg. unic.* §. 4 *ff. de fonte.*, *leg.* 1 §. 5 *et* 8 *ff. de aqua quotid. ec.*

Interitu praedii alterutrius, finitur servitus. *Leg.* 14 *ff. quemad. servit. amitt.*

Restituto praedio, servitus reviviscit. *Leg.* 20 §. 1 *ff. de servit. praed. urban.*

Proprietatis dominus, ne quidem consentiente fructuario, servitutem imponere potest. *Leg.* 15 §. 7 *et* 8 *ff. de usuf. et quemadmod.*, *leg.* 16 *ff. eod.*

Proprietarius amittere non potest servitutem, invito fructuario. *Leg.* 15 §. 7 *ff. de usufr. et quemadmod.*

Qui dicit servitutem sibi deberi, debet illud probare. *Leg.* 9 *et* 10 *ff. eod.*

Pro debito pecuniario, liber homo servire non cogitur. *Leg.* 12 *Cod. de action. et oblig.*, *Authent. Imo. Cod. eod.*

SAEVITIA

Saevitia nimia culpae assignatur. *Leg. Praeceptoris ff. ad leg. Aquil.*

SEXUS

Sexus fragilitati parcitur. *Leg.* 1 §. *eis. ff. de edendo*

Sexus naturam excedit, mulier donans. *Leg. Si stipulata* §. *si uxor. ff. de donat. int. vir. et uxor.*

SIGILLUM

Sigillum non probat, nisi sit authenticum. *Cap.* 2 *de fid. instrum.*

Sigillum authenticum creditur, quando contrarium non ostenditur. *Gloss. in Cap. Ex litteris, vers. Sigillum. de fide instrum.*

Sigillis ignotis fides non est adhibenda. *Gloss. in Cap.* 1 *dist.* 98 *vers. nisi quinque in fin.*

SIGNATIO — SIGNATUM

Signatum cognoscitur ex signis. *Leg.* 1 §. *Si intelligatur. ff. de edilit. edict.*, *leg. Stigmata Cod. de fabricens.*

Signatio, et designatio pro traditione habetur. *Leg. Quod si*, *gloss. fin. ff. de peric. et comm. rei vend.*

SIGNIFICATIO

Vid. *Verbum*

Verba quandoque capiuntur contra propriam significationem. *Leg. Si uno* 17 *gloss. in verb. sed transactio ff. locati.*

Significatio verborum prius narranda est, quam ad interpretationem veniatur. *Leg.* 1 *ff. si cert. petatur.*

SILENTIUM

Vid. *Tacere.*

Paria sunt aliquid vel expresso consensu, vel longo selentio esse finitum. *Leg.* 1 *in fin. ff. ad S. C. Tertullian.*

SIMILIS

Nullum simile est idem. *Leg. Quod nerva ff. depositi.*, §. *sed inter eas. Inst. de nuptiis.*

De similibus idem est judicium. *Leg. final. ubi gloss. Cod. de const. pecun.*

De similibus ad similia procedendum est. *Leg. Non possunt, et leg. Et ideo ff. de legib.*, *leg. Ex facto* 31 *gloss. qua actione ff. de neg. gest.*

Statutum in aliquo, in sibi simili statuendum. *Leg. Receptum*, *gloss. non cessit. ff. commun. praedior.*

De similibus ad similia trahitur jus unum ad aliud. *Leg. De quibus* 32 *gloss. in verb. de quibus causis. ff. de legib.*

SIMONIA — SIMONIACUS

Simoniacus non potest testificari. *Cap. Si dominus. de Simonia*

Simoniace ordinatus, suspendendus est. *Cap. Quoties. De simonia.*

In simoniaco contractu tantum valet remittere, quantum dare. *Cap. Veniens. 1 de testibus*

In simonia favor, honor, et gratia sunt loco pretii. *Cap. Cum essent de simonia*

Simonia est homagium petere pro beneficio. *Cap. Ex diligenti. de simonia.*

Simoniacus dicitur qui pro ministerio ecclesiastico aliquid petit. *Cap. 1 de simonia.*

Simonia est absolvere aliquem pro pretio. *Cap. Ad aures. de simonia*

Simonia non est recipere voluntarie datum. *Cap. Nobis fuit de simon.*

Simoniaca promotio, promittentem non obligat. *Cap. De hoc autem. de simonia*

Simonia est omne impensum pro quolibet obsequio in ordinatione. *Cap. 1 de simonia.*

Simonia est pactio circa spiritualia, vel eis annexa. *Cap. Quaesitum. de rer. permutat.*

Simoniacus est recipiens pecuniam pro officio ad quod tenetur. *Cap. Dilectus filius. de simonia.*

Simonia est dare temporalia causa lucrandi spiritualia. *Cap. Tua nos. de simonia.*

Simoniacus furi comparatur. *Gloss. in Cap. 113 Caus., q. 1 vers. Fures.*

Somoniaci dicuntur sacrilegi. *Cap. 125 Caus. 1 q. 1 ubi gloss. in verb. sunt.*

Simonia in Monachatu commissa, non vitiat Monachatum. *Gloss. in Cap. Veniens ad nos. de Simonia vers. praecipias.*

Simoniaca labes prohibetur. *Concil. Trid. de refor. Sess. 21 Cap. 1, Sess. 24 Cap. 14, et Cap. 18 §. Caveantque.*

SIMPLICITAS

Simplicitas sua nemini debet esse damnosa. *Leg. hoc Edicto 1 ff. de dolo malo.*

Simplicitate gaudendum. *Leg. Cum de §. qui solvit. ff. de probationib.*

Simplicitate deceptus non excusatur. *Leg. Si quis. 3 ff. ad S. C. Macedon.*

SIMULATIO

Vid. *Clausula — Cessio — Fictio — Veritas.*

Simulari aliud non debet, et aliud agi. *Leg. Jurisgentium §. dolo ff. de pactis , leg.* 1 *§. dolum ff. de dolo malo.*

Plus valere quod agitur , quam quod simulate concipitur. *Tot. Tit. Cod. plus valere quod agitur etc.*

Acta simulata veritatis substantiam non mutant. *Leg.* 2 *Cod. plus valere quod etc.*

Quae simulate geruntur, pro infecta habentur. *Leg.* 21 *Cod. de transact.*

Simulatio non praesumitur. *Leg. Quamvis.* 4 *Cod. si quis alteri vel sibi etc.*

SINGULA — SINGULARIS

Vid. *Unitus.*

Ex puris singularibus nihil sequitur. *Cap. In genesi. Extr. de elect.*

Plura singularia ad idem cumulari non debent. *Leg.* 1 *Cod. de dot. promis.*

Jus singulare non trahitur in consequentiam. *Leg. Quod vero contra ff. de legib. etc.*

Singula quae non prosunt, multa collecta juvant. *Leg. Spadonem §. qui jura ff. de excus. tutor. , leg. Rationes , et leg. Instrumenta Cod. de probat., Cap. Causam quae. de probat.*

SOCIETAS — SOCIUS

Vid. *Aromatarius — Communio.*

Societas leonina est ubi alter lucrum, alter damnum sentit. *Leg. Si non §.* 1 *ff. pro socio.*

In societate lucro studere necesse est. *Leg. Si negotia, gloss. in verb. lucrum ff. de negot. gest.*

Socius fratris instar habet. *Leg. Verum ubi gloss. in verb. fraternitatis ff. pro socio.*

Socii lucrum ut commune est, ita et damnum. *Leg. Cum duobus §. damna. ff. pro socio.*

Flagitiosae rei, nulla est societas. *Leg. Si a reo §. fin. ff. de fidejussor.*

Rerum inhonestarum nulla societas. *Leg.* 57 *ff. pro socio.*
Haeres socii, socius non est. *Leg.* 35, *et leg.* 40 *ff. pro socio.*
Nemo tenetur manere in communione. *Leg. fin. Cod. Comm. divid.*
Societas dicitur esse quaedam fraternitas. *Leg. Verum ff. pro socio.*
Societas ad vitam, a legibus non est vetita. *Leg.* 1 *ff. pro socio.*
Nulla societas in aeternum coitio est. *Leg.* 70 *ff. eod.*
Socius tenetur de culpa, et negligentia. *Leg. Cum duobus* §. *venit. ff. pro socio, leg. Socius socium ff. eod.*
Socius inhabilis gaudet privilegio habilis. *Leg. Si his qui duos ff. de lib. legat., leg. Si communem ff. quem serv. amitt.*
In societate tam inhabilis, quam habilis socius habent jus aequale. *ibid.*
Morte finitur societas. *Leg. Actione* §. *morte ff. pro socio.*
Socii mei socius, meus socius non est. *Leg.* 47 §. 1 *ff. de reg. jur., leg. Nam socii ff. pro socio.*
Valet societas in qua unus pecuniam, alter operam confert. *Leg.* 1 *Cod pro socio.*
Societatis commoda transeunt ad haeredem. *Leg.* 3 *Cod. eod.*
Durat societas ad beneplacitum sociorum. *Leg.* 5 *Cod. eod.*
Societas contrahi potest non solum pure, sed etiam sub conditione. *Leg.* 6 *Cod. eod.*
Rei quae nulla est, societas esse non potest. *Leg. Verum* §. *Societas. ff. pro socio.*

SOLEMNIS — SOLEMNITAS

Vid. *Actus — Forma.*
Solemnitas intrinseca praesumitur. *Leg. Sciendum* 30 *ff. de verb. obligat.*
Solemnitas extrinseca non praesumitur. *Leg.* 30 *ubi gloss. in verb. Solemniter ff. de verbor. obligat., leg. Quaecumque* §. *interdum ff. de publician. in rem act.*
Solemnitas quae requiritur in faciendo, eadem requiritur in reficiendo. *Leg. Si Ut proponis* 2 *Cod. de nupt.*
Omissio modicae solemnitatis, actus non vitiat. *Leg.* 1 §. *fin. ff. de ventr. insp. vel in poss. mitt.*

Solemnia juris mutari non est permissnm. *Leg. Divus* 7 *ff. de in integr. restit.*
Solemnitatis omissio, inducit praesumptionem falsitatis. *Leg. Jubemus* 29 *Cod. de testam.*
Solemnitates non praesumuntur. *Leg. Si pro dote* 2 *Cod. de dot. promiss.*, *leg.* 30 *ff. de verb. oblig.*, *leg. Quaecumque* §. *interdum ff. de public. in rem act.*
Solemniter agit, qui coram Principe agit. *Leg. Probatoriae* 9 *Cod. de divers. offic.*

SOLUM — SOLUS

Cujus est solum, ejus debet esse usque ad Coelum. *Leg. Final. gloss. quia Coelum ff. de servitut.*
Solum sequitur aedificium. *Leg.* 21 *gloss. et contra. ff. de pignorat. act.*
Solum cum sola non praesumitur dicere Pater noster. *Leg. Neque natales, gloss. in verb. ingenuitate ff. de probationib.*

SOLUTIO — SOLUTUM — SOLVERE

Vid. *Acceptilatio — Aliud — Chirographum — Compensatio — Creditor — Debitor — Delegare — Dies — Fiscus — Exceptio — Exigere — Procurator — Res-judicata.*
Solvit quid delegat. *Leg. Quamvis* §. *interdum ff. ad S. C. Vellejan.*
In obscuris praesumitur solvisse, quam donasse. *Leg. Si non sortem* §. *si quis falso ff. de condit. indeb.*
Quod jussu alterius solvitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset. *Leg.* 180 *ff. de regul. jur.*, *leg. Cum jussu ff. de solution.*
Aegritudo solutionem non differt. *Leg. Si quis* 23 *ff. de haered. instit.*
Solvendi proximus est, qui paratus est dare. *Leg. Si cum* 36 *ff. de pact.*
Solvi recte non potest procuratori ad litem tantum constituto. *Leg. Hoc jure* 86 *ff. de solut.*
Solvi potest curatori bonis dato. *Leg. Quod* 14 §. 7 *Curatori ff. de solut. et liber.*

Minus solvit, qui nihil solvit. *Nov.* 96 *Tit.* 8 *de execut.*

Solvere incipiens renunciat exceptioni. *Leg.* 50 §. *quoties ff. de judic.*

Solutionem partis accipere nemo regulariter cogitur. *Leg. Cum haeres* 4 §. 8 *ff. de statulib.*

Quod jussu meo alicui solvitur, perinde est, ac si mihi solutum esset. *Leg.* 180 *ff. de regul. jur.*

Si pignus datum creditori in solutum simpliciter, praesumitur datum pro toto debito. *Leg.* 15. §. *Si pignora ff. de rejudic.*

Non intelligitur fraudem legi fecisse, qui rogatus est palam solvere. *Leg. Non intelligitur* 3 *ff. de jure fisci.*

Solutionis verbo, omnis satisfactio accipitur. *Leg.* 176 *ff. de verb. signif.*

Solutione extinguitur obligatio. *Leg.* 21 §. 1 *ff. de liberat. legat*, *leg. Nulla Cod de solut.*

Si dictum non sit, in dnriorem causam semper videtur exsolvisse. *Leg.* 3 *ff. de solut.*

Solvere pro ignorante, et invito cuique licet. *Leg.* 23, *et leg.* 53 *ff. de solut.*, *leg.* 39 *ff. de negot. gest.*

Alio pro debitore solvente, tollitur obligatio. *Leg.* 1 §. *penult. ff. de exercit.*

Iniquum est cogi eum judicium accipere, qui vult solvere. *Leg.* 73 *ff. de procurator*, *leg.* 16 *ff. judic. solvi.*

Totum medium tempns ad solvendum, promissori liberum relinqui intelligitur. *Leg.* 70 *ff. solutionib.*

Quoties dies in obligatione non ponitur, praesenti die solvitur. *Leg.* 41 §. 1 *ff. de verbor. oblig.*, *leg.* 14 *ff. de regul. jur.*

Contraxisse in eo loco intelligitur in quo ut solveret se obligavit. *Leg.* 21 *ff. de oblig. et action.*

Minus solvit, qui tardius solvit. *Leg.* 12 §. 1 *ff. de verbor. sign*; *leg. Solidum ff. de solution.*

Pro soluto dato, vicem venditionis obtinet. *Leg.* 4 *Cod. de evict.*

Non potest improbus videri, qui ignorat quantum solvere debeat. *Leg.* 99 *ff. de regul. jur.*

Paria sunt solvere, et compensare. *Leg. si debitor. ff. qui pot. in pign. hab.*, *leg. Si Peculium* §. *de illo ff. de stat. lib.*

Paria sunt solvere, vel promittere. *Leg. final. Cod. ad leg. falcid.*
Paria snnt mihi solvi, vel alteri mea voluntate. *Leg. Nihil interest. Cod. de solut.*
Paria sunt minus solvere, vel tardius solvere. *Leg. Solidum ff. de solution.*
Immaginaria solutio non relevat. *Leg. Immaginaria ff. de reg. jur.*
Pietatis causa solutum, repeti non potest. *Leg.* 32 §. 2 *ff. de condict. indeb.*, *leg.* 14 §. 7 *ff. de Religios et sumpt. etc.*, *leg.* 27 §. 1 *ff. de negot. gest, leg.* 11 *Cod. eod.*
Solvendo esse nemo intelligitur, nisi qui solidum potest solvere. *Leg.* 114 *ff. de verb. signif.*
Errore solutum repetitur. *Leg. fin. in fin. ff. de publicanis.*
Solutionem allegans, eam quoque probare tenetur. *Leg. fin. Cod. de solut.*
Paria sunt solvere, vel citato, et contumace creditore offerre, vel deponere. *Leg. Qui mutare in pr. vers. fidejussor. ff. mandati, leg. Fidejussor qui minoris ff. de fidejussorib.*
Interest nostra potius non solvere, quam solutum repetere. *Leg. Ideo ff. de compensationib.*
Interest minoris potius non solvere, quam solutum repetere. *Leg.* 3 §. *Sed utrum, gloss. poterit ff. de minorib.*
Solvi non dicitur quod deterius solvitur. *Leg. Eleganter.* §. 1 §. *qui reprobos. gloss. non liberat. ff. de pignorat. act.*
Solvendi facultatem non habet qui praesenti pecunia caret. *Leg. Si servus ff. de noxalib. action.*
Solvendo pro me alius me liberat. *Leg.* 1 §. *haec actio ff. de exercitor. act.*
Solventem non liberat reproba pecunia. *Leg. Eleganter.* §. *qui reprobos ff. de pegnorat. action.*
Solutionis vice est satisfactio. *Leg. Item* 6 §. *qui paratus ff. quib. mod. pign. vel hypot. solv.*
Solutionem non probat chirographum repertus cancellatus. *Leg. Si chirographum ff. de probationib.*
Solutum indebite non repetitur, quando a pietate causatur error. *Leg. Cum. is* §. 2 *ff. de condict. indib.*
Solvere paratus conveniri non debet. *Leg. Si reus, ubi gloss. in verb. oportet. ff. de procuratorib.*
Solutionis vicem habet delegatio. *Leg. quod debetur.* 52

ubi gloss. in verb. praestatione in fin. ff. de peculio, leg. quamvis §. interdum ff. ad S. C. Vellejan.

Nemo debet bis compelli ad solvendum pro eodem titulo. *Leg. Si semel ff. de peculio.*

Qui solvit non est ita resupinus, ut facile suas pecunias jactet. *Leg. Cum de indebito* 6 §. *qui enim solvit. ff. de probationib.*

Pretium pro re solvi potest. *Leg.* 1 §. *An possit ff. de constit. pecun.*

Paria sunt quod solvam creditori meo, vel alteri de ejus mandato, ut sim liberatus. *Leg. Solutum ff. de solutionib.*

Solvens de mandato judicis, liberatur, et est securus. *Leg. Non videtur. §. qui jussu ff. de regul. jur., leg. Liberto §. Lucius ff. de ann. legat., Bart. in leg. Creditor. in pr. ff. de solut.*

Solutionem diminutam creditor recipere non tenetur. *Leg. Inter. §. Lucius ff. de usuris.*

Partis solutio multa affert incommoda. *Leg. Plane. ff. famil. ercisc.*

Solvens, in dubio videtur solvere de pecunia sua, et non de pecunia illius, cujus nomine solvit. *Leg. Si defunctus. Cod. de arbitrium tutelae.*

Praesumitur quilibet esse solvendo. *Leg. Si vero, gloss. dubitetur ff. qui satisd. cog.*

Solvens alii, quam vero creditori, non liberatur. *Leg.* 1. §. *ante omnia ff. de pactis.*

Solvi non potest aliud pro alio, invito creditore. *Leg.* 2 §. *Mutui datio, et ibi glos. fin. ff. Si cert. petat., leg. Promissor.* 21 §. *fin., et leg.* 23 *ff. de constit. pecun., leg. Item liberatur §. qui paratus. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solv., leg. Eum a quo, et leg. seq. ff. de solution., Gloss. in leg.* 16 *verb. Eum a quo. Cod. de solutionib.*

Apoca in qua quis ostendit se tribus annis proximis solvisse, retro solvisse praesumitur, nisi contrarium probetur. *Leg. Quicumque Cod. de apoch. public.*

Simpliciter solutum, cedit in debitum usurarum. *Leg.* 21 *Cod. de usur.*

Indebite solutum, repetitur. *Leg.* 27. *ff. de usu, et usufr. legat.*

SORS

Vid. *Fructus — Solutio — Usura.*

Ubi plures, quibus opinio est relicta, discordant in eligendo, sorte dirimitur. *Leg. Si duobus. Cod. Commun. de legat.*

Sortem recipiendo videtur remitti poena. *Leg. Si post.* 11 *in fin. ubi gloss. in verb. videatur. ff. de eod quod cert. loco.*

SPECIALIS — SPECIALITER

Vid. *Dispositio — Aequipollens. — Generalia — Genus — Jus — Species.*

Quod specialiter declaratur, validius operatur quam quod in genere praedicatur. *Leg.* 2 *Cod. de Servo pign. dat. manumiss.*

Ex duobus specialiter dispositis, attenditur illud quod est specialius. *Leg. Si Servo manumisso ff. de pecul. legat.*

Magis animadvertitur ad id quod specialiter injungitur, quam ad id quod generaliter interpretatur. *Cap. Si adversus, De haeretic., Cap. quamquam* 23 *distinct.*

Allegare speciale sine ratione, est refugium miserorum. *Gloss. in leg. Filium quem Cod. famil. erciscund.*

Speciale in uno, denotat jus commune in contrarium. *Leg.* 1 *in fin. ff. ad Muncip., Gloss. in leg. final. verb. admodum Cod. de his qui ad Ecles. confug.*

Plura specialia in eodem casu simul cumulari non debent. *Leg.* 1 *Ubi gloss. Cod. de dot. promiss., leg. Cum post. §. gener. gloss. placuit ff. de jur. dot.*

Plura specialia simul concurrere possunt, non quidem principaliter, sed in consequentiam. *Leg. Sub conditione ff. de solution., leg. qui in utero ff. de Stat. homin., §. Si ab hostibus. Istit. quib. mod. jus. patr. potest. solv.*

Quae procedunt de jure speciali, non habentur in consideratione. *Leg.* 4 *in princ. ff. de fidec. liber.*

Specialia non passim admittenda. *Alex. in leg. quod in bonis §. Cum de fideicomissum in fin. ff. ad leg. falcid.*

Specialis concessio praevalet generali. *Leg. Pomponius.* 40 *ubi gloss. et pater valitudine ff. de procuratorib.*

Specialis ratio vincit generalem. *Leg.* 1 *§. si ego, gloss. margin. ff. si pars haered. pet.*

Specialia facilius tolluntur quam communia. *Leg.* 1 §. *cum venditor*, *gloss. in verb. inutilem in fin. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solv.*

SPECIES

Vid. *Compensatio — Confusio — Genus — Minus — Periculum — Plus.*

Ad specierum cognitionem, debet praecedere cognitio generis. *Leg.* 1 *ff. Si cert. pet.*, §. *is igitur. Istit. de just. et jur.*

Species quae retinet nomen sui generis, debilior est ea quae specificum nomen assumit. *Leg. Imperium ff. de jurisd. omn. judic.*, *leg.* 2 *ff. de adopt.*, *leg. Inter agnatos ff. unde legit.*

Species ex abundanti, vel imperitiam enumeratae, genus praecedens non restringuunt. *Leg. Legati suppellectil. in princ. ff. de suppellect. legat.*

Non sufficit aliquid in genere proponere, quando quaelibet species eundem non operatur effectum. *Gloss. in Cap.* 1 §. *Si quis igitur in verb. species. de exception. in* 6.

Specie generi derogatur. *Leg. Si peculium* 6 *ff. de pecul. legat.*

Specie posita ponitur et genus. *Leg.* 1 § 2 *ff. de just. et jur.*

SPERATUS — SPES

Facilius remitti sperata, quam possessa. *Leg. Cum hi ff. de transanct.*, *leg. Unum* §. *Si rem ff. de leg.* 2.

Spes substitutionis non transmittitur ad haeredem. *Leg. Toties* 81 *ff. de acquir. vel amitt. haered.*

Spes emi potest. *Leg. Propter* 23 *ff. fam. erciscund.*, *leg.* 8 *ff. de contrah. empt.*

Spei ratione, datur actio. *Leg. Metum* 9 §. 7 *ff. quod met. caus.*

Spei ratione cavendum. *Leg. Si tibi* 8 *ff. usufr. quemad. cav.*

Spei conditio pendet. *Leg.* 1 *ff. de his qui sui etc.*

Spe nostrum esse aliquid dici non potest. *Leg. Constante* 14 §. 5 *si maritus ff. solut. matrim.*

Spem pretio emere licet. *Leg. Si Sterilis* 21 *ff. de act. empt. et vend.*

SPOLIATUS

Spoliatus ante omnia est restituendus. *Cap. Reintegranda* 3. *quaest.* 1, *leg. Si quis a se fundum. Cod. ad leg. Jul. de vi*, *leg. Si Maritus* 10 *Cod. de donat. int. vir et uxor.*

SPONSALIA

Vid. *Matrimonium — Nuptiae.*

Sponsalia de futuro solvuntur per sponsalia sequentia de praesenti. *Cap.* 1 *de Sponsal.*

Sponsalia ante septennium contrahi non possunt. *Cap. Ad dissolvendum. de despons. impub.*

Sponsalia per vim contracta, etiamsi sponsa traducta non tenent. *Cap. Ex literis. eod. tit.*

Sponsalia sunt, et non matrimonium, quae fiunt ante annos legitimos. *Cap. Tuae nobis. eod. tit.*

Sponsalia per unum facta impediunt contractum cum omni consanguineo. *Cap. Continebatur. de disponsal. impub.*

Sponsalia de futuro, mutuo consensu solvuntur. *Cap.* 2 *extr. de sponsalib.*

Sponsalia de futuro, uno ex sponsis renuente solvuntur, etiamsi sint jurata. *Cap.* 2, *et Cap. Requisivit, extr. de sponsalib.*

Sponsalia de futuro, transeunt in sponsalibus de praesenti si sequatur copula. *Cap. Veniens. de Sponsalib.*

Dissolutis sponsalibus de futuro, licitum est alii nubere. *Leg.* 1 *Cod. de sponsalibus etc.*

Sponsalia de futuro cum copula unquam solvuntur. *Cap. Sunt qui dicunt.* 27 *q.* 2, *Cap. An quod, et Cap. pen.* 33 *q.* 2, *Cap. Inter corporalia. de translat. episcop., leg.* 1 *Cod. de sponsalib.*

SPONSIO

Sponsio appellatur omnis stipulatio, promissioque. *Leg.* 7 *ff. de verb. sign.*

SPONTE

Vid. *Confessio.*

Sponte confitenti parcitur. *Leg.* 3 §. *quid ergo. gloss. ex hoc edicto ff. de alienat. judic. mut.*

Sponte fidejubens, durius tractatur, quam rogatus *Leg. Si Mulier gloss. marg. ff. ad S. C. Vellejan.*

Sponte onus subiens, privilegium inde non habet. *Leg. Item hi ff. ex quib. caus. major.*

SPURIUS

Ordinari non debent spurii. *Cap. Per Venerabilem. Qui filii sint legitimi, Cap. Consuluit. de serv. non ordin.*

STATUA

Sine Principis licentia, non potest erigi Statua. *Leg.* 1. 2 *et* 4 *Cod. de statuis, et immagin.*

Qui confugit ad Statuam Principis, ab omni violentia debet esse tutus. *Leg. Unic. Cod. de iis qui ad Statuas confug.*

STATUERE — STATUTUS

Quod quisque juris in alium statuerit, ipsum quoque eodem uti debere. *Leg.* 1 *ff. quod quisque juris.*

Qui declarat, non statuit. *Leg. Haeredes palam* §. *Sed, et si tamen. ff. de testam.*

Statutum est peritis in arte. *Leg.* 1 *ff. de ventr. inspic., Cap. Proposuisti. de probat.*

Verbum *statuit* rem perfectam significat. *Leg.* 1 §. *haec verba ff. quod quisque jur. in alt.*

Statutum in aliquo, in sibi simili statuendum est. *Leg. Receptum, gloss. non cessit. ff. commun. praedior.*

Statutum in poenam non debet in praemium converti. *Leg.* 2 §. *nemo, gloss. in verbo nemo ff. de capit. dimin.*

STIPULATIO

Vid. *Acceptilatio — Conditio — Contractus — Dies — Impossibilis — Obligatio — Puer.*

Incertitudo vitiat stipulationem, nisi ex conjecturis probabilibus declaretur. *Leg. Triticum* 94, *et leg.* 115 *in pr. ff. de verb. obligat.*

Stipulatio inutilis, non novat praecedentem utilem. *Leg. Si ita* 97 *ff. eod.*

Si res non est in commercio, stipulatio non valet. *Leg.* 34 *leg.* 38 §. *fin.*, *et leg.* 103 *ff. de verb. oblig.*

Stipulatio continens impossibilitatem, de jure, vel natura, non valet. *Leg.* 35 *ff. de verbor. oblig.*

Stipulatio dolo facta, non valet. *Leg. Si quis.* 36 *ff. eod.*

Obligatio stipulationis, transit ad haeredes. *Leg.* 38 §. *sicut autem ff. eod.*

Stipulatio interposita super jure personali, ad haeredem non trasmittitur, nisi exprimatur. *Leg.* 38 §. *Si quis. ff. eod.*

Stipulatio per quam aufertur libera testandi voluntas, non valet. *Leg.* 61 *ff. de verbor. oblig.*

Dissensus vitiat stipulationem. *Leg. Inter* 83 §. *Si sticum*, *et leg.* 137 §. *Si hominem ff. de verb. obligat.*

STULTUS

Stultus dicitur ignorans. *Leg. Regula* §. *Si quis. gloss. nec stultis ff. de jur. et fact. ignor.*

Stultis non succurritur, sed errantibus. *Leg. Regula* §. *quod si ff. de jur. et fact. ignor.*

STUPRUM

Metus stupri major est quam mortis. *Leg.* 8 §. *quod si ff. de eo quod met. caus.*

Mors minor timenda est viro bono, quam stuprum. *Leg. Isti* 8 §. *quod si ff. de eo quod met. caus.*

STYLUS

Stylus Curiae est attendendus, et observandus. *Leg. Labeo vers. morem agentium ff. de statuliber, Cap. Quam gravi. de crim. fals.*

SUBINTELLIGERE

Vid. *Actus — Tacite.*

Frustra exprimitur qui tacite subintelligitur. *Leg. Jam dubitari*, *et leg. Cornelius ff. de haered. instit.*

Frustra ab homine exprimitur, quod ipso jure subintelligitur. *Leg. Quaesitum §. 1 ff. de distr. pignor, leg. Non recte Cod. de fidejussor.*

Verba enunciativa tacite subintellecta, non inducunt dispositionem. *Leg. Rationes in fin. Cod. de probationib.*

SUBJECTUM

Vid. *Accidens — Qualitas.*

Duo contraria in eodem subjecto esse non possunt. *Leg. Mutius ff. pro socio.*

Agens, et patiens non concurrunt in eodem subjecto. *Leg. Uranius ff. de fidejussor., leg. Ille a quo. §. tempestivum ff. ad S. C. Trebell.*

Talia sunt subjecta, qualia praedicata demonstrant. *Leg.* 3 *ff. de fund. instr. legat., leg. fin. §. cui dulcia ff. de vin. tritic. aleoque legat.*

SUBLOCATIO

Vid. *Locatio — Reconductio.*

Conductor potest rem conductam alteri locare, si nihil aliud convenit. *Leg. Nemo* 6 *Cod. de locat. et conduct.*

SUBROGATUS

Vid. *Surrogatus.*

Subrogatus refert naturam ejus cui subrogatum est. *Leg. Fori Cod. de advoc. divers. judic.*

Subrogatum sapit naturam ejus in cujus locum subrogatur. *Leg. Si dolo* 1 *ff. si is qui testam.*

SUBSCRIBERE — SUBSCRIPTIO

Vid. *Scriptura.*

Subscribens se ut testis, non obligatur. *Leg. Mutuae pecuniae Cod. Si cert. pet.*

Erronea subscriptio vitiat actum. *Leg.* 4, *et leg.* 5 *Cod. plus val. quod agit.*

Subscribens habeatur ac si totum manu propria scripsisset. *Leg. In antiquioribus Cod. de testam., leg. Divus §. Item Senatus ff. de fals., leg. Si quis* 6 *§. nam et si, gloss. margin. in verb. subscribere ff. de edendo.*

In contractibus de rebus eclesiasticis requiritur subscriptio. *Cap.* 1 *gloss. in vers. Vel subscripsit* 96 *dist.*

Quis litterarum nescius, subscribere debet faciendo propria manu signum Crucis. *Leg. fin. Cod. de jur. delib.*

Subscribens consentit nisi per errorem subscribat. *Leg. Merito* 1 §. 4 *sed et si ff. quod jussu.*

Subscriptio erronea non nocet. *Leg. Cajus* 39 *gloss. non obesse ff. de pign. act.*

Paria sunt mandare, et subscribere. *Leg. Etiam* 3, *et leg.* 8 *Cod. Quod cum eo.*

Paria sunt subscribere per se, vel per alium suo nomine. *Leg. Vicem Cod. de donat.*

Subscribere, et totam scripturam facere, idem est. *Leg. Si quis. gloss. margin. ff. de edendo.*

SUBSTANTIA

Vid. *Veritas.*

Ubi remanet eadem causa et substantia, licet aliquod accidens varietur, non variatur dispositio. *Cap. Inter corporalia. De translat. Episc.*

Mutatione qualitatis, rei substantia non mutatur. §. *Minus. Istit. de haered. quae ab int. defer., leg. Si fundus.* §. *Si res. ff. de pignor.*

Non mutat substantiam rerum, non necessaria verborum multiplicatio. *Leg. Pediculis* §. *Labeo ff. de aur. et arg. legat.*

SUBSTITUTIO — SUBSTITUTUS

Vid. *Conditio — Facere — Institutio — Surrogatus.*

Substitutionem translativam directo fieri non posse. §. *fin. Istit. de pupill. Substit.*

Substitutio vulgaris facta in legato, expirat per agnitionem primi legatarii. *Leg. Si Legata* 6 *Cod. de legat.*

SUCCEDERE — SUCCESSIO — SUCCESSOR

Vid. *Bonum — Haeres — Infamis — Usus.*

Paria sunt non extare, vel non succedere. *Leg.* 2 §. *Adoptivi. vers. Sed si sint. ff. ad S. C. Tertul.*

Jure affinitatis nulla successio permittitur. *Leg.* 7 *Cod. Commun. de success.*

Successor tenetur habere ratum, quod praedecessor ex natura officii fecit. *Bald. in leg.* 1 *ff. de costit. Princ.*, *Bart. in Leg. Prohibere §. plane ff. quod vi, aut clam.*

Successor tenetur servare capitula facta cum praedecessore. *Bald. in leg. fin. Cod. de transact.*, *Gloss. in §. nulla in Auth. de defensor. Civit.*

Filii filiorum, Avo semper succedunt in stirpes; Patruo vero si soli sint, in capita succedunt; si vero cum alio Patruo concurrant, in stirpes et non in capita. *§. Si igitur defunctus. ver. hujusmodi vero*, *Auth. de haered. ab int. ven.*

Successor in Beneficiis, seu Praebendis, non tenetur stare locationi antecessoris factae. *Concil. Trid. de reform. Sess.* 25 *Cap.* 1.

Succedere potest quis in suum locum. *Leg. Si prior* 13 *ff. qui pot. in pign. hab.*

Successor gaudere debet jure antecessoris. *Leg. Tale pactum §. pater. gloss. in verb. per exceptionem ff. de pactis.*

Successor fungi debet partibus ejus cui succedit. *Leg. Quaedam §. nihil ff. de edendo.*

Successor rei, et juris non sunt pares. *Leg. Quaedam §. nihil*, *ff. de edendo.*

SUCCESSIVE

Successive quod fit, eodem tempore fieri dicitur. *Leg. Antiqui*, *gloss. in verb. eodem. ff. si pars. haered. pet.*

SUCCURRERE

Succurri non debet ei, qui seipsum in necessitatem posuit. *Leg. Si fidejussor. §. si necessaria ff. qui satisd. cog.*, *leg.* 2 *§. Si quis tamen. ff. si quis caution.*

Succurri non debet uni, damno alterius. *Leg. In causae* 14 *in pr. ubi gloss. In necem. ff. de minorib.*

Succurritur errantibus, non stultis. *Leg. Regula §. quod si ff. de jur. et fact. ignor.*

SUMMA

Summae majori inest minor. *Cap.* 1 *de arbitr. in* 6, *leg.* 1 §. *si stipulanti ff. de verb. oblig.*

Modica summa est usque ad duos aureos. *Leg. Id est ff. dolo malo.*

Modica summa non curatur. *Leg. Si Oleo* §. *merito ff. de dolo malo.*

SUMPTUS

Vid. *Expensa* — *Pietas.*

Ex personarum qualitate sumptibus factis praesumitur. *Leg. Ex duobus* 28 §. *pietatis*, *ubi gloss. in verb. habere ff. de neg. gest.*

Sumptus funeris debet fieri pro facultate defuncti. *Leg. Si quis* 12 §. *sin autem ff. de relig. et sumpt. funer.*

Sumptibus fit pretiosior homo. *Leg* Si *non* 26 §. *libertus ff. de condict. indeb.*

SUPERFICIARIUS — SUPERFICIES

Superficies cadit in obligationem soli obligati. *Leg. Paulus* §. *domus ff. de pignorib.*

Superficies sequitur jus soli. *Leg. Paulus.* §. *domus ff. de pignorib.*

Superficiario competit utilis actio in rem. *Leg Superficiario* 74 *ff. de rei vindicat.*

SUPERFLUUM

Vid. *Lex.*

Nihil in legibus superfluum, aut contrarium invenitur. §. *quibus. in* 1. *Costit. Cod.*

Lex superflua remedia non inducit. *Leg. Haec Stipulatio.* §. *Divus ff. Ut legat. caveat.*, *leg. Qui bis idem ff. de stipulat.*

In jure nihil debet esse superfluum. §. *Quibus in* 1 *Costit. Cod.*

Dispositio potius judicanda est superflua, quam iniqua. *Leg. fin.* §. *Computatione in fine Ccd. de jur. deliber.*

Snperflua, actum non vitiant. *Leg. Testamentum in fin. Cod. de testament.*

Superflua omnia sunt reprobata. *Leg.* 1 §. *quibus. Cod. de novo Cod.* , *leg. fin. Cod. qui admitt. ad bonor. poss.*

Superfluis actibus non debemus uti. *Leg. Haec Stipulatio Divi. ff. ut legator. nom. cav.*

Superflua non nocent. *Leg. Si is* 15 *ff. de acceptilat.*, *leg. Legata* 9 *ff. de suppell. legat.*

Superfluum est a principe impetrare, quod de jure communi conceditur. *Leg. Nemo* 1 *Cod. de Thesauris.*

SUPERIOR

Vid. *Praeceptum.*

Contra praeceptum Superioris nihil est licitum attentare. *Leg.* 1 *ff. de nov. oper. nunciat*, *leg. Servo.* §. *Cum Praetor· ff. ad S. C. Trebell.*

Prohibitio Superioris facit illicitum, quod alias licitum foret. *Leg. Praetor ait.* §. 1 *ff. de nov. op. nunc.*

Superioris auctoritas pro ratione habetur. §. *Si quod princ. Istit. de Jur. nat. gent. et civ.*

Superioris legem tollere nemo potest. *Leg. Si feriatis ff. de feriis.*

SUPERSTES

Pro superstite habetur is qui in utero est. *Leg.* 7 *ff. de ventr. in poss. mitten.*

SURROGARE — SURROGATUS

Vid. *Delegare — Facere*

Surrogatum sapit naturam ejus cui surrogatur. *Leg. Si eum.* §. *qui injuriarum ff. Si quis cautionib*, *leg. Si donatae* §. *Si sponsus ff. de donat. int. vir. et uxor.*

Nihil in natura perpetuum esse potest, nisi per surrogationem. *Leg. Cum debere. ff. de servit. urban. praedior.*

Persona surrogata utitur omnibus privilegiis, quibus ille, in cujus locum surrogatur utebatur. *Leg. fin. Cod. de impuber. ec.*

SUSPECTUS — SUSPICIO

Vid. *Judex — Lis — Metus — Tutor.*

Suspectus est qui se ingerit. *Leg. Quae omnia* 25 §. *Sed si ff. de procurator.*

Nihil tam grave est, quam coram suspecto judice litigare. *Leg.* 2 *ubi gloss. in verb. sciatur. ff. si quis in jus vocatus.*

Suspecto debet auferri administratio rei in qua suspectus est. *Leg. Si fidejussor* §. *fin. ff. qui satisdar. cogantur.*

Suspicio nihil operatur. *Leg. Metum* 9 *gloss. suspicionem ff. de eo quod met. caus.*

Suspicionem removet par affectionis causa. *Leg. Non solum* 67 §. *de uno ff. de jur. dotium, leg. Si pater familias* 15 §. *ult. gloss. conjunctam. ff. de adopt.*

Sine suspicione debent procedere lites. *Leg. Praetor.* 17 *gloss. Cum justam causam ff. de jurisdict. omn. judic.*

SUSPENDERE — SUSPENSUS

Actus viventium suspendi posse, non ultimas voluntates. *Leg. fin. ff. commun. praedior*

Suspensus in uno Territorio, quousque absolvatur, est suspensus ubique. *Abb. in Cap. Sollicitudinem num.* 2o. *de appellat. et Cap.* 1 *de raptor. num.* 3.

SUUS

Vid. *Jactare — Vendere.*

Sua res nemini servit. *Leg. In re ff. de servit. urb. praedior.*

Suum petendi consulendum. *Leg.* 1 *gloss. in verb. utilem ff. de eo quod certo loco.*

Suum recipiens ab alio quam vero debitore, non reddit. *Leg. Repetitio ff. de condict. indeb.*

In suo facit quilibet quod vult modo aliis non noceat. *Leg. Sicuti autem* 8 §. *apud Pomponium. ff. si servit. vindic.*

TABELLIO

Vid. *Notarius*

Tabellio delegare non potest confectionem instrumenti. *Auth. Coll.* 4. *Nov.* 44 *Tit.* 27 *de Tabell. Cap. Nos autem.*

Tabellionem rogatum esse oportet. *ivi.* §. 1 *ut ego.*

TACERE

Vid. *Tacitus*

Qui tacet consentire videtur. *Leg. Qui tacet. ff. de reg. jur*; *leg.* 2 §. *Voluntatem ff. solut. matrim., leg.* 1 *Cod. de filiis fam. et qui ec., Cap. Nonnè. de praesumpt., Cap. Qui tacet* 43 *de reg. jur. in* 6.

Tacens propter verecundiam, non dicitur consentire, et non obligatur. *Cap.* 1. *Quod met. caus.*

Tacens quando jus resistit, consentire non videtur. *Gloss. in Cap. Plerumque* 2 *quaest.* 7.

Tacens, contradicendo actus quem impedire non potuisset, consentire non censetur. *Leg. Cajus ff. de pign. act., leg. Saepe* §. *cur autem ff. de re judic.*, *Gloss. in leg. Sicut.* §. *non videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypot. etc.*

Is qui tacet non fatetur, sed nec utique negare videtur. *Reg.* 44 *de reg. jur. in* 6.

Tacere quandoque nocet. *Leg. Coire ff. pro socio., leg. quoties ff. de probationib.*

TACITE — TACITURNITAS — TACITUS

Vid. *Expressio — Expressus — Frustra — Tempus.*

In tacitis non cadit repetitio. *Leg. Titia* §. *Idem respondit, et leg. Ita stipulatus in princ. ff. de verb. obligat.*

Tacitus intellectus ad incongrua non porrigitur. *Leg. Ut gradatim* §. *Sed et si lege ff. de muner. et honor*; *leg. Creditor* §. *fin. ff. mandat.*

Tacita protestatio a contrario sensu verborum enunciativorum sumpta, actum sequentem non tollit. *Leg. fin. in princ. ff. de legat.* 2, *leg. Ita Stipulatus ff. de verbor. obligat.*

Aliud est quid tacite contineri, aliud verbis exprimis. *Leg. Si ita legatum* §. 1 *in fin. ff. de legat.* 1.

Illud quod tacite subintelligi potest, habetur pro expresso. *Leg. Fideicommissa* §. *Si filio ff. de legat.* 3.

Frustra exprimitur quod tacite subintelligitur. *Leg. Cornelius ff. de haered. istit., leg. Verba ff. de conditionib. istit., leg. Non recte Cod. de Fidejussor.*

Quoties aliquid sub alio tacite continetur, si illud specialiter exprimatur, non dicitur amplius sub eo contineri. *Leg. Doli clausula ff. de stipulat., leg. Sanctio legum, ff.*

de poen., *leg. Cohaeredi* §. *qui patrem ff. de vulgar. et pupill. substit.*

Ad annullandum actum, idem operatur tacita legis prohibitio, quod expressa. *Abb. in Cap. Dilectis. De praebend.*

Illud quod tacite in uno capitulo intelligitur, ad aliud capitulum non porrigitur. *Leg.* 1 *in verb. Si quis. ff. Quod quisque jur. in alter.*

Par est virtus taciti, et expressi. *Leg. Cum ff. Si cert. petat.*

Multa expressa nocent, quae tacita non obessent. *Leg. Nonnumquam ff. de cond. et dem.*

Quae veniunt ex tacito intellectu juris, in dubio videntur esse gesta. *Leg. fin. ubi Jas. ff. qui satisd. cog.*

Taciturnitas est magni effectus, et importantiae. *Leg. Cum ostendimus* 4 *ff. de fidejuss. tut.*

Per taciturnitatem non videtur alienationi rei sibi obligatae consentire. *Leg. Sicut* 8 §. *Non videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solv.*

Qui tacet, et patitur, consentire non videtur in his quae praejudicium afferunt, et incommodum. *Leg. Filius fam.* 8 §. *Invitus ff. de procur.*

Tacitum, et expressum aequiparantur. *Leg. Cum quid. ff. Si cert. pet.*

Taciti, et expressi idem est judicium. *Leg. Cum quid.*, *et leg. Si filius fam. ff. si cert. pet. leg. Ult. ff. de legat.* 2, *leg. Item quia ff. de pactis*, *leg. Ult. Cod. qui bon. ceder. poss.*

Tacitum resultans ex expresso, cessat cessante expresso. *Leg.* 2 §. *fin. ff. de serv. rust. praed.*

Taciturnitas medium est inter dissensum, et consensum. *Leg. Sabinus* 28 *ff. commun. divid.*

Taciturnitas patris habetur pro consensu in filiis. *Leg.* 5 *Cod. de nupt.*

Tacite quod agitur pro expresso habetur. *Leg. Cum quid ff. si cert. pet.*

Tacite videtur convenire quod est consuetum. *Leg. Si fundus* 4 §. 2 *ubi gloss. in verbo exigat ff. de leg. commissor.*

Taciturnitas consensui non comparatur. *Leg. Filius familias*, *gloss. non probatur. ff. de procuratorib.*

Taciturnitas aequipollet consensui. . *Leg. Si ut proponis* 7 *ubi gloss. Cod. de nuptiis.*

Tacitum non vitiari vitiato expresso. *Leg. Fidejussor. ff. de legat.* 1.

TALIS

Vid. *Par.*

Aliud est esse tale, aliud haberi pro tali. *Gloss. in leg. Mercis. ff. de verb. signif.*

Propter quod unumquodque tale, et illud magis. *Auth. Multo magis. Cod. de Sacr. San. Ecles.*

Talis quis esse praesumitur, in quali habitu reperitur. *Leg. Item apud.* 15 §. *Si quis virg. ff. de injur.*

Talia esse subjecta, qualia praedicata demonstrant. *Leg.* 3 *ff. de fund. instruct.*

TAXATIVUS

Vid. *Verbum.*

Dixio taxativa non excludit casus similes. *Leg. Ob es, ubi gloss. Cod. de praed. et aliis reb. minor., leg. Servi* 16. *ubi gloss. in verb. possidet. ff. de usucapionib.*

Dictio taxativa non excludit casus tacite inclusos. *Leg. Praecibus. ibi in primum casum tantum. Cod. de impuber*

TEMPUS

Vid. *Ignorans — Impeditus — Modicus — Pactum — Posterior — Praesens — Praeteritus — Prior — Solutio — Terminus — Tutor.*

Tempus contractus inspicitur. *Leg. Item illa* 18 *gloss. in verbo exierit. ff. de constit. pecun., leg.* 2 §. *in haereditate gloss. in verb. venisse. ff. de haered. vel act. vend.*

Tempus cedit ignoranti. *Leg. Genero* 8 *ff. de iis qui not. infam.*

Tempus centum annorum, est longissimus vitae finis. *Leg. Si usufructus ff. de usufr. legat.*

Melius est in tempore occurrere, quam post exitum vindicare. *Leg.* 1 *Cod. quand. lic. unicuiq. sin. jud.*

Cursus temporis non mutat substantiam veritatis. *Leg. Sicut falsi Cod. ad leg. Cornel. de fals.*

Tempus alterat valorem rei. *Bart. in leg. In confirmando ff. de confir. tut.*

Tempus appositum in testamento non currit nisi scienti. *Leg.* 3 §. *Si quis haeredi ff. de Stat. liber.*, *leg. Si haereditas in princ. Cod. eod.*

Diuturnitas temporis operat praesumptio omnia solemniter acta. *Leg. Si filius Cod. de pet. haered.*, *leg. Qui aliena* §. *sed et si non adierit ff. de acquir haered.*

Tempus non est modus tollendae, vel inducendae obligationis. *Leg. Obligationum* §. *placet. ff. de action. et obligat.*, *leg. Si mandatu* 59 §. *ille ff. mandati*, §. *ait si ita stipuleris. Istit. de verb. obligat.*, *Gloss. verbo ordinem*, *in Cap. Cum ex officii* 16 *de praescript.*

Tempus legis qui non observat, non dicitur formam legis observare. *Leg. Observare* §. *posthac. ff. de offic. proconsul.*

Tempore eodem ubi aliquid fit, non datur prius, nec posterius. *Leg. Quidam in testamento ff. de pecul. legat.*

Qui non habet limitatum tempus, intelligitur in perpetuum. *Leg.* 33 *ff. de excusat. tutor.*

In testamentis temporis adjectio est pro haerede, in stipulationibus pro promissore. *Leg.* 17 *ff. de regul. jur.*

In stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus. *Leg.* 144 §. 1 *ff. de regul. jur.*

Tempus interpellat, et constituit in mora. *Leg. Si duo* 15 §. 4 *haec autem ff. de const. pecun.*

Tempus interpellat pro homine. *Leg. Dies cautioni* 5 §. 8 *ff. de damn. infect.*

Ex solo cursu temporis non praesumitur titulus. *Leg. Si emancipatum* 25 *Cod. de rei vindic.*

Longum tempus dicitur decennium. *Leg. Si eum ubi gloss. ff. si quis caut.*, *leg. De quibus. gloss. in verb. Inveterata ff. de legib.*

Quando tempus non adjicitur, praesens intelligitur. *Leg.* 14 *ff. de regul. jur*, *leg.* 41 §. 1 *ff. de verbor. oblig.*

Tempus conceptionis spectandum. *Leg. Emancipatum* §. 1 *ff. de Senatoribus.*

Tempus ipso jure non tollit actionem. *Leg. Si eum* §. *fin. ubi gloss. in verb. danda ff. si quis cautionib.*

Temporis cujusque initio, conditio spectanda est. *Leg. Pomponius* 16 *in pr. ff. de negot. gest.*

TERMINUS

Vid. *Dies — Tempus.*

Cessante causa termini, cessat terminus. *Leg. Final. ff. ad leg. falcid.*

Ultimus dies termini, totus debitori conceditur. §. *Omnis Istit. de verbor.. oblig.*

Terminus utilis differt a termino continuo. *Bald. in leg. Sive pars. in prin. Cod. de dilat.*

In termino utili non connumerantur dies feriati. *ibid.*

Terminus datus a lege dicitur utilis, ab homine vero continuus. *ibid.*

In continuo termino dies feriati connumerantur. *ibid.*

Quando lex obligat ad aliquem actum faciendum sine praefinitione termini, tunc tempus videtur collatum in arbitrio ipsius facere debentis. *Leg. Licet. Cod. de jur. delib, leg. Cum notissimi in pr. Cod. de praescr.* 30 *anno.*

Termini brevitas non vitiat contractum. *Leg. Insulam* §. *in operis. ff. locati.*

TERRITORIUM

Vid. *Judex — Jurisdictio.*

Extra territorium jusdicenti impune non paretur. *Leg. Extra territorium. ff. de jurisdict. omn. jud.*

TESTAMENTUM

Vid. *Aditio — Pater — Prodigus — Testator — Ultimus — Voluntas.*

Si unus de septem testibus defuerit, jure deficit testamentum. *Leg.* 12 *Cod. de testament.*

In dubio praesumitur pro testamento, nisi contra probetur. *Leg.* 11 *Cod. de probat.*

Testamentum cum interpretatur, debet fieri plenior interpretatio. *Leg. In testamentis ff. de reg. jur.*

Testamentum rumpitur per nativitatem posthumi. *Leg. Posthumus ff. de injusto, rupt. et irrit. testam.*

Testamenta debent esse libera, et spontanea. *Leg.* 1 *Cod. de sacr. sanct. ecles.*, §. *disponat. Auth. de nupt.*

Testamentum in quo filius in potestate est praeteritus, est nullum. *Leg. Inter caetera* 30 *ff. de injusto, rupto, et irrit.*

Testamentum metu factum, non valet. *Leg.* 2 *Cod. Si quis aliq. testam. prohib.*

Ultimum testamentum derogat quodcumque aliud praecedente. *Leg. Divus* §. *licet. ff. de jur. Codicill.*, *leg. Si mihi et tibi.* §. *in legatis ff. de legat.* 1, *leg. Hac consultissima* §. *Si quis antea Cod. de testament.*, *leg. Sancimus Cod. eod.*, *leg.* 4 *infin. ff. de adim. legat.*

Testamentum factum a surdo — muto a nativitate, nullum est. *Leg. Nutu.* 21 *ff. de legat* 3.

Quae in testamento ita sunt scripta, ut intelligi non possunt, perinde sunt, ac scripta nou essent. *Leg.* 73 §. 3 *ff. de regul. jur.*, *leg.* 2 *ff. de his quae pro non script.*

Testamentum in fraudem Ecclesiae non tenet. *Cap. Di his. de testamen.*

Testamentum imperfectum, nullum est. *Istit. Quib. mod. testam. infir.* §. *penult.*, *Gloss. in Cap.* 17 *de poenitent. dist.* 3 *vers. frustra.*

Testamentum in morte confirmatur. *Cap. Cum Marthae. de celebr. Miss.*

Testamentum condere non potest alienatus mente. *Cap. Ult. de success. ab intest.*

Testamentum contra jus Ecclesiae revocandum. *Cap. Quia ingredientibus. de testament.*

TESTATOR

Vid. *Legatum — Praeceptum — Testamentum — Voluntas.*

Quid senserit testator, spectandum est. *Leg. Ex facto* 35 §. 3 *ff. de haered. instituend.*; *leg. penult. ff. de legib.*

Ubi manifestissimus est sensus testatoris, verborum interpretatio nusquam tantum valeat, nt melior sensu existat. *Leg. Si quis* 3 *in fin. Cod. de liber. praeter.*

Testator potest ita legare rem haeredis, sicut propriam. *Leg. Haeredum Cod. de fideicommiss.*

Testatoris intentio ea creditur fuisse, quae a suis haeredibus fuit ita interpretata. *Leg. Si quis a filio* §. *Si quis plures ff. de legat.* 1, *leg. Gerit. ff. de acquir. haered.*

Testatoris vota observanda, ubi nec fraus, nec dolus intervenit. *Cap. Requisisti. de testament.*

Testatoris non omnis vox vim legis habet. *Leg. Cajus* 39 *ubi gloss. in verb. non obesse ff. de pignor. act.*

TESTATUS

Vid. *Miles.*

Testatus, et intestatus pro parte nemo esse potest. *Leg. Filius* 114 *ff. de legat. et fideicom.* 1, *leg. Haereditati* 19 §. *filius familias. ff. de castrens. pecul.*

Testato fieri dicitur, quod testibus praesentibus fit. *Leg. Merito* 1 §. 1 *jussu. ff. quod jussu.*

TESTIMONIUM

Vid. *Census — Inimicus — Mulier — Testamentum.*

Testis sibi contradicens, non valet. *Cap. Licet. de probat.*

Testes non requiruntur in notoriis. *Cap. Super eo. de testib. et attestat.*

Testes sunt compellendi, cum veritas aliter scire nequit. *Cap. Pervenit* 2 *de testib. et attest.*

Testes debent esse absque infamia, suspicione, et macula. *Cap.* 1 *de exception.*

Testium non multitudo, sed qualitas consideranda est. *Cap. In nostra. de testibus. et attest.*

Testium auctoritas, praefertur multitudini. *Cap. In nostra. de testibus, et attest.*

Testium multitudo effraenata prohibetur. *Cap. Causam. de de testib. et attestat.*

Testis semel in causa jurare debet. *Cap. Praeterea. de testib. et attestat.*

Testis unus ad condemnationem alicujus non sufficit, sed duo ad minus. *Cap. Veniens. de testibus, et attestat.*

Testes duo aequipollent tabellioni. *Cap.* 15 *Caus.* 16 *q.* 3 §. *Quod si praeses. ubi gloss. verb. subscripitione.*

Testis praesumitur nolle pejerare. *Cap.* 26 *Caus.* 2 *q.* 1 *ubi gloss. verb. arbitremur.*

Testis obscurus est suspectus. *Cap.* 3 *Caus.* 4 *q.* 2 et 3 §. *in testibus. ubi gloss. verb. simpliciter.*

Testis talis esse debet cui criminalis exceptio non possit opponi. *Cap.* 1 *de testib. et attestat.*

Testes perjurii, non admittuntur. *Cap. Sicut nobis. de testib. et attest.*

Testimonio unius, plus valet fama. *Cap. Super eo. de consang. et affin.*

Inter ascendentes, et descendentes testimonium regulariter non admittitur. *Leg. Parantes* 5 *Cod. de testib.*

Testium dignitas est consideranda. *Cap. Super hoc. de renunciat. vers. ad dignitatem.*

Testis de credulitate, non probat. *Leg.* 2 §. 8 *ff. de aqua et aq. pluv. arcend*, *leg. Testium Cod. de testibus.*

Testibus, idest dictis juratis, non testimoniis idest dictis non juratis, judicandum est. *Cap. Tua nos. De Cler. conj.*, *leg.* 3 §. *item Divus ff. de testib.*, *leg. Jusjurandi Cod. de testib.*

Variatio circa aliqua accessoria, et non in facto principale, non vitiat dictum testis. *Bart. in leg. Eos ff. de fals.*

Testibus sibi ipsis contrariis, non est credendum. *Leg. Cum* 9 *Cod. de liber. caus.*

Nemo est testis idoneus in causa propria. *Leg. Omnibus. Cod. de testib.*, *leg. Nullus ff. eod.*, *leg. Unic. Cod. Ne quis in sua causa etc.*

Testi non credatur nisi jurato. *Cap. Nuper nobis. de testib. et attestat.*

Testis non juratus non probat. *Leg. Jusjurandi. Cod. de testib.*, *Cap. Nuper. et Cap. Item jurisjurandi.* 4 *q.* 3, *Cap. Hortamur.* 3 *quaest.* 9.

Testis unicus non facit semiplenam probationem. *Leg. Etiam matris ff. de probat.*, *leg. Admonendi ff. de jurejur.*, *leg. In bonae fidei. Cod. eod.*

Testis falsus est non solum, qui mendacium dicit, sed etiam qui veritatem occultat. *Cap. Falsidicus. de Crimin. falsi.*

Tantum probant mille testes singulares, quantum unus. *Bald. in leg. Jusjurandi Cod. de testib.*, *Cap. Tam literis. extr. de testib.*

In testimonium non recipiuntur inimici capitales. *Cap. Licet Hely. de Simonia.*

Testes singulares non probant. *Cap. Bonae. de elect.*, *Cap. Cum dilectus eod. tit.*, *Cap. Licet causam*, *ubi gloss. per omnes, de probat.*, *leg. Ob carmen ff. de testib*, *leg. Qui falsa* §. *fin. ff. eod.*

Testis qui se offert, praesumitur suspectus, et repellitur. *Bar. in leg. Post legatum* §. *his vero ff. de his quib. ut indign.*

Infamis repillitur a testimonio. *Leg.* 1 *Cod. de Summ. Trinit.*, *Cap. Testimonium, extr. de testib.*

Testes singulares etiamsi essent mille, non probant. *Leg. Ob carmen. ff. de testibus, leg. Jusjurandi Cod. de testib; cap. Tam literis. extr. testib., cap. Bonae* 1 *de election.*

Testis in parte verus, et in parte falsus, in totum reputatur falsus. *Leg. Si ex falsis. Cod. de transact., Bald. in leg. Certi condictio* §. *quam ff. Si cert. pet.*

Testis inhabilis si rogatus a partibus, creditur. *Gloss. in* §. *Et licet in Auth. de testib. vers. etiam suppliciis., Bald. in leg. Parentes Cod. de testib.*

Testibus domesticis in subsidium uti licet. *Leg. Interdum* 16 §. 1 *ff. de publican.*

Testis non potest esse socius criminis ad probationem, sed ad praesumptionem. *Cap. Sicut nobis. de testib. et attest.*

Secundum testium dicta judicandum est, nisi parte adversa aliud probet. *Cap. Tertio loco. de probationib.*

Testimonio proprio resistere nimis indignum est. *Leg.* 13 *Cod. de non num. pecun.*

Subscribens se ut testis, non obligatur. *Leg. Mutuae pecuniae Cod. Si certum pet.*

Testis esse non potest domesticus. *Leg. Etiam Cod. de testib., leg.* 4 §. *illud sciendum gloss. Domestico ff. si quis caution.*

Foeminae testimonium in criminalibus, et contractibus admitti, secus in testamentis. *Leg. Ex eo ff. de test., leg. Qui testamento* §. *Mulier. ff. de testament. et qui testam. fac. etc.*

Testium dicta ad concordiam sunt reducenda. *Leg. item videndum* 20 *gloss. marg. ff. de petit. haered.*

Testis causa sui testimonii dicere debet. *Leg.* 8 §. *Ult. gloss. audiet. ff. de transact., leg. Solam* 3 *Cod. de testib.*

Post publicata dicta testium, et didicita testificata, non est amplius locus examini aliorum testium. *Nov.* 90 *Cap.* 9 §. 1, *Cap. Fraternitatis. de testib. et attest. in* 6.

Non ad testium multitudinem, sed ad sinceram testimoniorum fidem respici oportet. *Leg. Ob Carmen. ff. de testibus.*

Testium numerus refraenandus. *Leg.* 1 *in fin. ff. de testibus.*

Pater et filius testes simul adhiberi possunt. *Leg.* 22. *ff. Qui test. fac. poss., et leg.* 17 *ff. de testib.*

Testes absentes possunt cogi venire ad testificandum etiam in causa civili. *Leg. Si quando* 15 *Cod. de testib.*

Invitus ad testimonium cogitur. *Leg. Ult. Cod. de fid. instrum.*

Testes debent esse liberi. *Leg. Quoniam* 10 *Cod. de testib.*

Nullus idoneus testis in re sua. *Leg.* 10 *ff. de testibus, leg.* 9 *Cod. eod.*

Vir malae famae repellitur a testimonio. *Leg.* 3 *in pr ff. de testib.*

Qui producunt testes, debent eis dare impendia. *Leg. Quoniam* 10 *Cod. de testib.*

Testes semel producti, non possunt a producente reprobari. *Leg. Si quis testibus, et ibi gloss. Cod. de testibus.*

Testis examinatus parte non citata, non probat. *Leg. Si quando Cod. de testib., leg. Judice ff. de fid. instrum., leg. Generaliter* §. *iisdem Cod. de reb. cred.*

Testis unus inducit praesumptionem. *Leg. Admonendi* 31 *gloss. in verb. exacto ff. de jurejur.*

Testium numerus supplet defectum in causa. *Leg.* 3 §. *iisdem ff. de testib.*

Domestica testimonia, reppelluntur. *Leg. Etiam* 2 *Cod. de testib.*

Familiares repelluntur a testimonio. *Leg.* 2 *Cod. de testib., leg. Idonei, et leg. Testes ff. eod.*

Dictum testis sine redditione causae, non probat. *Leg. Solam* 3 *Cod. de testib., leg.* 8 §. *ult. gloss. audiet. ff. de transact.*

Judaeus non potest esse testis contra Christianum. *Leg. Quam multi. Cod. de haeret., Clem.* 1 *de Judaeis, Cap. Judaeis, de testib.*

Testis fidem auget dignitas. *Leg.* 4 *gloss. dignitas ff. de testib.*

In ore duorum, vel trium stat omne verbum. *Leg. Ubi numerus ff. de testib., Cap. In omni negotio, extr. de testib., et Cap. Licet. eod. tit.*

Testis minus legitimus, in odiosa exceptione admittitur. *Cap. Tam literis. de testib. et attestat.*

Testibus plus creditur quam instrumenta. *Leg. Illicitas* §. *veritas ubi gloss. in verbo veritas ff. de offic. Praesid.*

Testibus potiores sunt libri censuales. *Leg. Census in fin. ff. de probationib.*

THESAURUS

Vid. *Venditor.*

TIMERE — TIMOR

Vani timoris nulla aestimatio est. *Leg. Si quis ab alio ff. de re judic.*

Vani timoris justa excusatio non est. *Leg.* 184 *ff. de regul. jur.*

Metus ad hoc ut operetur debet esse talis qui cadat in constantem virum. *Leg.* 3 §. *metum ff. Quod. met. caus., leg. Interpositas. Cod. de transact.*

Metu mulieris debet esse talis, qui cadat in constantem mulierem. *Gloss. in Cap. Cum locum, extr. de sponsal.*

Timere vile est. *Leg. Nulli* 2 *Cod. de agent. in reb.*

Timor justus excusat. *Leg. Habitatores* 27 §. 1 *ff. locat. conduct.*

TOLERANTIA

Tolerantia cum taciturnitate inducit consensum. *Leg. Filius Cod. de petit. haered, leg. Qui in aliena §. Quod si. ff. de acquir. haered., Innocent. in Cap. Illud. de praesumpt.*

TOTUM

Vid. *Legatum — Pars — Praesumere — Vindicare — Vitiare.*

Totius ad partem ratio eadem non est. *Leg. Sed et si §. adeo ff. de petit. haered., leg. Ex mille* 64 *ubi gloss. in verbo damnum ff. de evictionib.*

Quod licet in toto quoad totum, licet in parte quoad partem. *Leg. Jurisgentium §. adeo ff. de pactis, leg. Quae de tota ff. de rei vindicat., leg. Qui scit, gloss. quemadmodum ff. de usuris.*

Qui totum dicit, nihil excludit. *Leg. Paenales §. fin. ff. ad leg. Falcid.*

Vitiato toto, vitiatur et quaelibet ejus pars. *Leg. Si nemo ff. de testam. tutel.*

Idem juris est de parte ad partem, quod de toto ad totum. *Leg. Quae de tota ff. de rei vindic.*

Totum continet singnlas partes, qnia in integrali toto, comprehenditur quaelibet ejns pars. *Leg.* 1 §. *Si stipulanti ff. de verb. obl.*, *leg. Si alii ff. de usufr. legat.*, *leg. In eo quod plus.* 111, *et leg. In toto* 114 *ff. de regul. jur.*, *Cap. Plus* 35, *et Cap. In toto* 80 *de regul. jur. in* 6.

In toto partem non est dnbium contineri. *Reg.* 80 *de reg. jur. in* 6.

Pars cedit toti. *Leg. In rem* 24 §. *sed et id. ff. de rei vendicat.*

Qui promisit non petere totum, removetnr a patitione cujuslibet partis ejus. *Leg. Si unus* 27 §. *Item si pactus. ff. de pactis*

Totum qui dicit, nihil excipit. *Leg. Julianus ff. de legib.*

TRACTARE — TRACTATUS

Vid. *Conclusio — Contractus — Dicere — Facere*

Multa tractantur, quae non perficiuntnr. *Leg. Si voluntate Cod. de rescind. vend.*

TRADERE — TRADITIO

Vid. *Dominium — Res — Signatio — Venditio*

Paria sunt rem non tradi, vel traditam evinci. *Leg. Emptorem* §. 1 *ff. de act. empt.*

Traditio non transfert dominium. *Lεg.* 31 *ff. de acquir. rer. dom.*

Traditionibns, non nndis pactis, rerum dominia transferuntur. *Leg. Traditionibus. Cod. de pactis.*

Ille est potior in dominio cui res prius traditur. *Leg. Quoties* 15 *Cod. de rei vind.*

Traditnm non dicitur quod avocari potest. *Leg. Datio* 3 *ubi gloss. in verb. non intelligatur. ff. de actionib. empt.*

Traditionem non recipiuntnr incorporalia. *Leg. Datio* 3 §. *si iter*, *gloss. nulla est. ff. de action. empt.*

TRANSACTIO — TRANSIGERE

Vid. *Concordia — Pater*

Super judicato, transactionem non valere. *Leg. Si causa. Cod. de transaction*·

Super futuris alimentis transactio non valet sine decreto Judicis. *Leg. De alimentis. Cod. de transact.*, *leg. Cum hi* 8 *ff. de transaction.*

Transactio super alimentis simpliciter facta, non porrigitur ad habitationem, et vestiarium. *Leg. Cum hi* 8 §. *qui transigit. ff. de transaction.*

Transactio locum non habet in matrimonio. *Cap. Ex parte de transactionib.*

Transactio super sententia non valet nisi sententia revocetur in dubium. *Leg. Post rem* 11 *ff. de transact.*, *leg. Jurisgentium* §. *si paciscar. ubi gloss. in verbo si paciscar. ff. de pactis.*

Transactio de rebus testamento comprehensis non valet ante tabulas testamenti apertas. *Leg. Cum* 13 *Cod. de reb. cred.*

Transactio debet fieri de re dubia. *Leg. Qui transigit* 1 *ff. de transact.*, *leg. Fideicommisso* 11 *Cod. eod.*

Transactionis exceptio impedit litis ingressum. *Leg. Eleganter* §. *si quis ff. de condict. indeb.*

Transactio facta per dolum super dolo valet. *Leg. Actione Cod. eod.*

Post rem judicatam transactio valet, si vel appellatio intercesserit, vel appellari potuerit. *Leg.* 7 *ff. de transactionib.*

Transactio non porrigitur ad ea de quibus non est cogitatum. *Leg. Qui cum* 9 §. *Transactio ff. de transaction.*

Transigens in delictis, pro confesso habetur. *Leg. Transigere* 18 *Cod. de transactionib.*

Transigens post appellationem, renuntiasse appellationi intelligitur. *Leg. Tale pactum* 40 §. 1 *ff. de pactis.*

Transactio non potest fieri super certo. *Leg.* 1 *ff. de transaction.*, *Cap. Exposita de arbitris, ubi gloss. verbo. cum parte etc.*

TRANSPOSITIO

Verborum traspositio, dispositionem non vitiat. *Leg. Quidam Testam. ff. de pecul. legat.*

In fideicommisso non detrahitur trebellianica, nisi a fide commissario primi gradus. *Leg.* 1 §. *de illo*, *et* §. *sed et quoties*, *leg. Ex asse* 28 *ff. ad S. C. Trebellian.*

Trebellianica non detrahitur ab eo, si testator prohibuit. *Leg. Marcellus* 3 *ff. ad S. C. Trebell.*

Trebellianica non detrahitur de legatis ad pias causas. *Auth. Similiter Cod. ad leg. Falcid.*

TURBA

Plures quam decem, vel quindecim faciunt turbam. *Leg. Praetor ait.* 4 §. 1 *ff. de vi bon. rapt.*

TURPIS — TURPITER — TURPITUDO

Vid. *Causa — Factum — Obligatio — Quaestus — Repetere — Reus.*

Turpia, vel contraria allegantes merito repelli. *Leg.* 1 *Cod. de furtis*; *leg. Transactione Cod. de transaction.*, *Cap. Inter dilectos. de donation.*

Alleganti suam turpitudinem, nulla cum alterius praejudicio debetur fides. *Cap. Officii* 9 *et ibi gloss. de poenit. et remiss.*

Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes. *Cap. Quemadmodum* 25 *de jurejur*; *Gloss. in verbo ad inopiam in Cap. Vestras*, *de donat. int. vir. et uxor.*

Non licet filio allegare turpitudinem patris. *Leg. Filios* 4 *Cod. de revoc. iis quae in fraud.*

Haeres non auditur allegans turpitudinem defuncti. *Leg.* 4 *ubi gloss. in verb. Filios. Cod. eod.*

Promissum ex causa turpi non potest peti. *Leg.* 1, *leg.* 4, *et leg.* 5 *Cod. de condit. ob turp. caus.*

Turpe datum, non repetitur. *Leg.* 2 *Cod. de cond. ob turp. caus.*

Turpis quaestus non praesumitur in foemina matrimonio juncta. *Leg. Quintus Mutius* 52 *in fin. ff. de donat. int. vir. et uxor.*

Turpis rei nullum mandatum est. *Leg. Si remunerandi* §. *si passus*, *et leg. Si Mandavero* §. *qui aedem ff. Mandat.*

Turpiter accipere dicitur, quidquid capit ut faciat, quod gratis facere tenetur. *Leg. Jurisgentium* 7 §. *si ut maleficium ff. de pactis, leg. Vestimenta ff. de condit. ob turp. caus.*

Turpiter viventibus paupertatis obtentum, ignoscendnm non est. *Leg. Palam* §. *non est. ff. de ritu nuptiar.*

Turpitndo adest, si abest dignitas. *Leg. Avus* 82 *ubi gloss. in verb. turpitudine ff. de jur. dot., leg. Nepos ff. de verbor. signific.*

Turpitudinem repetenti recipiens objcere non potest. *Leg. Si rem.* 19 *in fin. ubi gloss. in verb. si inhonesta ff. de praescriptis verb.*

TUTELA — TUTOR

Vid. *Caecus — Curator — Dolus — Excusatio — Mater — Mulier — Relictum — Septuagenarius.*

Bona tutoris sunt tacite obligata pupillo. *Leg. Pro officio* 20 *Cod. de administr. tutor.*

Durante administratione, tutor non cogitur reddere rationes. *Leg. Rationes* 14 *Cod. de administr. tutor, leg.* 13 *ff. de administr. et peric. tut., leg.* 16 *ff. de tutel. et ration. distrahen.*

Tutor unius provinciae, non tenetur de facto tutoris alterius provinciae. *Leg. Ad eos* 2 *Cod. de pericul. tutor. et curat., leg.* 1 *et* 2 *Cod. de divid. tutel.*

Tutor non tenetur de casu fortuito. *Leg. Tutorib.* 4 *Cod. de peric. tutor., leg.* 51 *ff. de admin. et pericul. tut.*

Tutela finita, finitur periculum administrationis. *Leg. Temporis.* 6 *Cod. de divid. tutel.*

Non inopia, sed fraus et segnities, tutorem reddunt suspectum. *Leg. In postulandis* 5 *Cod. de suspect. tutor. vel curat.*

Pendente causa suspecti, debet tutori administratio interdici. *Leg. Eum* 7 *Cod. de suspect. tutor. et curat.*

Tutor datus sciens, et non se excusat, tenetur. *Leg. Tutor* 19 *Cod. de admin. tutor.*

Tutor sine decreto judicis, bona pupilli alienare non potest. *Leg. Non* 16, *et leg. Lex* 22 *Cod. de administr. tutor.*

Tutor qui servat non servanda, tenetur de periculo casus fortuiti. *Leg. Si res* 3 *Cod. de pericul. tutor. et curat.*

Tutor remotus ob dolum est infamis, non ob culpam. *Leg. Suspectos* 9 *Cod. de suspect. tutor. et Curat.*

Actione tutelae non praescribitur longo tempore. *Leg. Tutores* 8 *Cod. de arbitr. tutel.*

Tutelae actio tam haeredibus, quam etiam contra successores competit. *Leg. Tutelae* 12 *Cod. eod.*

Tutor in tutela divisa non tenetur ex facto contutoris. *Leg.* 1 *Cod. de divid. tutel.*

De non gesto a tutore tenetur ejus haeres. *Leg.* 2 *Cod. de haeredib. tutor.*

Haeres tutoris tenetur de a tutore neglectis. *Leg.* 3 *et* 4 *Cod. eod.*

Durante tutela, non potest agi actione tutelae. *Leg.* 13 *ff. de admin. et peric. tut. etc.*

Pupillus non potest cassare tutorem. *Leg.* 2 *Cod. Quando tut. vel curat.*

A tutela non excusatur spado. *Leg.* 1, *et leg.* 2 *Cod. de excusat. tutor.*

Monoculus non excusatur a tutela. *Leg. Frater* 9 *Cod. eod.*

Muto potest dari tutor, qui ei poterit auctorari. *Leg. Muto* 6 *ff. de tutel.*

Tutela non transit ad haeredes. *Leg. Tutela* 16 *ff. de tutelis.*, *leg.* 46 *ff. fam. ercisc.*

In tutelam attenditur novissimam scripturam. *Leg.* 10 §. *In tutelis ff. de testam. tutel.*

Tutor personae, non rei, vel causae datur. *Leg.* 12, 13, *et* 14 *ff. de testam. tutel.*

Qui se a tutela excusat, perdit quod sibi, suisque est ea contemplatione relictum. *Leg. Qui tutelam* 28 *ff. eod.*

Tutor habetur pro domino. *Leg. Tutor* 28 *ff. de admin. et peric. tut.*, *leg.* 18 §. 1 *ff. de appell.*

Incertitudo personae cui datur tutor, vitiat dationem. *Leg.* 30 *ff. de testam. tutel.*

Si idoneus curator in Civitate non reperitur, requiritur in in circumstantibus Civitatibus. *Leg.* 34 *ff. de tut. et curat. dat. ab his.*

Tutor pupillum defendere debet. *Leg. Tutoris.* 31 *ff. de admin. et peric. tut.*

Tutori non imputatur damnum absque sua culpa contingens. *Leg.* 33 §. *Modestinus ff. de administr. et peric. tut.*

Tutor tenetur facere illud quod diligens pater familias facturus esset. *Leg. A tutoribus* 34 *ff. de adm. et peric. tut.*

Tutores tenentur in solidum. *Leg.* 40 §. *Curatores, leg.* 47 §. *Sempronii, et leg.* 52 *ff. de admin. et peric. tut.*

Non imputatur tutori si impeditus non auctoratur. *Leg. Tutor* 10 *ff. de author. et consens. tut.*

Una voce potest tutor interponi auctoritas diversis actibus. *Leg. Accipientis* 15 *ff. eod.*

Tutores plures unius pupilli, unius tutoris loco habentur. *Leg. Si quis* 6 §. 1 *ff. de edendo*

Quod tutor acquirit ex pecunia pupilli, efficitur pupilli. *Leg. Si tutor* 2 *ff. quand. ex fact. tutor.*

Ob facta atrocia tutor removetur. *Leg.* 1 §. *fin ff. de suspect. tutor.*

Tutor potest accusare contutorem suspectum. *Leg.* 3 *ff. de suspect. tutor.*

Tutor removetur ob dolum in tutela commissum. *Leg.* 3 §. *nunc. ff. de suspect. tutor.*

Propter inimicitias cum pupillo, vel cum parentibus, removetur tutor ut suspectus. *Leg.* 3 §. *Si tutor. ff. de suspect. tutor.*

Tutor potest removeri propter latam culpam. *Leg.* 7 §. *Si non ff. de suspect. tutor.*

Suspectus dicitur tutor ex moribus, non ex divitiarum defectu. *Leg.* 8 *ff. de suspect. tutor.*

Pater cogitur se obligare pro filio tutore. *Leg. Nihil.* 12 §. *Imperator. ff. de suspect. tutor., leg.* 18 §. *Imperator. ff. de excus. tutor.*

Tria onera tutelarum dant excusationem. *Leg.* 3 *ff. de excus. tut. etc.*

Tres habentes tutelas, ad quartam non vocari. *Leg.* 4 *et leg.* 5 *ff. eod.*

Capitales inimicitiae liberant a tutela. *Leg.* 8 §. *dat remissionem ff. eod.*

Illiterati non excusantur a tutela. *Leg.* 8 §. *de rusticis. ff. eod.*

Paupertas tutoris, dat excusationem. *Leg. Paupertas* 9 *ff. eod.*

Infirmitas tutoris non in perpetuum, sed ad tempus excusat. *Leg.* 13 *et* 14 *ff. eod.*

Tutor exigere a seipso debet. *Leg. Tutor* 69 *ff. de fidejussor.*

Tutor quasi dominus. *Leg. Cum in* 18 §. 1 *ff. de appellation.*, *leg. Tutor* 38 *ff. de admin. et peric. tut.*

Tutor potest refutare administrationem earum, quae in alia provincia sunt. *Leg.* 12 §. *Et qui ff. de excus. tutor.*

Magistratus a tutela excusatur. *Leg.* 17 §. *Si civitatis. et leg.* 20 *ff. eod.*

Filius familias potest esse tutor. *Leg. Nihil.* 12 §. *Imperator. ff. de suspect. tut.*, *leg.* 18 §. *Imperator. ff. de excusat. tut.*

Tutor habens litem cum pupillo excusatur. *Leg.* 23 *ff. de excusat. tut.*

Perpetuus morbus liberat a tutela. *Leg. Post.* 43 *ff. eod.*

Tutor tenetur de gestis, ac neglectis. *Leg.* 1 *ff. de tutel. et ration. distrahen.*

Tutori condemnato pro contutore, debent cedi actiones a pupillo contra tutorem. *Leg.* 1 §. *non tantum ff. eod.*

Nisi finita tutela sit, tutelae agi non potest. *Leg.* 4 *ff. eod.*

Pater non tenetur de dolo filii tutoris, quem commisit postquam emancipatus est. *Leg. Si filius* 6, *et leg. Si filius* 11 *ff. eod.*

Tutor pupillos egentes, de suo alere non tenetur. *Leg.* 3 §. *Sed si ff. ubi pupill. educar. vel morar.*

Si tutor pro pupillo se obligavit, habet contrariam tutelae actionem, et antequam solvat. *Leg. Ult. ff. de contrar. tutel. act.*

Qui pro tutore negotia gerit, eam fidem, et diligentiam praestabit, quam tutor praestaret. *Leg.* 4 *ff. de eo qui pro tutor.*

Ubi successionis est emolumentum, ibi et tutelae onus esse debet. *Leg.* 74 *ff. de reg. jur.*, §. *unic. Instit. de legit. patr. tut.*

Tutor emere non potest res pupilli. *Leg.* 3, *et leg.* 4 §. 7 *ff. de contrahen. empt.*

Tutela testamentaria escludit legitimam. *Leg. Quem* 1 *Cod. de testam. tut.*

Tutelam acceptam paucissimi deserere possunt. *Leg. Nec illae* 16 *ff. de tut. et curat. dat.*

Tutor finita tutela tantum conveniri potest. *Leg. Non* 3 *ff. rem pupill.*, *vel adolesc. salv. for.*

Tutores simpliciter dati, in solidum dati intelliguntur. *Leg. Pluribus* 32 *ff. de procuratorib.*

Relictum a tutore, intelligitur relictum a pupillo. *Leg. Etiam. Cod. de fideicommis.*

Tutorem habenti, tutore dari non posse, curatorem vero curatori facile adjungi. *Leg. Ventri in fin. ff. de tutor. et Curat.*, *leg. Idem ff. de testam. tutel.*, §. *Interdum. Istit. de Curat.*

Tutoris interventu, non excludit beneficium restitutionis. *Leg.* 2 *Cod. Si tut. vel curat.*

Foeminae tutores dari non possunt. *Leg. Ult. ff. de tutel.*

Legitima tutela, semper testamentariae cedit. *Leg.* 9 §. 1 *ff. de tut. et rat.*, *leg.* 3 *Cod. de testam. tutel.*

In rem suam auctorem tutorem fieri non posse. *Leg.* 1 *ff. de auctor. et cons.*

Nulla differentia est, num interveniat auctoritas tutoris, an perperam adhibeatur. *Leg.* 2 *ff. de auct. et consens.*

Dolus tutoris puero neque nocere, neque prodesse debet. *Leg.* 3 *ff. qui ex fact. tutor.*

Dolus protutoris pupillo non nocet. *Leg.* 4 §. 24 *ff. de dol. mal. except.*

Actio quod falso tutore haeredibus competit, non in haeredes. *Leg.* 9 §. 1 *ff. quod. fals. tut.*

Haeres tutoris, tutor non est. *Leg.* 1 *ff. de fidejuss.*, *et nom. haered. tut. etc.*

Agnatus si est creditor pupilli, nequit esse ejus tutor. *Auth. Minoris debitor. Cod. Qui test. tutor. dar. poss.*

Tutor non potest pro se rem pupilli obligare. *Leg. Si in rem* 7 *Cod. si alien. res pign. dat.*

Tutor tenetur etiam de negligentia. *Leg.* 6 *Cod. de testam. tutel.*, *leg.* 16 *ff. de admin. et pericul. tut.*

Tutor in bona causa tenetur appellare, et prosequi. *Leg.* 11 *Cod. de administr. tutor.*

Tutor agens pro pupillo, non tenetur cavere de rato. *Leg.* 13 *Cod. eod.*

Tutor non potest prorogare tempus debitori pupilli praefixum. *Leg. Qui Romae* §. *Callimachus ff. de verb. oblig.*

Judex se tutorem dare non potest. *Leg. Praetor ff. de tutor. et curat.*

Nemo potest dare tutorem testamento nisi liberis, qui sui sint, et posthumis suis. *Leg.* 1 *ff. de testam. tutel.*, *leg.* 73 §. 1 *ff. de reg. jur.*

Tutela jure patriae potestatis testamento mandatur. *Leg. Impuberi ff. de admin. tutor.*

Mater filio tutorem dare non potest. *Leg. Peto. §. Mater. ff. de legat.* 2, *leg. Ult. ff. de tutel.*
Tutor dativus praefertur legitimo. *Leg.* 89 *ff. de Reg. jur.*, *leg. Si quis sub conditione ff. de testam. tutel.*, *leg.* 9 *ff. de tut. et rat. distrah.*
Tutoris auctoritas diem, vel conditionem non recipit. *Leg. Et si* 8 *ff. de auct. tut.*
Tutores loco domini habentur. *Leg. Sequitur* 4 §. 10 *ff. de usucap.*, *leg.* 18 §. 1 *ff. de appellat.*
Pluribus tutoribus datis, unius auctoritas sufficit. *Leg.* 4, *et leg.* 5 *in pr. ff. de aut. et cons. tutor.*
Tutor non compellitur alere pupillos egenos. *Leg.* 4 §. *Ult. ff. ubi pupill. educ. etc.*
Tutor defendi debet in loco ubi administravit. *Leg.* 54 *in fin. ff. de procuratorib.*

ULTIMUS

Vid. *Voluntas.*
Ultimum terribilium mors. *Leg. Ultimum ff. de poenis.*
Ultima derogant primis. *Leg. Pacta novissima Cod. de pact.*, *leg. Si mihi.* §. *In legat. ff. de legat.* 1.
Ultima opinio, in dubio censetur approbata. *Leg. Qui filium* §. *Sabinus ubi Gloss. ff. ad S. C. Trebell.*
Ultimum verbum praevalet. *Leg. Stichus, imo Pamphilus ff. de manumiss. testam.*
Ultima mora nocet. *Leg. Illud. ff. de pericul. et commod. rei vend.*
Ultimo substituens, caeteros onerasse non intelligitur. *Leg. Vel singulis ff. de vulg. et pupill. subst.*
Ultimus dies termini, totus debitori conceditur. §. *Omnis. Istit. de verb. oblig.*
Ultimus solvens, solutum repetit. *Leg. Cum duo ff. de condict. indeb.*
Ultima prioribus derogare. *Leg. Pacta novissima Cod. de pactis.*
Ultimam dispositionem, et primum contractum praevalere. *Leg.* 4 *ff. de adim. legat.*, *leg.* 4 *Cod. Qui pot. in pign. hab. etc.*, *leg.* 5 *Cod. famil. ercisc.*
Ultimus est is, quem nemo sequitur. *Leg.* 2 §. 4 *ff. de suis et legit. haered.*
Ultima pacta servanda. *Leg. Emptor ff. de pactis.*

UNITAS

Vid. *Unus.*
Unitas non est numerus, sed principium numeri. *Leg. Si quis* 10 §. 2 *ff. de acquir. possess.*

UNITUS

Unitorum idem est judicium. *Leg. Qui patri. ff. de acquir. haered.*
Plura simul unita pro uno reputantur. *Leg. Sed si plures*, §. *filio ff. de vulg. et pupill.*
Virtus unita fortior est separatae. *Leg. Si autem in fin. ff. de aqua pluv. arcen., leg. Qui patri ff. de acquir. haered.*
Unitae res aestimandae sunt, non divisae. *Leg. Moevius* 53 §. *final. ff. famil. erciscund.*

UNIVERSALIS — UNIVERSITAS — UNIVERSUS

Vid. *Collegium — Indefinitus.*
Quod sumitur ab universo, si in uno deficiat, in totum corruit. *Leg. Si is qui ducenta* §. *utrum ff. de reb. dub.*
Multa transeunt in universo, quae singulariter non transirent. *Leg. Quaedam ff. de acquir. rer. domin.*
Universitas non convenitur actione doli. *Leg. Sed et ex.* 16 §. *sed an. ff. de dolo mal.*
Universitas non facile dolum committit. *Leg. Sed et ex.* 16 §. *sed an. ff. eod.*
Universitas similis est pupillo. *Leg.* 1 §. *quod si*, *gloss. in verbo. proconsul ff. quod cujusq. univers.*
Universitatis nomen retinet unus. *Leg. Sicut in fine ff. eod.*
Universalis falsa in uno, falsa est in toto. *Leg. Si necessarias.* §. *si annua ff. de pignorat. act.*

UNUS

Vid. *Collegium — Plus — Ratio — Testis — Unitas — Vox.*
Plures vincunt unam. *Leg. Nam et.* 15 *gloss. in verb. tamen. ff. de inoffic. testam.*
Qui unum de duobus fecit, nihil fecisse videtur. *Leg. Qui duos.* 4 *ff. de in jus vocati ut caut.*
Unus commodius quam plures rem expedit. *Leg.* 2 §. *deinde quia*, *ubi gloss. in verb. difficilius ff. de origin. juris.*

Ubi duo propter unum, ibi unum tantum. *Leg. Quominus ff. de flumin.*
Contrahens cum uno, non debet distingui in plures adversarios. *Leg. Et ancillarum* 28 §. *si quis ff. de peculio.*
Unus homo duorum vicem ut sustineat, difficile est. *Leg. Si plures* 9 §. *nec non ff. de pactis.*
Unus facere non potest, quod a pluribus fieri debet. *Leg. Sicuti* 21 *ubi gloss. in verb. omnes ff. de recept. arbitr.*
Una ratio saepe vincit duas. *Leg. Nam et* 15 *ubi gloss. in verb. tamen. ff. de inoffic. testam.*

USUCAPERE — USUCAPIO

Vid. *Praescriptio — Res.*
Usucapio aequiparatur pacto. *Leg.* 1 *Cod. de servit. et acq.*
Usucapio vim pacti habere dicitur. *Leg. Alienationis ff. de verb. sign.*
Usucapio currit adversus nascituros. *Leg. Etiam ei ff. de minor.*
Qui in servitute est, usucapere non potest. *Leg.* 118 *ff. de reg. jur.*
Usucapere per alterius possessionem possumus. *Leg. Pomponius* 13 §. 7 *ff. de acquir. poss.*
Usucapio est effectus possessionis. *Leg. Sive possidetis. ff. de usucap. et usurp.*
Ne rerum dominia diu, et fere semper incerta essent, usucapio introducta est. *Instit. de usucap. et usurpat. in princ.*
In odium negligentium, venit usucapio. *ibid.*
Usucapio non incipit contra pupillum. *Leg. Etiam ei* 46 *ubi gloss. in verb. Amisit ff. de minorib.*
Usucapienti non nocet mala fides superveniens. *Leg. Julia* 17 §. *sed qui dicit. gloss. in verb. contestatam ff. de rei vendicat.*
Bona fides defectu usucapionem non interrumpi, secus possessionis. *Leg. Naturaliter*, *et leg. Si is qui pro emptore* §. *Si quis bona fide ff. de usucap.*, *leg. Unic.* §. *Illo procul dubio. Cod. de usucap. trasform.*, *et de subl. diff.*
Civili possessioni usucapionem contingere, non naturali. *Leg.* 1. §. *per servum ff. de acquir. poss.*, *leg.* 3 §. *ex contrario ff. eod.*

Res fiscales usucapi non posse. *Leg.* 2 *Cod. Commun. de usucap.*
Sine possessione usucapio non procedit. *Leg. Sine ff. de usucapion.*
Usucapere possum quod auctor meus usucapere non potuit. *Leg.* 5 *ff. de divers. temp.*
Possessio sine possessione usucapere non potest. *Leg.* 25 *ff. de usucapion. etc.*
Res incorporales non usucapiuntur. *Leg.* 43 §. 1 *ff. de acquir. rer. dom.*
Res mobiles continuo triennio usucapiuntur. *Leg. Unica. Cod. de usuc. transfor.*

USUFRUCTUARIUS — USUSFRUCTUS

Vid. *Divisio — Dominus — Fructuarius — Mutare — Praescriptio — Usus.*
Ususfructus sine persona esse non potest. *Leg.* 26 *ff. de stipul. servor.*
Ususfructus non dominii pars est, sed servitutis. *Leg.* 25 *ff. de verbor. signif.* , *Istit. de legatis.* §. *Si cui.*
Usufructuarius omnium bonorum tenetur solvere debita haereditatis. *Bart. in leg. fin. ff. de usufruct.*
Ususfructus, sine temporis praefixione Eclesiae, vel Communitati relictus, durat centum annos. *Leg. An ususfructus. ff. de usufruct.*
Ususfructus ad haeredem non transmittitur. *Leg. Et nomen* 1 *Cod. de caduc. tollen.*
Ususfructus non transit ad successores etiam universales. *Leg. Hinc.* 5 *ff. usufr. quemad. cav.*
Modica impensa spectat ad fructuarium, magna ad proprietarium. *Leg. Eum* 7 *Cod. de usufr. et hab.*
Usufructuarius tenetur ad solvendum collectas, et alias praestationes. *Leg.* 28 *ff. de usu, et usufr. legat.*
Usufructuarius non possidet. *Leg. Sciendum* §. *possessor. ff. qui satisd. cog.*

USURA

Vid. *Compensatio — Emptor — Fructus — Solutio.*
Non currunt usurae si creditor est in mora recipiendi. *Leg.* 122 §. *Seja ff. de verb. oblig.*

Litis contestatio, cursum usurarum non impedit. *Leg. Cum* 90 *ff. de verb. obligat.*

In bonae fidei contractibus ex mora usurae debentur. *Leg.* 32 §. 2 *ff. de usur. et fruct.*

Qui in futurum usuras accepit, tacite pactus videtur, ne intra id tempus sortem petat. *Leg.* 57 *ff. de pactis, leg.* 2 §. 9 *ff. de dol. except.*

Sorte soluta, usurae non praestantur. *Leg.* 49 §. 1 *ff. de Usur. et fructib., leg.* 18 *Cod. de usur.*

Usurarum crimen difficilis dicitur esse probationis. *Leg. Consensus* §. *servus. Cod. de repud. etc.*

In conditione ob turpem causam, non veniunt usurae. *Leg.* 4 *Cod. de cond. ob. turp. caus.*

Emptor tenetur venditori ad usuras pretii non numerati. *Leg.* 2 *Cod. de usuris.*

Usurae ultra licitum modum, non debentur. *Leg. Pretii.* 9 *Cod. Mandati.*

Ubi praecedit oblatio, cessant usurae. *Leg. Si creditrici* 6 *et leg. Ex praediis* 11 *Cod. de usuris.*

Ex praestatione usurarum, non praesumitur promissio earum. *Leg. Creditor.* 7 *Cod. eod.*

Usurae indebitae extenuant sortem. *Leg. Ex praediis* 11, *et leg.* 18 *Cod. de usuris.*

Usura usurarum non potest exigi. *Leg. fin. Cod. de usuris.*

Usura usurae non debetur. *Leg. Lecta* 40 *ubi gloss. in verb. ex omni ff. de reb. credit, leg. Neque* 15 *ff. de usuris.*

Usura non tollit per periculi susceptionem. *Cap. Naviganti. de usuris.*

Repetens usuras non auditur nisi restituat extortas. *Cap. Quia frustra, et Cap. Michael. de usuris.*

Usura accedit sorti. *Leg. Usurae* 34 *ubi gloss. ff. de usuris.*

Usurae modus esse debet, ne legem offendat. *Leg.* 1 *ff. de usuris.*

Usurae constituuntur ex more regionis ubi contractum est. *Leg.* 1. *ff. de usuris.*

USUS — UTI

Vid. *Beneficium — Injuria — Privilegium — Ususfructus.*

Utens re destinata ad usum suum, non est in culpa si perierit. *Leg. Arboribus.* §. *Navis. ff. de usufruct.*

Qui utitur jure suo, nemini facit injuriam. *Cap. Cum Eclesia. de elect.*, *leg. Injuriarum* §. 1 *ff. de injur.*

Usus sine utilitate esse non potest. *Leg. Hinc.* 5 *ff. de usufr. quem. cav.*

Is qui in jus succedit alterius, eo jure quo ille uti debebit. *Reg.* 46 *de reg. jur. in* 6.

Semel Deo dicatum, non est ad usus humanos ulterius trasferendum. *Reg.* 51 *de reg. jur. in* 6.

Expedit Reipublicae, ne sua re quis male utatur. §. 2 *Inst. de his qui vel alien. jur.*

Matrimonii favore usum extendimus. *Leg. Caeterum* 4 *ff. de usu*, *et habitat.*

Ea quae sunt in usu, non habentur in fructibus. *Leg. Cum in rem* 64 *ff. dei rei vindicat.*

UTILIS — UTILITAS — UTILITER

Vid. *Abundare — Habere.*

Pubblicam utilitatem privatorum commodum praeferendam. *Auth. Res. quae Cod. Commun. de legat.*, *leg. Opus* 3 *ff. de oper. publ.*, *leg. Munerum* 18 *ff. de mun. et honor.*

Utile per inutile non vitiatur. *Leg.* 1 §. 1 *ff. de verb. oblig*, *leg. Paedius ff. de recept. arb.*, *leg.* 38 *et* 39 *ff. de legat.* 2, *leg.* 1 §. *item quaeritur ff. de aqua quot. et aestiv.*, *leg. Qui testam ff. de excus. tut.*, *leg. Eos* 26 *ubi gloss. in verb. superfluo Cod. de usur.*, *Cap. Turbat.* 37 *dist.*, *Cap. Utile*, *et Reg.* 37 *de reg. jur. in* 6.

Utilius censetur, quod magis domino gratum est. *Leg. Sed si* 10 *ff. de in diem addict.*

Quaelibet utilitas dicitur interesse. *Leg.* 4 *ubi gloss. marg. ff. finium regundor.*

Utiliter gestum ratum habendum est. *Leq. Pomponius.* §. *sed eo ff. de negot. gestis.*

UXOR

Vid. *Foemina — Furtum — Mulier — Vidua — Votum.*

Uxor sequitur forum viri. *Gloss. in Cap.* 3 *Caus.* 1 *quaest.* 1.

Uxorem occidere, gravius est quam matrem. *Gloss. in Cap.* 8 *Caus.* 33 *quaest.* 2 *verb. Existimes.*

Uxor domicilium cum viro mutat. *Leg. Cum quaedam* 19 *ubi gloss. in verb. pervenerat. ff. de jurisd. omn. judic.*

Uxores plures simul habere non licet. *Gloss. in Cap.* 10 *Caus.* 31 *quest.* 1, *Concil. Trident. de refor. Sess.* 24 *Canon.* 2.

Uxores est socia divinae, et humanae domus. *Leg. Haeres* 35 *gloss. postulare ff. de negot. gest.*

Uxores viris subsunt. *Gloss. in Cap.* 26 *Caus.* 27 *quaest.* 1 *in verb. receperint.*

Uxor quae sequitur virum militantem gaudet beneficio mariti. *Leg.* 1 *Cod. de uxorib. milit.*

Uxores coruscant radiis maritorum. *Leg. Foeminae* 8 *gloss. clarissimis ff. de Senatorib.*

Uxorem a marito posse de adulterio accusari, non e contra. *Leg.* 1 *Cod. de adulter.*

Quid tamen humanum est, quam fortuitis casibus mulieris, virum; vel uxorem fortuitis casibus mariti, participem esse? *Leg. Sicut dotem* §. *Si maritus. ff. solut. matrim.*

Uxor succedit post legitimum haeredem. *Leg. Vacantis.* 4 *Cod. de bonis. vacan.*, *et de incorporat.*

Uxor brevi reversa, non dicitur divertisse. *Leg. Divortium ff. de divortio, leg. Plerique ff. de rit. nuptiar.*

VAGABUNDUS

Vid. *Matrimonium.*

Vagabundus dicitur qui habitationem non habet. *Leg. Quaestiones.* 1 *Cod. Ubi de crim.*

Vagabundi ubique conveniri possunt. *Leg. Haeres* 19 §. 1 *ff. de judic.*

VALERE — VALIDUS

Si non valet quod ut ego, valet ut valere potest. *Leg. Et post.* 7 *ubi gloss. in verb. imputetur ff. de transactionib.*, *leg. Si tam* 13 *ff. de servitutibus*, *leg.* 1 §. *Eum qui ff. de constit. pecun.*

Valere tractu temporis nequit, quod ab initio non valuit. *Leg. Si tibi* 17 §. *Si pactus. gloss. in verb. proderit*, *et in additio ff. de pactis.*

Validum minus non plus durat quam magis validum. *Leg. Qui usumfructum* 3 *ff. si ususfructus petat.*

Validiora sunt quae majori nituntur auctoritate. *Leg. Si quis* 6 *ff. de edendo.*

VALETUDO

Vid. *Impedimentum — Infirmus — Tutor.*

Valetudine impeditus excusatur. *Leg. Non exigimus* 2 §. *Si quis in judicio ff. si quis cautionib.*, *leg. Licet* 16 *ff. de recept. arbitr.*

Valetudinis ratio est habenda. *Leg. Licet* 16 *ff. de recept. arbit.*

VALOR

Vid. *Pretium — Res — Vendere.*

Tanti valet res, quanti vendi potest. *Leg. Si servus* 14 *ubi gloss. in verb. invenerit. ff. de condict. furtiv.*

VARIATIO

Vid. *Approbare — Electio — Mutare — Placere — Testimonium — Voluntas.*

Variatio, et inconstantia reprobatur. *Leg. In causae ff. de procuratorib.*, *leg. Sed si pupillus* §. *item si ff. de instit. action.*

Circa diversa admittitur variatio. *Leg. De rebus ff. de rer. amotar.*

Circa idem diversis respectibus, licitum est variare. *Leg. Papinianus* §. *sed nec impuber. ff. de inofficios. testam.*

In ultimis voluntatibus, non possumus in electione variare. *Leg.* 5 §. *servi ff. de legat.* 1.

Variare non potest qui semel locum elegit. *Leg. Si cui* 9 *ff. de servitutibus.*

Variare non licet reprobando probata. *Leg. Pomponius* 10 §. *sed eo dicto, gloss. semel. ff. de negot. gest.*, *leg. Quod ait* 11 §. *Quare. gloss. diremptum ff. de divortio.*

Variare non licet approbando reprobata. *Leg. Pomponius* 10 *gloss. Semel. ff. de negot. gest.*

Variare quandoque licet. *Leg. Ante litem* 16 *Ubi gloss. in verb. libera potestas. ff. de procuratorib.*, *leg.* 7 §. *Sed neque*, *gloss. in verb. impuberis ff. de inoffic. test.*, *leg. Si sterilis* 22 §. *qui domum ff. de action. empt.*

VELLE

Vid. *Nolle — Volo.*

Pupillus nec velle, nec nolle. *Leg.* 189 *alias* 149 *ff. de reg. jur.*

Velle inter et nolle est medium. *Leg.* 1 *ubi gloss. in verb. velle ff. de Tributor. act.*, *leg. Quam Tuberonis* 7 *§. in peculio*, *gloss. voluit. ff. de peculio.*

Facit quisque quod vult suo modo, ne cui noceat. *Leg. Siculi* 8 *§. Aristo ff. si servitus vindic.*

VENDERE — VENDITIO — VENDITOR

Vid. *Alienatio — Arrha — Dominium — Evictio — Pretium — Res.*

Venditio facta per dolum, non valet. *Leg. Si major. Cod. de dolo malo*, *ubi gloss. in verbo potes.*

Venditor praesumitur semper rem liberam vendere. *Leg. Ex iis praediis ubi gloss. in verbo ex empto. Cod. de evictionib.*

Vendens fraudolenter rem vitiosam, multum differt ab ignoranter vendente. *Leg. Si non simpliciter. ubi gloss. in verb. si non etc. Cod. de aedilit. actionib.*

Si aes pro auro veneat, non valet venditio. *Leg.* 14 *in fin. ff. de contr. empt.*

Venditio in fraudem creditorum facta, non valet. *Leg.* 1 *leg.* 14, *leg. Omnes.* 17 *§. Lucius.*, *et leg. Qui a debitore §. partum ff. si in fraud. credit.*

Videtur alienare in fraudem creditorum, qui scit se habere creditores, et facultates suas non sufficere. *Leg. Si quis* 15 *ff. quae in fraud. credit. etc.*

Neque privato, neque fisco licitum est recedere a venditione perfecta, invito altero. *Leg. De contractu* 3, *leg.* 6 *et leg.* 7 *Cod. de rescid. vendit.*

Venditio dolo facta, rescinditur. *Leg. Si dolo* 5 *Cod. de rescind. vendit.*

Non irritatur venditio, si res pro pretio detur. *Leg. Pretii* 9 *Cod. de rescind. vend.*

Venditio celebrata intelligitur si pretium recipitur, licet traditio rei differatur. *Cap. In tantum. de Simonia.*

Venditor de evictione non tenetur, nisi lis mota per emtorem sibi denuntietur. *Leg.* 7, *et* 8 *Cod. de evictionib.*,

Gloss. in Cap. Si venditori. de empt. et vend. verb. institutum.

Venditio facta viliori pretio propter munus publicum, vel urgens debitum, non rescinditur. *Leg. Non idcirco* 12 *Cod. de rescid. vendit.*

Alienae rei venditionem permitti, non obligationem. *Leg. Rem alienam ff. de contrahen. empt.*

Voluntaria alienatione non etiam necessaria, legatum revocari. *Leg. Rem legatam ff. de alim. legat.*

Sine pretio nulla venditio est. *Leg.* 2 §. 1 *ff. de contrahen. empt.*

Aliud est vendere, aliud est vendenti consentire. *Leg.* 121 *ff. de reg. jur.*

Post perfectam venditionem omne commodum, et incommodum ad emptorem pertinet. *Leg.* 8 *ff. de contrah. empt. et leg.* 1 *Cod. eod.*

Vendens rem duobus, praefertur ille cui primo fuerit facta traditio. *Leg. Quoties Cod. de rei vind., leg. A Titio ff. eod., leg. Si duobus ubi not. Cod. de diver. temp. praescr., Gloss. Caus.* 29 *quaest.* 1 §. *Si quis, in verb. emeret.*

Nemo potest cogi vendere, nec emere. *Leg. Nec emere Cod. de jur. delib., leg. Invitum Cod. de contrah. empt; leg. Invito ff. de reg. jur.*

Imaginaria venditio, non est pretio accedente. *Leg.* 16 *ff. de reg. jur.*

Vendidisse ipse videtur, qui vendi mandavit. *Leg. Servum* 49 *ff. mandati.*

Vendens rem alienam, non transfert dominium in praejudicium veri domini. *Leg. Si quis* 46 *ff. de act. empt. et vend.*

Venditio rei quae non est in commercio, non tenet. *Leg. Officii* 62 *ff. de contrah. empt.*

Venditor tenetur defendere emptorem cui res evincitur. *Leg. Plus* 74 §. 2 *mota quaestione ff. de rei vindic.*

Ubi non est consensus, ibi non est venditio. *Leg.* 2, *Cod. de contrahen. empt.*

Nemo potest emere rem suam. *Leg. Cum res* 4, *et leg.* 10 *Cod. de contr. empt.*

Sine pretio non est venditio. *Leg. Empti* 9 *Cod. de contrah. empt., leg.* 2, *et leg. Pacta* 72 *gloss. ex pretio ff. de contrah. empt.*

Aliud est vendere, aliud est tradere. *Leg. Qui tibi* 6 *Cod. de haered. vel act. vend.*

Venditor haereditatis debet conveniri a creditoribns haereditariis, non autem emptor. *Leg. Ratio* 2 *Cod. de haered. vel act. vend.*

Venditor antequam tradat, est dominus. *Leg. Qui tibi* 6 *et leg. si Ancillam* 11. *Cod. eod.*

Nomen debitoris potest vendi. *Leg. Postquam* 7, *et leg. Ex nominis.* 8 *Cod. eod.*

Actio potest vendi. *Leg. Certi* 9 *Cod. eod.*

Rescinditur venditio facta per metum. *Leg.* 1 *Cod. de rescind. vendit.*

Venditor qui non tradit in termino, tenetur ad interesse. *Leg.* 10 *Cod. de action. empt.*

Venditio praesumitur ex perceptione pretii. *Leg. Quidam* 2 *Cod. de eviction.*

Vendens rem alienam, non praejudicat domino. *Leg. Nemo* 6 *Cod. de reb. alien. non alienand.*

Vendens rem communem, non praejudicat socio. *Leg.* 1 *Cod. de commun. rer. alienat.*

Pars rei communis, potest vendi etiam extraneo. *Leg. Falso* 3, *et leg.* 4 *Cod. de comm. rer. alien.*

Vendens scienter rem vitiosam, ad pretium tenetur, et ad damna. *Leg. Si non simpliciter.* 1 *Cod. de aedilit. action.*

Damnatus vendere, intelligitur justo pretio. *Leg.* 52 §. *Meminisse ff. de legat.* 1.

Venditio prohibita ad tempus, videtur esse permissa post tempus. *Leg.* 36 §. *fundum ff. de legat.* 3.

Thesaurus in re empta, non est venditoris. *Leg. A tutore ff. de rei vind.*

Pretio cessante venditio nulla est. *Leg.* 2 *ff. de contrah. empt.*, *leg.* 9 *Cod. de contrah. empt.*

Accipiens aliquid ut carius res vendatur, puniendus est. *Leg. Solet.* 3 *ff. de feriis et dilation.*

Vendi potest dubius eventus. *Leg. Nec emptio* 8 *ff. de contrah. empt.*

Vendens rem videtur vendere jus quod habet in re. *Leg. Qui tabernas.* 32 *ff. de contrah. empt.*

Vendita res non fit accipientis nisi pretio soluto, aut habita fide de pretio. *Leg. Quod vendidi ff. de contrah. empt.*

Vendita res retineri potest donec solvatur pretium. *Leg. Haereditatis ff. de haered. vel act. vind.*

Ex parvitate pretii praesumitur dolus in venditione. *Leg. Cum ij.* 8 §. *modus gloss. margin. ff. de transact.*

Venditoris est electio in sermone generali. *Leg. Comprehensum* 60 *ff. de contrahen. empt.*

Venditori nocet obscura pactio. *Leg. Veteribus. ff. de pactis, leg. Labeo ff. de contrahen. empt.*

Venditoribus, et emptoribus decipere se licet. *Leg. In causae la* 2 §. *idem Pomponius ff. de minorib, leg. Si haeres la* 1 *ff. ad leg. Falcid., leg. Item si pretio ff. locati, leg. Si voluntate Cod. de rescind. vend., leg. Si quis* 20 *Cod. de pactis, Cap. Cum Dilecti, et Cap. Ad nostram. de empt. et vend.*

VENIA

Vid. *Delictum — Filius — Pater.*

Venia datur poenitenti. *Leg. Quamvis.* 11 *ff. de in jus voc.*

Venia dignus est qui obtemperat. *Leg. Liberorum* 11 §. *et si talis ff. de iis qui not. infam.*

Veniae si non sit ulla ratio inhumanum est. *Leg. Furti* 6 §. *pactusve ff. de iis qui not. infam.*

VENTER

Ventri plus favetur quam nato. *Leg. Hoc edicto* 1 *ff. si ventr. nom. mulier.*

Ventri non datur tutor, sed curator. *Leg. Ventre* 20 *ff. de tut. et curat. dat.*

VERBOSUS

Verbosis non est credendum. *Leg.* 1 *ff. de inspic. ventre.*

Verbosi commentarii sunt vitandi. *Leg.* 1 *in princ. ff. de orig. jur.*

Verbosus est repellendus. *Leg. Ex causa* 9 *gloss. ex ea. ff. de postuland.*

VERBUM

Vid. *Dispositio — Enunciatio — Factum — Intentio — Mutatio — Qualitas — Sermo — Testimonium — Volo.*

Quando verba dispositionis sunt ambigua, causa disponendi inspicienda est. *Leg. Uxorem in princ. ff. de legat.* 3.

Verba legum non in abstracto, sed in concreto intelligi debent. *Leg. Si in rem in princ. ff. de rei vend.*

Verba geminata magis disponunt. *Leg. Ballista filium ff. ad Sen. Cons. Trebell.*

Verba quae aliquid praesupponunt, circa illud non disponunt. *Leg. Ex facto etiam. ff. de haered. instit.*

Verba praeteriti temporis, sunt abnegativa praesentis. *§. fuerit. Istit. de action.*

Verba legis captari non debent. *Leg. Ad exhibendum* 19 *ff. ad exhibend.*

Cui non conveniunt verba legis, non convenit legis dispositio. *Leg. Quod constitutum ff. de milit. testam., leg.* 4 *§. toties ff. de damn. infect.*

Verba plurium graduum collectiva, ordine successivo intelliguntur. *Leg. Cum ita §. fin., et leg. Peto §. fratre ff. de legat.* 2.

Paria sunt aliquid exprimere verbis, vel scriptura. *Leg. Miles ad sororem in princ. ff. de legat.* 2.

Quilibet est talis, qualis verba refert. *Leg. Quidam* 27 *ubi gloss. in verb. Amoveri ff. de condit. istitut.*

Verbum unius naturae, per adjectionem alicujus qualitatis, in aliam naturam transit. *Leg. Centurio ff. de vulg. et pupill. substit.*

Verba intelligi debent attento jure communi, non speciali. *Leg. fin. Cod. de his qui ven. aetat. impetrav.*

Verba cum effectu intelligi debent. *Leg.* 1 *§.* 1 *ff. quod quisque juris in alter., leg. quoties ff. qui satisd. cog., leg. penult. ff. Ne quis in jus voc., Cap. Relatum* 7 *de Cler. non resid.*

Verba non in genere, sed in specie accipi debent. *Leg. Si in rem §.* 1 *ff. de rei vindic.*

Verba intelligi debent secundum subjectam materiam. *Leg. Si uno ff. locati.*

Verba intelliguntur secundum qualitatem personae ad quam referuntur. *Leg. Plenum §. Equitij ff. de usu, et habitat; leg. Ex militari ff. de testam. milit.*

Verborum significatio in primis cognosci debet. *Leg.* 1 *ff. de reb. cred. si cert. pet.*

Verbis non aget veritas. *Leg. Si res* 5 *ff. de fid. instrument.*

Verba semper intelligi debent ut aliquid operentur. *Leg. Si quando in princ. ff. de legat.* 1.

Ex verbis praesuppositivis non oritur dispositio. *Leg. Ex facto.* 1 *ff. de haered. istit.*, *leg. Neque enim* §. *Si servum ff. de testam. milit.*

Ubicumque verba dispositionis possunt, retenta proprietate, ab initio verificari, numquam ex post facto ad sensum improprium extenduntur. *Leg. Verbis ff. de vulg. et pupill. substit.*

Ubicumque dispositio retenta verborum proprietate, usque ab initio valere non potest, ex tunc improprie sumitur, ut aliquid operetur. *Leg. Scaevola ff. ad S. C. Trebell.*

Ubicumque verba dispositionis sunt adeo extranea et inepta, ut menti nullatenus conveniant, dispositio vitiatur. *Leg. Si quis in fundo ff. de legat.* 1, *Gloss. in leg. Librorum.* 52 §. *Quod tamen Cassius. in verbo libros ff. de legat.* 3.

Veritas verborum adminicula non desiderat. *Leg.* 5 *ubi glos. in verb. valebit ff. de fid. instrum.*

Ubicumque constat de mente disponentis expressa, vel praesumta, verborum qualitas non attenditur. *Leg.* 3 *Cod. de liber. praeter.*, *leg. Quoniam indignus Cod. de testam.*

Ubicumque de mente dubitatur, a verborum proprietate non receditur. *Leg. Non aliter in princ. ff. de legat.* 3.

Ubicumque verba sunt ambigua nec aliter constat de voluntate, dispositio vitiatur. *Leg. In ambiguo ff. de reb. dub.*, *leg. Duo sunt Titii. ff. de testam. tutel.*

Verba impropriari debent, ne actus reddatur inutilis. *Leg. Titia* 1 §. *Lucius. ff. de legat.* 2.

Verba conditionalia non disponunt. *Leg. Si quis sub conditione ff. si quis omissa caus. testam. etc.*

Verba impropriari debent, ut actus naturae deserviant. *Leg. Insulam ff. de praescript. verb.*, *leg. Cum manu sata in fin. ff. de contrahend. emption.*

Verba generalia ad terminos habiles restringuntur. *Leg.* 1 *in princ. Cod. de Sacros. Eccles.*, *leg. Ut gradatim in princ. ff. de muner. et honorib.*

Verbis legis statur in dubio. *Leg.* 1 §. *Si is qui navem*, *gloss. in verb. edicti ff. de exerc. action.*

Verba secundum naturam actus interpretantur. *Leg. Si uno in princ. ff. Locati*, *leg. Insulam ff. de praescript. verb.*

Verba ambigua secundum intentionem proferentis accipiuntur. *Leg. Si quis intentione ff. de judic.*

Verba dubia contra loquentem interpretantur. *Leg. Veteribus ff. de pactis, leg. Labeo ff. de contrah. empt.*

Verba quantumcumque generalia, ad consonum intellectum restringuntur. *Leg.* 1 §. *quod ait. ff. ne quid in loco sacro fiat.*

Verba generaliter prolata referuntur ad omnes, et omne tempus. *Leg. Si ita fuerit. ff. de legat.* 3.

Verba generalia, dispositionis etiam favorabilis, restringuntur ad casus verisimiles, et minime odiosos. *Leg. Lucius* 2 *ff. de legat.* 2.

Verba generalia in ultimis voluntatibus referuntur ad tempus testamenti. *Leg. Testator* §. 1 *ff. de legat.* 2.

Verba simpliciter prolata, debent intelligi civiliter et urbane, non judaice. *Leg. Si cui in princ. ff. de servitutib.*

Verba debent intelligi simpliciter, et non secundum quid. *Leg. Hoc Legatum ubi Bart. ff. de legat.* 3.

Verba in Statutis, proprie accipi debent. *Leg.* 1 §. *Si is qui navem ff. de exercit. act., leg.* 3 §. *haec verba, ff. de negat. gest.*

Verba enunciativa tacite subintellecta, non inducunt dispositionem. *Leg. Rationes. in fin. Cod. de probation.*

Verba generalia secundum sui naturam generaliter intelligi debent. *Leg.* 1 §. *generaliter ff. de legat. praestand., leg. Si finita* §. *de caeteris ff. de damno infecto.*

Verba impropriari debent, ut conveniant materiae de qua agitur. *Istit. Quib. alien. lic. vel non.* §. *Nunc autem admonendi, ubi gloss. in verb. dederint.*

Ubicumque ex verbis simpliciter intellectis resultaret iniquitas, tunc a verbis receditur, et mens servatur. *Leg. Scire oportet.* §. *Aliud. ff. de excusat. tutor.*

Verbum indefinitum, refertur ad omnia. *Leg.* 7 *ff. de trit. vin. et oleo legat.*

Verba mistim et confuse posita ad ordinem reducuntur, singula singulis congrue referendo. *Leg. Eam quam Cod. de fideicommiss.*

Facta sunt potiora verbis. *Leg. De pupillo* §. *meminisse ff. de nov. oper. nunc.*

Ubi facto opus est, verba non sufficiunt. *Leg. Julianus* §. *offerri ff. de action. empt, Leg. Peculium* 1 *in fin. ff. de pecul., leg.* 1 §. *tulisse infin. ff. de S. C. Syllan.*

Verba in dubio intelligi debent rebus sic habentibus. *Leg. Quod Servius ff. de condit. ob caus.*, *leg. fin.* §. *idem quaesiit ff. de condict. indeb.*, *leg. Paulo Callimaco* §. 1 *ff. de legat.* 3.

Quoties verba legis diriguntur ad judicem, tunc ex illo edicto oritur semper officium judicis. *Gloss. in leg. Si soror. Cod. de Collation.*

Verba jactatoria non inducunt dispositionem. *Leg. fin. ff. de testamen.*

Verba debent intelligi secundum communem usum loquendi. *Leg. Librorum* §. *quod. tamen Cassius ub. Gloss. ff. de legat.* 3, *leg. Labeo ff. de suppellect. legat.*

Verba simpliciter prolata, ad intellectum legum referri debent. *Leg.* 1 *Cod. de fruct. et lit. expens.*

Verba ad intellectum possibile referenda sunt. *Leg. fin. in princ. Cod. de committ. et contrah. stipulat.*, *leg. Stipulatio ista* §. *hi qui sunt. ff. de stipulat.*

Verba in potentiori significato intelligi debent. *Leg.* 1 §. *qui in perpetuum. ff. si ager. vectigal. vel emph. pet.*

Verba potestativa non inducunt necessitatem. *Leg. Saepe ff. de offic. Praesid.*, *leg. Non quidquid. ff. de judic.*, *leg.* 1. *Cod. quo et quand. jud.*

Verba legis imperativa ad privatum favorem prolata, necessitatem non inferunt, sed consilium. *Leg. Age cum Geminiano. Cod. de transact.*

Verbum aequivocum sumitur in partem digniorem. *Leg. Quaeritur. ff. de stat. hom.*, *Istit. de jur. nat. gent. et civ.* §. *Sed jus quidem.*

A propria verborum significatione, in dubio non est recedendum. *Leg. Non aliter. ff. de legat.* 1, *leg.* 1 §. *Si is qui ff. de exercit. action.*

Ubi verba non conveniunt, non convenit dispositio. *Leg.* 4 §. *toties ff. de damn. infecto*, *leg. Quod constitutum ff. de testam. milit.*

Verba sunt stricte, et proprie intelligenda. *Leg.* 1 §. *Si is qui navem ff. de exercitor. act.*, *leg.* 3 §. *haec verba ubi Bart. ff. de negot. gest.*

Verba naturaliter intelligi debent, non civiliter. *Leg. Fideicommissum ff. de condit, et demostrat.*, *leg. fin. Cod. de his qui veniam aetat. imp.*, *leg. Ex ea parte.* §. *In insulam ff. de stipulat.*

Verba simpliciter prolata, intelliguntur de actu simplici, non de qualificato. *Leg. Filius familias* §. *sed ff. de donation.*, *Bart. in leg. Lucius* §. *quaesitum ff. de legat.* 3.

Verba quae de jure intelligi non possunt, de facto intelliguntur. *Leg. Mulier* §. 1 *ff. de condit. istit.*, *leg. Stipulatio ista* §. *hi qui sunt. ff. de stipulation.*, *leg. Haeredibus* §. *fin. in fin ff. ad S. C. Trebell.*

Verba quae aliquid praesupponunt, nihil disponunt respectu ejus quod praesupponunt. *Leg. Ex facto* 1 *ff. de haered. istit.*, *leg. Generaliter.* §. *Si is qui tutorem ff. de fideicomm. libert.*

Verba enunciativa regulariter non disponunt. *Leg. Ex iis. Cod. de milit. testam.*, *leg. Titia cum testamento in princ. ff. de legat.* 2.

Verba potius impropriari debent quam quod tertio praejudicium inferatur. *Cap. Super eo. Extr. de offic. delegat.*

Verba testatoris falsa, veritate non praejudicant. *Leg. Seja* 28 *ff. ad S. C. Vellejan.*

Verba prolata ad alium finem quam expressum, non disponunt, nec aliquid operantur. *Leg. In ambiguo. ff. de reb. dubiis.*

Verba praesentis temporis, ad tempus testamenti restringuntur. *Leg. Uxorem* §. *testamento pueros. ff. de legat.* 3.

Verba enunciativa probant inter partes quando sunt necessaria ad actum in quo proferuntur. *Leg. Optimam Cod. de contrah. stipulat.*

Verba ambigua in delictis debent capi in meliorem, vel mitiorem partem. *Leg. Si praeses, et leg. penult. ff. de poen. leg. Hae enim causae in princ. ff. de suspect. tutor.*

Verba quae proferuntur in modo consilii, non importaut necessitatem. *Leg.* 77 *alias* 79 §. *Mando. ff. de legat.* 2.

Verba simpliciter prolata intelliguntur de primo actu. *Leg. dotis promissio ff. de jur. dot.*, *leg. Boves* §. *hoc sermone ff. de verb. signif.*

Verbum ambiguum in una parte alternative positum, per secundum verbum in altera parte positum, declaratur. *Leg.* 1 *ff. de reb. dub.*

Tantum valet unum verbum efficax, quantum mille. *Leg. Si aliquid. ubi Bald. Cod. de donat.*

Verba magis declarant animum, quam facta. *Leg. Recusari ff. de acquir. haeredit., leg. Re conjuncti. ff. de legat.* 3.

Ex verbis, expressa colligitur voluntas, ex factis tacita. *Leg.* 2, *et leg.* 3 *ubi Gloss. ff. de pact.*

Verba in omni actu, sive dispositione ita sunt interpretanda, ne sibi invicem contradicere videantur. *Cap. Inter dilectos* §. *Caeterum. de fide instrum., Bart. in leg. fin.* §. *idem quaesiit, vers. Circa praedicta ff. de condict. indeb.*

Verba directa, facilius obliquantur, quam e contra. *Gloss. in leg. Verbis. ff. de vulg. et pup. substit., leg. Scaevola ff. ad S. C. Trebell., leg. Cohaeredi* §. *Cum filiae ff. de vulgar. et pupill. substit.*

Verborum transpositio, dispositionem non vitiat. *Leg. Quidam testamento ff. de pecul. legat.*

Non opns est verbis, ex quibus nullus sequitur effectns. *Leg. Unic. in fin. ubi gloss. fin. Cod. de dedititia libert. tollend.*

Verba minus qnam res intnenda. *Leg. Promittendo* §. *magis. ff. de jur. dot.*

Verba quantumcumque generalia, non extenduntnr ad incogitata. *Leg. Cum aquiliana. ff. de transaction., Cap. Ne quis ubi gloss.* 22 *quaest.* 2.

Verba generalia restringi debent, ut omnis absurditas evitetur. *Leg. Scire oportet.* §. *aliud. ff. de excus. tutor.*

Ubi agitur de favore publicae utilitatis, verba generalia non restringuntur ad habilitatem. *Leg. Si quis in gravi,* §. *Utrum, ubi Bart. ff. de S. C. Syllan.*

Verba generalia restringuntur ex verisimili mente disponentis. *Leg. Lucius* 2 §. *Lucius* 2 *ff. de legat.* 2, *leg. Creditor* §. *Lucius ff. mandati.*

Verba generalia accessorie apposita, ad suum principale restringuntur. *Leg. Praediis in princ. ff. de legat.* 3.

Verba taxativa, casus similes non excludunt. *Gloss. in leg. Ob aes. Cod. de praed. et aliis reb. minor.*

Verba taxativa non excludunt casus ab expressis tacite resultantes. *Leg. Precibus. ibi in primum casum tantum. Cod. de impuber.*

Verba praesentis temporis ad futura non porriguntur. *Leg. Si stipulatus fuerim* §. 1 *ff. de stipulat.*

Verba intelligi debent, eo respectu quo prolata sunt. *Leg. Debitor. §. fin. ff. ad S. C. Trebell., leg. Si pater. §. qui duos ff. de adopt.*

Ultimo verbo standum est. *Leg. Stichus, imo Pamphilus. ff. de manumiss. test., Gloss. in Cap. Praedicator* 26 *quaest.* 1.

Effectus plusquam verba attenditur. *Leg. Si filius familias* 5 *gloss. effectuum ff. quod cum eo.*

Unum et idem verbum, diversis respectibus, diversam recipit interpretationem. *Leg.* 2 *ubi gloss. in verbo manumitti ff. de offic. procunsul.*

Unum, et idem verbum respiciens plura determinabilia, omnia aequaliter determinat. *Leg. Jam hoc jure ff. de vulgar. et pupill. substit.*

Quando unum et idem verbum refertur ad duo, expresse vel implicite debet fieri pariformis ad utrumque relatio. *Leg. fin. Cod. de Sentent. et interlocut.*

Unum et idem verbum ad diversa relatum, non uniformiter, sed secundum propriam cujusque naturam intelligi debet. *Gloss. in Leg. Gallus §. quidam recte, in verbo non exprimat. ff. de liber, et posthum.*

Verbum semel positum, et iterum subauditum, diversos habet sensus. *Auth. Cessante, et ibi gloss.* 1 *Cod. de legit. haered., leg. Nec ullam §. Omnibus. ff. de pet. haered.*

Quando idem verbum a lege saepius exprimitur, non censetur permitti extentio ad aliud, quam nominatum. *Gloss. in Clement.* 1 *in verbo Diaecesanis, Extr. de jur. patronat.*

Verba formaliter sunt intelligenda. *Leg. In delictis §. si extraneus ff. de nox. action.*

Verba ad extraneum sensum sunt trahenda, cum res aliter salva esse non potest. *Leg. Cum quidem ff. de verb. sign. Gloss. fin. in Cap. Intelligentia. extr. de verb. sign.*

Res magis quam verba intuendae sunt. *Leg. Promittendo in princ. ff. de jur. dot.*

Sensus magis quam verba spectandus est. *Leg. Sed et Celsus §.* 1 *ubi gloss. in verb. sequendum ff. de contrah. empt., leg. Dedi tibi* 3 *§. si quis. gloss. in verb. posse. ff. de condict. caus. dat.*

Plerumque dum proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittitur. *Cap. Propterea, Extr. de verbor. signific.*

Non mutat substantiam rerum, non necessaria verborum multiplicatio. *Leg. Pediculis §. Labeo ff. de aur. et arg. legat.*

Verba cum effectu accipienda sunt. *Leg. 1 §. haec autem ff. quod quisq. jur. in alter., leg. Si per alium §. docere ff. ne quis eum qui in jus.*

Verba in dubio, salva ratione recti sermonis intelligi debent. *Leg. Plautius ff. de aur. et arg. legat.*

Verba quae multifariam, secundum proprietatem intelligi possunt, in quolibet sensu accipi debent. *Leg. Cum lege ff. de testam.*

Verba in dubio, ad boni viri arbitrium reducuntur. *Bart. in leg. Cum filius §. pater. ff. de legat.* 2.

Verba in contractibus ad mediocritatem reducuntur. *Leg. Si quis venditor. ff. de Edilit. Edict.*

Verba contrahentium recipiunt limitationem a dispositione legis. *Leg. Quaero §. Inter locatorem ff. locati, leg. Quidam cum filium. ff. de stipulat.*

Verba debent intelligi, rebus sic stantibus. *Gloss. in verbo potest. in leg. Quod servius. ff. de condit. ob caus.*

Verba materialiter, et grosso modo prolata non vitiant actum. *Leg. Si quis mihi bona §. Sed quid si mandavit ff. de acquir. haered.*

Verba deserviunt intentioni. *Cap.* 2 *Requiris. Extr. de appellat.*

Verba in dubio, potius modaliter, quam conditionaliter intelliguntur. *Leg. Quaero. §. inter locatorem ff. locati.*, *Bart. in leg. Cum mora in princ. ff. de transact.*

Verba quae possunt dupliciter intelligi, debent in humaniorem partem interpretari. *Leg. fin. ubi Bald. Cod. de comm. serv. manumiss.*

Verba ideo instituta sunt, non ut per ea se invicem homines fallant, sed ut eis quisque in alterius notitiam cogitationes suas proferat. *Cap. Is autem* 22 *quaest.* 2.

In dubio, a verborum proprietate non recedendum. *Leg. Non aliter ff. de legat.* 3.

Non est recedendum a verborum significatione, nisi appareat ex mente aliud sensisse. *Leg. Non aliter. ff. de legat.* 3.

Generalitas verborum semper debet restringi ad habilia. *Leg. Ut gradatim ff. de mun. et hon.*, *leg.* 1 *ubi gloss. Cod. de Sacr. Ecles.*

Verbum, *integre*, intelligitur sine aliqua diminutione. *Cap. fin. de confirm. util. vel inutil.*

Verbum, *statim*, regulariter significat, modicum temporis intervallum. *Leg. Cum quidam ff. de legat.* 2, *leg. Si finito* §. *non autem ff. de damno infecto.*

Verba supervacua, stipulationem non vitiant. *Leg. Quae* 65 *ff. de verbor. oblig.*

VERISIMILITUDO — VERISIMILIS

Quod verisimile non est, attendi non debet. *Leg. fin. in pr. ff. quod met. caus.*, *Cap. Quia verisimile. de praesumption.*

In obscuris secundum magis verisimile est judicandum. *Leg. In obscuris. ff. de regul. jur.*

Verisimilitudo, praefertur omnibus conjecturis. *Leg. Veteribus. ff. de pactis.*

Verisimilitudo est maximae importantiae, et maximi effectus. *Leg.* 1 *in pr. ff. de quaestionib.*

Verisimile non est Principem errare. *Leg. Rhedae* 4 *ff. de suppell. legat.*

VERITAS

Vid. *Falsitas — Fictio — Obscuritas — Opinio — Simulatio — Scandalum — Testimonium — Verbum.*

Paria sunt falsum exprimere, vel supprimere veritatem. *Cap. Super litteris. Extr. de Rescript.*

Per rationem veritas habetur. *Leg. Solam Cod. de Testib.*, *leg. Scire Cod. de legib.*

Veritas est certae rei notitia, habita maxime per visum. *Gloss. in Auth. de Instrum. Cautel. in princ.*

Veritas hinc inde saepius agitata, magis elucescit. *Cap. Grave* 35 *quaest.* 9.

Disputando veritas invenitur. *Leg. Munerum* 18 §. *fin. ubi gloss. in verb. Disputando ff. de muner. et honorib.*

Fides veritatis verborum adminicula non desiderat. *Leg.* 1 *Cod. Si minor ab haered. se abstin.*, *leg.* 5 *ubi gloss. in verb. valebit ff. de fid. instrum.*

Veritas rerum gestarum ab erroribus non vitiatur. ***Leg. Illicitas §. Veritas ff. de offic. Praesid.***

Naturae veritas imaginibus obumbrari non debet. ***Leg. Fil. quem pater. ff. de liber. et posthum.***

Non mutat substantiam veritatis non necessaria verborum multiplicatio. ***Leg. Pediculis §. Labeo, ff. de aur. et arg. legat.***

De futuris contingentibus non est determinata veritas. ***Leg. Si putator ff. ad leg. Aquil., leg. Ventre ff. de aquir. haered.***

Cursus temporis non mutat substantiam veritatis. ***Leg. Sicut falsi. Cod. ad leg. Corn. de fals.***

Propter nostrum affirmare, vel negare, rei veritas non mutatur. ***Leg. Assumptio ff. ad municipal.***

Ejus quod multipliciter exponitur, veritas ignoratur. ***Leg. In ambiguo, ubi Bart. ff. de reb. dub., Bald. in leg. Scire leges. ff. de legib., Bald. et Jas. in leg. Nec quicquam §. ubi decretum in princ. ff. de offic. Procons. et Legati.***

Per plures, veritas melius invenitur. ***Cap. Per hoc. vers. Verum, de haeretic. in 6.***

Veritas super omnia amanda est. ***Leg. Cum ita legatum ff. de condit. et demostr.***

Qui veritatem sequitur, Deum sequitur. ***Cap. Quisquis Caus. 11. quaest. 3.***

Melius est pro veritate supplicium pati, quam pro adulatione beneficium consequi. ***Cap. Nemo peritorum Caus. 11. quaest. 3.***

Potius tolerandum est omne scandalum, quam quod veritas relinquatur. ***Cap. Qui scandalizaverit. de reg. jur.***

Qui veritatem libere non pronunciat, proditor est veritatis. ***Cap. Nolite timere Caus. 11. quaest. 3.***

Qui metu alicujus potestatis, veritatem occultat, iram Dei super se provocat. ***Cap. Quisquis Caus. 11. quaest. 3.***

Quatuor modis veritas opprimitur, timore, cupiditate, odio, et amore. ***Cap. Quatuor Caus. 11. quaest. 3.***

Acceptio nummorum praevaricatio veritatis est. ***Cap. Qui recte indicat. Caus. 11. quaest. 3.***

Veritas cui non defensatur, opprimitur. ***Cap. Error 83 dist.***

Ad examinandam veritatem, omnis jure prodita debet admitti probatio. ***Leg. Nec commissa. Cod. de liberal. caus.***

Veritas praevalet scripturae, et simulationi. *Leg. In contractibus. Cod. Plus val. quod. ag.*
Non hominis fictio, sed veritas spectanda est. *Leg. Si forte ff. de castrens. pecul.*
Plus valet quod in veritate est, quam quod in opinione. *§. 11 Istit. de legat., leg. Cajus. 39 gloss. non obesse ff. de pignorat. act.*
Mendacio scripturae non creditur, contra fidem veritatis. *Leg. 2 Cod. Si pign. convent.*
In contractibus, veritas potiusquam scriptura perspici debet. *Leg. 1 Cod. Plus valere quod. etc.*
Acta simulata, veritatis substantiam non mutant. *Leg. 2 Cod. eod.*
Magis id spectari debet, quod in veritate subsistit, quam quod simulant partes. *Leg. Si forte ff. de castrens. pecul.*
Veritas praevalet praesumptioni. *Leg. Nuptura filio ff. de jur. dot., leg. fin. in pr. ff. quod met. caus., leg. Cum de indebito ff. de probat.*
Veritas potius spectanda quam opinio. *Leg. Vulgaris 21 §. 3 Sed et si ff. de furtis.*
Veritas saepius examinata, magis elucescit. *Cap. Grave Caus. 35 quaest. 9, Cap. Inter dilectos. de fid. instrum.*
Veritati non praejudicat error scribentis. *Leg. Errores 2 Cod. de error. Advocat.*
Veritatem debet judex inquirere. *Cap. 2 Tit. 1 de haered. et falcid. in Lib. Autentic.*
Veritatem inspicimus, non fictionem. *Leg. Gallus 29 ff. de liber. et posthum.*

VETARE

Vid. *Prohibitio.*
Vetat qui non consentit. *Leg. Qui vas. 48 ff. de furtis.*
Vetat in futurum lex, quod in praeteritum indulget. *Leg. Cum Lex. 22 ff. de legib.*

VETER — VETUS

Vetera monumenta sequenda sunt nisi probetur contrarium. *Leg. Sciendum est. ff. finium regundor.*
Vetera jura sine evidenti utilitate non sunt mutanda. *Leg. In rebus 2 ff. de constitutionib. princip.*

Vetus pro novo reddere non potest. *Leg. Cum quid* 3 *ff. de reb. credit.*

Novus pro vetere non debet restitui. *Leg. Cum quid ff. de reb. credit.*

VIA

Vid. *Iter — Legatum — Servitus.*

Viae debent esse securae. *Leg.* 1. §. *summa ff. de iis qui dejec. vel effud.*

Vias plures habens potest eligere leviorem. *Leg. Si fratres* 53 §. *idem respondit. ff. pro socio.*

Viam quam quisque sibi elegit, sequi debet. *Leg. Si mulier* §. *fin. ff. quod met. caus.*, *Cap. Cum omnes circ. fin. de constit.*, *Cap. Quod semel. de reg. jur. in* 6.

Viam nemo videtur eligere, per quam judicium suum subvertatur. *Leg.* 3 *vers. nec credendus. ff. de milit. testam. leg. Quoties* 13 *ff. de reb. dub.*, *leg. Quoties ff. de verb. signif.*

Via est admittenda, per quam ad jus commune reditur. *Leg. Si unus* §. *pactus ne peteret. ff. de pactis*, *Cap. Ab exordio* 35 *dist.*

Uti via publica nemo recte prohibetur. *Leg.* 11 *Cod. de servit. et de aqua.*

VICARIUS

Vicarius per mortem Episcopi desinit esse Vicarius. *Gloss. in Clement. fin. in fin. De Procuratorib.*

Vicarius non potest ponere per se alium vicarium. *Cap. Clericos. de offic. Vicar.*

Vicarii tenentur residere, et esse sacerdotes. *Cap. Ex parte. de offic. Vicar.*

Vicarias plures, nullus habet. *Cap. Provideas. de Offic. Vicar.*

Vicarius Episcopi, doctor, vel licentiatus eligi debet. *Concil. Trid. de refor. Sess.* 24 *Cap.* 16 *in princ.*

Laicus non potest esse Vicarius Episcopi. *Cap. Decernimus. De judic.*

VICINUS

Vicinus praesumitur scire facta vicini. *Cap. Quanta. de praesumpt.*, *leg. Si vicinus Cod. de nupt.*, *leg. Si ita in fin. ff. de fund. instruct.*

Vicini intelliguntur, qui vocem exaudire possunt. *Leg. Cum* 1 §. *Nam ei ff. de S. C. Syllan. et Claudian.*
Vicini mali incommoda. *Leg. Quod saepe* 35 *in fin. ff. de contrah. empt.*
Vicinum malum exprimere debet venditor fundi. *Leg. Quod saepe* 35 *in fin. ubi gloss. in verb. confinem. ff. de contrah. empt.*

VICTUALIA — VICTUS

Vid. *Alimenta — Expensa.*
Victualia justo pretio vendi debent. *Leg.* 1 §. *cura carnis. ff. de offic. praef. urbis.*
Victus verbo continentur cibaria, habitatio, vestiarium, et calcearium. *Leg. Cum ij* 8 §. *qui transegit ff. de transactionib.*
Si victus habuerit justam causam litigandi, absolvitur ab expensis. *Leg. Qui solidum ff. de legat.* 2, *leg. Eum quem temere ff. de judic.*, *leg. Properandum* §. *sin autem Cod. de judic.*, §. *haec autem omnia. Istit. de poen. tem. litig.*
Victus victori debet in expensis condemnari. *Leg. Generaliter.* 12 *Cod. de reb. Cred.*, *leg. Properandum* 11 §. *sive autem alterutra Cod. de judic.*

VIDUA — VIDUITATIS

Vid. *Domicilium — Foemina — Mulier.*
Vidua fruitur privilegio mariti mortui. *Leg. Filii* 22 *ff. ad Municip.*, *leg. Quoties.* 3 *Cod. de privil. Scholar.*
Viduam ducens rem non novam, aggreditur. *Leg. Rem* 12 *Cod. de judic.*
Viduitas perpetua injungi potest. *Leg. Quaesitum* 31 *ff. qui et a quibus etc.*
Conditio, quae viduitatem indicit, vitiatur, et non vitiat. *Leg.* 2 *Cod. indict. viduitat.*
Viduae, mariti dignitatem retinent. *Leg.* 22 §. 1 *ff. ad municip.*
Conditio viduitatis, non spernitur. *Leg. Legatum* 1 *Cod. de indict. viduitat. etc.*, *Auth. Cui relictum Cod. eod.*

VIGILARE

Vid. *Jus — Lex.*

Vigilantibus, et non dormientibus, jura subveniunt. *Leg. Pupillus ff. quae in fraud. cred., leg. Non enim ff. ex quib. caus. major.*, *leg. Veluti ff. de edendo.*, *Cap. Nunciatum* 84 *distinct.*

Vigilare licet creditori ad suum consequendum. *Leg. Summa* 22 *ff. de peculio.*

VINCERE

Vincens vincentem te, multo magis vincit te. *Leg. De accessionibus ff. de divers. et tempor. praescript.*, *leg. Aequissimum ff. ad S. C. Tertullian.*, *leg. Claudius* 17 *gloss. final. ff. qui potior. in pign.*

VINCULUM

Duo vincula, fortiora sunt quam unum. *Cap.* 1. *De tregua et pace.*

Duplex vinculum magis ligat, et difficilius rumpitur. *Leg. Si non lex ff. de haered. Instit*, *leg. Discretis Cod. qui testam. fac. poss.*, *leg. penult.* §. *si vero. Cod. de adoption.*

VINDICARE

Vid. *Petitio — Tempus.*

Quod ex re mea procedit, possum vindicare. *Leg. Non solum* §. *fin. ff. de rei vind.*, *leg. fin. Cod. de furt.*

Fundi vindicatio praefertur vindicationi servitutis. *Leg. Fundum ff. de except.*

Rei vindicatio praefertur actioni communi dividundo. *Leg. Fundi ff. de exception.*

Res quae in nullius bonis sunt, vindicare non possunt. *Leg. In rem* 24 §. *Loca sacra ff. de rei vindic.*

Qui vindicat totum repellitur exceptione, nisi restituatur pretium partis adjunctae. *Leg. In rem* 24 §. *In omnibus ff. de rei vindicat.*

VIOLARE

Fidem violanti, fidem non servandam. *Leg. Cum proponas Cod. de transaction.*

Vid. *Vis.*
Nullum violentum, perpetuo tolerandum. *Leg.* 2 *ff. de his qui sunt sui etc.*
Violentia animo non infertur. *Gloss. in Cap.* 1 *Caus.* 15 *q.* 1 *vers. compellitur.*
Violentia in omni aetate excusat in causa matrimoniali. *Cap. Perlatum. de his quae metu etc.*

VIR

Vid. *Homo — Maritus — Uxor.*
Vir et uxor erunt duo in carne una. *Cap.* 19 *Caus.* 27 *q.* 2 *ubi gloss. vers. una.*
Vir non potest esse curator uxoris. *Cap.* 18 *Caus.* 23 *q.* 5 *ubi gloss. vers. Adam*
Viri major dignitas quam foeminae. *Leg.* 1 *ff. de Senatorib.*

VIRGINITAS

Virginitas beatior, quam statu conjugalis. *Concil. Trid. de reform. Sess.* 24 *Can.* 10.

VIRILIS

Viriles partes dicuntur, quae dantur pro numero personarum quibus opponuntur haereditariae. *Leg. Cum pater* 2 *ff. de fund. instruct. vel instrum. legat.*
Virilis portio proprie dicitur quae aequalis. *Leg. Virilis* 146 *ff. de verb. signif.*
Virilium portionum onus inducitur personarum enumeratione. *Leg. Lucius* 123 *ff. de legat. et fideicom.* 1.

VIRTUS

Virtutis causa permittitur, quod alias non. *Leg. Solent.* 2 *ff. de eleator.*
Virtus unita fortior. *Leg. Si autem ff. de aqua, et aqua pluv. arc.*

Adversus vim custodia parum proficit. *Leg. Si ea res* 32 *ff. de act. empt.*
Vis major excusat. *Leg.* 3 §. *idem ff. de naut. caupon. stabul.*
Vim facit creditor cum non per judicem debitum repetit. *Leg. Si bene* 33 *ff. de Usuris.*
Prius cognoscendum est de vi, quam de proprietate rei. *Leg. Si de vi* 37 *ff. de Judiciis.*
Vim passus non dicitur qui ante fugit quam inferatur. *Leg. Metum* 9 *ff. de eo quod met. caus.*
Vim atque injuriam propulsare licitum est. *Leg. Ut vim ff. de just. et jur.*
Ab omni vi, atque injuria penitus abstinendum. *Leg.* 1 §. 1 *ff. Quod vi, aut clam.*
Contra vim atque injuriam, licitam esse defensionem. *Leg. Ut vim ff. de just. et jur., leg. Sciendum* §. *Qui cum ff. ad leg. Aquil.*
Per vim obligationem factam, lex rescindit. *Leg.* 5 *ff. ad leg. Jul. de vi publ.*
Non videtur vim facere, qui suo jure utitur. *Leg.* 155 §. 1 *ff. de regul. jur.*
Scriptum est ne vis fiat ei qui nec vi, nec clam, nec precario possidet. *Leg.* 1 *ff. Uti possidetis.*
Omnis vis armata, publica semper est. *Cujac. parat. Cod. ad leg. Jul. de vi publ.*
Arma armis repellere licet. *Leg.* 1 §. 27 *ff. de vi, et vi arm.*
Nihil consensui tam contrarium est quam vis, et metus. *Leg.* 116 *ff. de regul. jur.*
Vim vi repellere licet. *Leg. Ut vim ff. de just. et jur., leg.* 1 *et leg.* 3 §. 9 *ff. de vi et vi armat., leg. Scientiam* §. *qui cum aliter ff. ad leg. Aquil., leg. Is qui aggressorem, et leg. Si quis percussorem Cod. ad leg. Corn. de Sicar., leg.* 12 §. 1 *ff. quod met. caus., Cap. Significasti il* 2 *de homicid., Cap. Si vero, et Cap. Dilecto. de Sent. excomm. in* 6.
Vim facere non videtur, qui ad judicium provocat. *Leg.* 3 §. *Si quis paratus ff. Quod vi, aut clam.*
Non videtur vim facere, qui ordinaria actione experitur. *Leg.* 155 *ff. de reg. jur.*

Vis atrox sine dolo fieri non potest. *Leg.* *Continet* 3 §. 1 *ff. Quod met. caus.*

Vis proprie dicitur cui resisti non potest. *Leg. Si ea res* 31 *ff. de act. empt. et vend.*

Ex intervallo non est propulsare vim, sed ulcisci. *Bart. in Leg. Clam possident*, §. *qui ad nundinas. ff. de adquir. possess.*, *leg.* 3 §. 9, *et leg.* 17 *ff. de vi et vi arm.*

VITA

Vid. *Homo — Mors.*

Vita hominum corrigi bonum est. *Cap.* 1 *dist.* 86 *ubi gloss. verb. non saevientis.*

Vita longa in homine centum annorum est. *Leg. An usufructus* 62 *ff. de usufruct.*

Vita hominis est peregrinatio. *Gloss. in Cap.* 2 *Caus.* 3 *q.* 4 §. *His ita respondetur. vers. peregrinationis.*

Vitae mutatio non est facilis. *Cap.* 2 *de poenitent. dist.* 3 *ubi gloss. verb. congrue.*

Vita praesens sine venialibus non ducitur. *De poenit. dist.* 3 *Cap. De quotidianis, Gloss. in Cap.* 64 *de consecrat. dist.* 2 *vers. mortifera.*

Vitae praesentis tempus brevis dicitur esse. *Cap. Considerat. de poenitent. dist.* 5, *et Gloss. in Cap. Diaconi. dist.* 93 *vers. Ultionis.*

VITIARE — VITIATUS

Vid. *Actus — Excessio — Necessitas — Omissio.*

Expressio non necessaria, licet inepta, actum vitiat. *Leg. Unic. in princ. Cod. de re uxor. act.*

Vitiato expresso, non vitiatur tacitum aeque principale. *Leg. Si fidejussor in princ. ff. de legat.* 1.

Actus consumatus non vitiatur, licet perveniat ad casum a quo incohari non potest. *Leg. Si gaudentius Cod. de contrah. empt.*, *leg. Item illa ff. de constit. pecun.*

Veritas rerum gestarum, erroribus non vitiatur. *Leg. Illicitus* §. *Veritas. ff. de offic. Praesid.*

Verba materialiter, et grosso modo prolata non vitiant actum. *Jason. in Leg. Si quis mihi bona.* §. *Sed quid si mandavit*, *in* 2 *Nota ff. de aquir. haered.*

Falsa causa dispositionem vitiari, non falsa demonstratione. *Leg. fin. ff. de haered. instit., leg. Falsa ff. de condit. et demonstrat.*

Nominis proprii errore, dispositionem non vitiari, secus appellativi. *Leg. Si quis in fundi vocabulo ff. de legat.* 1.

Non solent quae abundant vitiare scripturas. *Leg.* 94 *ff. de reg. jur.*

Vitiata parte, totum vitiatur. *Leg. Cum hi* 8 §. 17 *ff. de transact.*

Vitiato jure datoris, vitiatur jus accipientis. *Leg. Si mulier.* 32 *ff. ad S. C. Vellejan.*

Corpore vitiati, non promoveantur ad Clerum. *Cap.* 1. *dist.* 36.

Vitiant quaedam jam facta quae non impediunt facienda. *Leg. Non distinguemus* 37 §. *Sacerdotio. ubi gloss. in verbo ferre debet. ff. de recept. arbitr.*

VITIOSE — VITIOSUS

In vasis vitiosis, ignorantiam non probari. *Leg. Sed addes* §. 1 *ff. Locati.*

Quod ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere. *Leg.* 29 *alias* 30 *ff. de reg. jur.*

Vitiose quod fit, non videtur fieri. *Leg. Non distinguemus* 37 *in pr. ubi gloss. in verb. commissa ff. de recept. arbitr., leg. Quoties ff. qui satisd. cog.*

VITIUM

Vid. *Res.*

Vitium personale, non singularem, sed universalem afficere successorem. *Leg. Cum haeres, et leg. An vitium ff. de divers. tempor. praescript.*

Vitium qualitatis, majus est vitio quantitatis. *Leg.* 1 §. *Si quis simpliciter, et* §. *sequens. ff. de verbor. obligat.*

Qualitas inducens vitium non censetur repetita. *Leg. Servo alieno* §. *penult. ff. de legat.* 1, *leg. Lucius ff. de fideicom. libert.*

Vitium animi morbus est corporis. *Leg. Pacisci* 31 *gloss. in verb. pacisci ff. de pactis.*

Auctoris vitium, possessionis non nocet. *Leg.* 5 *ff. de divers. tempor. praescr.*

Vitium possessionis perdurat ad successorem. *Leg.* 11 *Cod. de acquir vel retin., leg.* 11 *ff. de divers. temp: praescript.*

Omne nimium vertitur in vitium. *Cap. Denique* 4 *dist.*, *Gloss. in Cap. Serpens. de poenitent. dist.* 1.
Doctores praesumuntur a vitiis abstinere. *Cap. Cum a juventute. De praesumpt.*
Naturale vitium non imputandum cuiquam. *Leg.* 2 §. *si quis in judicio ubi gloss. verb. gravida ff. si quis cautionib.*
Scientes praesumuntur a vitiis abstinere. *Cap. Cum a juventute. De praesumpt.*

VIVERE

Honeste vivere praeceptum juris est. *Leg.* 10 §. 1 *ff. de just. et jur.*
Vivere nemo potest sine habitatione. *Leg. Legatum* 10 *gloss. Quam in jure ff. de capit. dimin.*
Vento vivit nemo. *Leg. Sed. et si* §. *quod autem. gloss. Erogasset ff. de petit haered.*

VOCABULUM

Vid. *Verbum.*
Plura sunt negotia quam vocabula. *Leg.* 4 *ff. de praescript. verb.*

VOLENTI

Volenti, neque vim, neque injuria fieri. *Leg. Cum donationis. Cod. de transact.*, *leg.* 1 *vers. filii ff. de injur*; *leg. Quamvis* 11 *ff. de in jus vocand.*
Volenti, dolus non infertur. *Leg. Cum donationis. Cod. de transact.*, *leg. Si rem* 9 §. 3 *omnis. ff. de pignor. act.*

VOLO

Vid. *Animus — Mens — Propositum — Velle — Voluntas —*
Qui non vult quando potest, consequens est ut cum velit non possit. *Leg. Multum interest. Cod. si quis alt. vel sib*; *leg. Quod Sponsae Cod. de donat. ante nupt.*
Nemo velle videtur quod non potest. *Leg. Lucius* §. *Imperatores ff. ad Municipal.*
Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno. *Cap. Quia diversitatem in pr. ubi gloss. De concess. praeb.*

Non dicitur nolle, qui velle non potest. *Leg.* 4 *ff. de acquir. haered.*, *leg. Pater in pr. ff. de cond. et demonstr.*

Qui vult consequens, videtur velle omne necessarium antecedens. *Leg. Illud. ff. de aquir. haered.*, *leg. Ad Legata ff. de procurat.*, *leg. Denique* §. *Interdum ff. de pecul. legat.*

Qui vult consequens non videtur velle antecedens si saltem tacite induci non potest. *Leg. Haereditas ff. de haered. instit.*

Velle non creditur qui obsequitur imperio patris, vel domini. *Leg.* 4 *ff. de reg. jur.*

Ejus est non nolle, qui potest velle. *Leg.* 3 *ff. de reg. jur.*

Qui vult unum censetur velle omne aliud sine quo illud esse non potest. *Leg. Illud. ff. de aquir. haered.*, *leg. Ad legata ff. de procurat.*, *leg. Denique* §. *Interdum ff. de peculio legat.*

Verbum volo, est fons, et radix omnium actuum, et dispositionum. *Leg.* 1 *in princ. Cod. de Summ. Trinitat.*

Verbum volo, est ab omni necessitate abstractum, et regulis juris non submissum. *Leg. Ante litem ff. de pecul.*

Verbum volo, denotat adeo liberum arbitrium, quod qnis potest praeferre iniquum aequo. *Leg. Fideicommissa* §. *Quamquam ff. de legat.* 3.

Verbum volo in Principe, habet vim legis, et rationis. §. *Sed quod Principi*, *Istit. de jur. natur.*

Sic volo, sic jubeo, stat pro ratione voluntas. §. *Sed quod Principi. Istit. de jur. natur.*, *leg. Quia poterat. ff. ad S. C. Trebell.*, *Gloss. fin. in leg. Filio pater. ff. de legat.* 1

VOLUNTAS

Vid. *Animus* — *Mens* — *Intentio* — *Propositum* — *Publice interest.* — *Stipulatio* — *Tacitus* — *Verbum.*

Bonam voluntatem plerumque pro facto reputari. *Leg. Si quis in testamento, et leg. Uter. in fin. ff. de condict. Istit.*, *leg. Cum haeres. vers. Servire ff. de stat. liber.*

Sublata voluntate, omnis actus est indifferens. *Leg. Faedissimam. Cod. de adult.*

Actus fatalis non relevat ubi voluntas desideratur. *Leg.* 1 *in fin. ff. de cond. et demonstrat.*

Voluntas, et propositum distinguunt omne factum. *Leg. Qui injuriae ff. de furtis.*

Quae ab initio sunt voluntatis, ex post facto esse necessitatis. *Leg. Sicut. Cod. de action. et obligat.*

Eadem severitate voluntas sceleris, quam effectus punienda est. *Leg. Quisquis Cod. ad leg. jul. majest*, *leg. Is qui cum telo. ff. ad leg. Corn. de sicar.*

In maleficiis, voluntas spectatur non exitus. *Leg. Divus. ff. ad leg. Corn. de sicar.*

Voluntas sensibus dominatur, et in actibus humanis primum obtinet locum. *Leg. In conditionibus. ff. de condit. et demonstrat.*

Voluntas hominis est ambulatoria usque ad supremum vitae exitum. *Leg.* 4 *ff. de adim. legat.*, *leg. Cum hic. §. poenitentiam. ff. de donat. int. vir. et ux.*

Voluntas morte finitur. *Leg.* 4 *ff. locat.*, *leg. Cum hic status §. fin. ff. de donat. int. vir. et ux.*

Paria sunt aliquid per me fieri, vel per alium voluntate mea. *Leg. Filio familias. Cod. de jur. delib.*

Ea quae voluntarie gerimus, non extenduntur ultra quam gerantur. *Leg. Cum te. Cod. ne uxor pro mar.*, *Gloss. in leg. Quae acta. ff. de offic. Proc. Caesar.*

Quae volnntate nostra non procedunt active, nec in praejudicium nostrum passive a lege interpretantur. *Leg. Si ministerium. Cod. de lib. caus.*

Quod a sola unius voluntate dependet, quasi impossibile reputatur. *Leg. Apud Julianum §. Constat ff. de legat.* 1.

Ultima voluntas non potest stare in suspenso. *Leg. fin. ff. Communia Praed.*

Posterior voluntas attendi debet. *Leg. Si autem ff. de aq. pluv. arcen*, *leg. Clari. Cod. de fideicomm.*

Plenior voluntas servanda est. *Leg. Si ita scriptum ff. de haered. istit.*

Voluntas coacta voluntas est, et operatur effectum voluntatis. *Leg. Si mulier. §. si metu gloss. volui ff. quod met. caus*, *leg. Qui ita in princ. ff. ad S. C. Trebell.*

Voluntas hominis habetur pro lege. *§. Disponat. in Auth. de nuptiis.*

Nihil magis hominibus debetur, quam libertas supremae voluntatis. *Leg.* 1 *in fin Cod. de sac. san. Ecles.*

Variaė sunt hominum voluntates. *Leg. Quia poterat. ff. ad S. C. Trebell.*

Ex actu nullo legitur quandoque voluntas. *Leg. fin. ff. de reb. eor. qui sub tutel., leg. Legatum §. Pater. ff. de adim. legat.*

Voluntariae necessitati minime succurritur. *Leg. Si fidejussor. §. qui necessariam ff. qui satisd. cogant.*

Voluntas non praesumitur in eo qui non potest. *Leg. Lucius §. Imperatores ff. ad Municip., leg. Si tibi §. unius ff. de opt. legat., Cap. Cum a nobis. de Sent. excom.*

Paria sunt voluntatem verbis, vel facto declarare. *Leg. Recusari ubi Gloss. ff. de acquir. haered, leg. Quibus ff. de legib., leg. Paulus ff. rem rat. haber.*

In maleficiis si factum excedat voluntatem, attenditur factum non voluntas. *Leg. Si servus servum. §. si quis insulam. ff. ad leg. aquil., leg. Qui saccum ff. de furt.*

Voluntas et propositum distingnunt maleficia. *Leg. Qui injuriae, et leg. Verum est ff. de furtis.*

Ea quae sunt voluntatis, a persona non separantur. *Leg. 4 ff. locat., Cap. Si gratiose. de Rescript. in 6.*

Voluntas intelligitur cum effectu. *Leg. Si constiterit, ubi Gloss. ff. fin. regund.*

Voluntas post mortem non renascitur. *Leg. 1 in fin. Cod. de sacr. san. eccles., leg. Centurio ff. de vulgar. substit.*

Propter nimiam verborum subtilitatem, latitudo voluntatis impediri non debet. *Leg. Unica in fin. Cod. Ut act. ab haered.*

Voluntaria conditio non extenditur, sed formaliter est adimplenda. *Leg. Moevius, et leg. Qui haeredi. ff. de condit., et demonstr.*

Necessitas non babet meritum, sed voluntas. *Bald. in leg. Ex placito. Cod. de rer. permut.*

In praejudicium tertii, voluntas mutari non potest. *Leg. Quaesitum ff. de serv. exportan.*

Ex sola voluntate tacita, vel expressa, concurrente potentia inducitur actus. *Cap. Cum super. de Off. delegat. Jas in leg. Barbarius, vers. Item potes, ff. de Off. Praetor.*

Inanis est voluntas, nisi adsit potentia. *Leg. Nolle adire ff. de acquir. haered., leg. Pater severinam in princ. ff. de condit. et demonstr.*

Voluntas alicujus talis esse praesumitur, qualis esse debet. *Bald. in leg. 1 Cod. de Sacr. san. Ecles.*

Paria sunt voluntatem ab initio, vel ex post facto intervenire. *Leg. Si autem plures in princ. ff. de aqua pluv. arcend.*

Sola voluntas legis, pro ratione habetur. *§. furtive. Istit. de usucap.*, *Gloss. in leg.* 1 *§. initium, in verbo ratus. ff. de postulan.*

Totum facit voluntas defuncti, et quid senserit, spectandum est. *Leg. Ex facto* 35 *§.* 3 *ff. de haered. instituen.*, *leg. penult. ff. de legib.*

Voluntas defuncti, conditiones regit. *Leg.* 19 *ff. de condit. et demonstr.*

Favorabilior est ultima voluntas, quam contractus. *Leg. In testamentis ff. de reg. jur.*

In ultimis voluntatibus ad factum praecise obligatur. *Leg. Fideicommissa. §. fin. ff. de legat.* 3.

Ultima voluntas est ambulatoria, et revocabilis. *Leg.* 4 *ff. de adim. legat.*

Voluntas factis declaratur. *Leg. Reprehendenda ff. de instit. action.*

Voluntas, regulariter in omnibus primum locum obtinet. *Leg. In conditionibus ff. de cond. et demonstr.*, *leg. In haered. ff. de legat.* 1, *leg.* 3 *§. haec conditio ff. de adim. legat.*, *leg. Pater filium §. pen. ff. de leg.* 3.

Voluntas testatoris omnino est servanda. *§. Disponat. in Auth. de nuptiis.*

Voluntas testatoris est ambulatoria usque ad mortem. *Leg. Cum hic status §.* 1 *vers. poenitentiam in fin. ff. de donat. int. vir. et ux.*, *leg.* 2, 3, *et* 4. *ff. de condit. instit.*

Voluntas agentis etiam declaratur per actum imperfectum. *Leg. Legatum la* 1 *§. Pater ff. de adim. legat*, *leg. fin. ff. de reb. eorum etc.*

Destinatio voluntatis per actum nullum patet. *Leg. Cum de bonis Cod. de donation.*

Voluntas mente retenta, nihil operatur. *Leg. Cum in plures §. Locator. ff. Locati.*

In testamentis, plenius voluntates testantium interpretantur. *Leg. Plenum §. sed si pecoris ff. de usu, et habit.*, *leg.* 12 *ff. de regul. jur.*

Voluntas quae ex facto colligitur, tacita videtur, et ad qualitatem facti restringitur. *Bart. in leg.* 1 *§. Si quis hoc interdicto ff. de itin. act. priv.*

Voluntas sola non punitur. *Gloss. in Cap.* 22 *Caus.* 6. *q.* 1 *vers. Voluntatem*

Voluntas manifestatur signis, et voce. *Caus.* 32 *q.* 15 *Cap. Nec solo*, *Cap.* 1 *et* 2 *caus.* 30 *q.* 2; *Gloss. in Cap.* 1 *dist.* 74 *vers. Aut reclamantem.*

Voluntas sine effectu non punitur. *Gloss. in Cap.* 18 *de poenit. distin.* 1.

Volnntas semper praesnmitnr durare, nisi probetur mutata. *Leg. Eum qui ff. de probat*, *leg. Lucius in fin. ff. de legat.* 2, *Gloss. in Cap.* 6. *dist.* 27 *vers. et finxit.*

Voluntas ultima testatoris tenenda. *Cap. Tua nobis. De testam.*

Posterior voluntas servetur, si praecedens sit derogatoria. *Leg. Si mihi* 12 §. *In legatis ff. de legat.* 1.

Voluntas datur intelligi ex facto. *Leg. Quod. ait Praetor.* 2 §. *Sed et si eum. gloss. in verbo. effici ff. de iis qui not. in fam.*

Voluntas metui inest. *Leg. Continet* 3 *ff. de eo quod met. caus.*

Praesumitnr qnis remanere in eadem voluntate. *Leg. Cum tacitum* 3. *ubi gloss. in verb. qui convenitur ff. de probat.*

Voluntas tacita valet. *Leg. Patre furioso* 8 §. *Sed et si ambo. gloss. in verb. voluntatis. ff. de iis qui sui vel alien. jur.*

VOTUM — VOVERE

Vid. *Testator.*

Votnm non inducitur nisi ex verbis solemniter, et deliberate emissis. *Cap.* 2. *De Vot.*, *Bart. in leg. Gerit. ff. de acquir. haered.*

Baptismo suscepto, vota non sunt irrita. *Concil. Trid. de refor. Sess.* 7 *Can.* 9.

Voti ratione conceditur quod alias non concederetur. *Leg. Illud* 15 *gloss. in verbo Voti. ff. de offic. Praesid.*

Votnm non infringitur cum in melius mutatur. *Cap. Pervenit* 3. *De jurejurand.*

Vovens ex timore non obligatur. *Cap. Veniens* 5. *Qui Cleric. vel voven.*

Votum dementis non obligat. *Cap. Sicut tenor. De Regularib.*

Votum castitatis uxor non potest facere viro contradicente. *Cap. Charissimus. de Convers. conjug.*

Votum in pueritia minus obligat. *Cap. Venientis. de voto et vot. red.*
Vovens temporale absolvitur per spirituale. *Cap. Scripturae. de voto et vot. red.*
Votum simplex, matrimonium contrahendum impedit, sed non dirimit contractum. *Cap. Meminimus. Qui clericis, vel voven.*
Votum publicum judicatur solemne. *Cap. Uxoratus. de convers. conjug.*
In voti praejudicium non statur juramento. *Cap. Vidua. de Regularib.*
Omne votum mutabile est in votum religionis. *Cap. Scripturae de Voto. et vot. red.*
Votum de praesenti plus obligat quam votum de futuro. *Cap. Illud* 26 *de poenit. district.* 3 *gloss. in verb. quanto.*
Votum uxoris potest maritus impedire. *Cap. Si dominus Caus.* 11 *quaest.* 3 *gloss. in verb. de uxoribus., Lex. XII Tabular.*
Voti simulatio obligat. *Cap. Viduas. Caus.* 27 *quaest.* 1 *gloss. in verb. simulaverunt.*
Voto nemo obligatur ante legitimam aetatem. *Caus.* 20 *quaest.* 1 *gloss. in verb. quod intra annos.*
Vovere non omnibus est permissum. *Cap. Sunt quaedam* 1 *Caus.* 17 *quaest.* 1 *gloss. in verb. necessario.*
Quae Deo voventur, necessario reddantur. *Cap. Sunt quaedam* 1 *Caus.* 17 *quaest.* 1.
Votum continentiae omnia alia excedit. *Gloss. final. in Cap. Rursus. Qui Cleric. vel vovend.*
Votum simplex impedit sponsalia de futuro, non autem dirimit matrimonium. *Cap. Rursus. Qui Cleric. vel voven.*
Votum solemne impedit, et dirimit matrimonium. *Cap. Insinuante. Qui Cleric. vel voven.*
Levis metus non excusat in voto. *Cap. Insinuante, ubi gloss. in verbo vel modica. Qui Cleric. vel voven.*

VOX

Vid. *Dictum — Loqui — Testator.*
Vanae voces populi, non sunt audiendae quando absolvi noxium, aut innocentem condemnari desiderant. *Leg.* 12 §. 1 *Cod. de poenis.*

Vox viva dignior est voci mortuae, et ei merito praefertur. *Auth. de Istrum. et fide. §. si vero tale.*

Vox unius, vox nullius. *Cap. Veniens. in fine, et Cap. Cum a nobis. de testibus, leg. Jurisjurandi* 8 *Cod. de testib.*

Digna vox, est Majestate Regnantis. *Leg.* 4 *Cod. de Legibus.*

Voce exprimitur cordis intentio. *Leg.* 8 *ff. de just. et jur.*

Vox unius suspicionem inducit. *Leg. Omnibus* 1 *ff. quemad. testament. aperiant.*

Vox praeconia, paucis inuotescit. *Gloss. in Cap.* 22 *Caus.* 22 *quaest.* 2 *in verb. Audito.*

FINIS

MACERATÆ die 7 Junii 1844.

Imprimatur

F. BENED. GARAGNANI S. THEOL. LECTOR. ORD. PRED.
VIC. S. OFFICII

MACERATÆ 8 Junii 1844.

Imprimatur

J. CAN. BORGIANELLI SPINA PRO VIC. GEN.